CLAUIS PRAEDICANDI ROSARIUM & INSTITUTUM...

Johann Andreas Coppenstein




NAZIONALE
VITT. EMANUELE
BIBLIOTECA
14
31 H
13

Coppestein Clavis praedicandi
Rosarium


Clauis PRÆDICANDI ROSARIVM & INSTITVTVM Fraternitatis Eiusdem.

LIBRI DVO

CONCIONATORIBVS ET CATECHIstis pro Cultu B. VIRG. MARIÆ *Zelantibus perutiles:*

AVTORE
R. P. F. IO. ANDREA COPPENSTEIN
Mandalensi Ord. Prædicatorum
Theologo

Indicibus adiectis duobus, Vno Capitum, Rerum altero.



COLONIAE AGRIPPINAE,
Ex Officina PETRI HAACK,
Sumptibus Petri Henningi.

Anno Domini M. DC. XIII.

DEIPARA
Alano de Rupe
Ex eius lib. de Dignit. Psalterij
B. V. M. cap. 11.

SEcretum tibi pandam diuinæ Prouidentiæ. Scias, & securè intelligas; quod & indilatè alijs patefacias. Quòd videlicet signum probabile est, & propinquum æternæ damnationis horrere, & attædiari, & negligere SALVTATIONEM ANGELICAM, *totius Mundi reparatiuam. Habentibus verò deuotionem ad hanc, signum est Ordinationis & Prædestinationis permagnum ad gloriam. Propterea qui tenet Me in hac Salutatione, semper Me teneat; donec ad Me in paradisum veniat.*

EIDEM.
Ex eodem Lib. Cap. 13.

PRadica PSALTERIVM *Meum; Ne timeas. Quia Ego tibi iuro, quòd Ego pugnabo contra omnes, te pro Ista* MATERIA *impugnantes.*

CLAVARI
M. Generalis Ord. Prædic. Reformatoris
Vox, ex 1. Mach. 4.

Mementote, Fratres, quomodo salui facti sunt Patres nostri.



REVERENDISSIMO
ET ILLVSTRISSIMO PRINCIPI
AC DOMINO
D. IOANNI
SVICARDO
Metropolitanæ & Electoralis
AVREAE MOGVNTIAE
ARCHIEPISCOPO
SACRI IMPERII ROMANI
per Germaniam
ARCHICANCELLARIO
ELECTORI
&c.
PATRI PATRIAE, PRINCIPIQVE SVO
Clementissimo
DIV, BENE, FORTVNATEQVE,
AC ÆTERNVM BEATE
AGERE.

F. Ioannes Andreas Coppenstein Mandalensis
Ordinis Prædicatorum.

AFFERO munus, & humiliter offero Rmæ & Illmæ C.V. PRINCEPS ELECTOR; quod si aut sui pretio æstimetur, aut *Illma V. Dignitate*, minus quàm exiguum est: Sin ab animo meo, vel la-

 bore;

bore; fidenter dico, plusquam magnum. Et verò Liber hic quò iret, nisi ad Rmam Cem Vam? Cuius Animi robur arduis rebus CORONAM MONTIVM, hoc est, summarum quarumque Virtutum iam dudum *Sacro Capiti* Suo acquisiuit. Cuius lux super altissimum *Candelabri Moguntini Apicem* posita, sic lucet coram hominibus, Diuis ac DEO, vt summa Montium, quos *Imperium* suspicit, transpareat.

Sed parcendum Illmæ Cis V. Modestiæ: Cuius est laudanda facere; laudari in faciem nolle. Vt Sol, quò magis in alto est, hoc minores iacit vmbras: sic quò maior Illa & excelsior; eò videri appetit minor. Esse, quàm videri Magna amat. Quæ heroici Animi demissio, Comitasque *Patris Patriæ*, trahit subditos ad sese, & vt trahentẽ sequantur, dat animum ijs; quos Grauitas & Amplitudo Principis sequi absterrerent. Quo fretus ipse fidensque, trahentem sequor Comitatem Tanti Principis latè celebrem, vt isthunc in cæteris vnum Libri laborem meum *Rmæ Cis V. Nomini* dicare ausim, acconsecrare.

Præterquàm quòd & alia me huc cumplura induxerunt. Inprimis quia Bono Publico nata est, ac data Rma C. Va, ideò natum, & diuinitus datum eidem Bono ROSARIVM, eiusque Fraternitatis Institutum, meas quoque de sese lucubrationes, intento velut digito, ad Rmam Cem Vam dirigebat: quòd similia similibus delectari submoneret.

Deinde, quo superioris anni tempore hinc Furia bellum in Domum Iuliacam; aliud inde Bellona in Austriacam moliebatur: duo autem, in cæteris, Maximi Principes Electores, Illma C. V. isthic in

Boëmia

Boëmia; hîc in Patria Rmus & Illmus Archiepiscopus noster LOTHARIVS, suis Remp. consilijs adiuuabant: eodem ego Mansionarius in abscondito, negotiosoque otio meo apud memet inquirebam: Ecquæ res vna potissimum horum similibus exulceratis olim temporibus medicinam attulisset, atque salutem? Inuenio ORATIONEM à DEO esse datam rebus ægris remedium; saluis fulcimentum. Inuenio *Orationem* ROSARII, *& Fraternitatem eiusdem* huc plurimum semper valuisse. Ergo docere insisto vtriusque, ROSARII nimirum, & Fraternitatis primordia ac Institutum. Et vno quidem volumine, *Quod illud sit Institutum*: altero, *Quale*. Istud Rmo & Illmo Principi nostro Treuirorum; sub cuius vmbrâ quiesco: Hoc verò non alteri prius, quàm Rmæ Ci Væ destinandum, planèque deberi, iudicabam: idque tum istis, quibus dixi, de causis; tum alio quoque nomine multiplici.

Primùm, quòd eximium SE Ordinis nostri Fautorem semper demonstrârit; & verò Conuentus Prædicatorum in Aureâ suâ Moguntiâ positi Benefactorem Gratiosissimum præstet, ac Protectorem. Deinde, quòd nostri quoque Confluentini Conuentus honorem haud parum illustrarit; quando pro Suo, quo pollet, grauissimo Iudicio, vnum Sibi delegit Virum, Confluentiæ Professum; quem suum esse voluit & in Concionibus Ecclesiasten aulicum, & à Consilijs intimum, & cæteris in rebus fidum Achatem. Quem erga ipsum Rmæ Cis. Væ amorem ac honorem, esse nostrum quoque duximus, quantùm ipse noster est, esseque, dum spirat, exoptat.

Denique totus hic, quantuluſcunq; conatus meus, Deiparæ cultui militat. At Magnum MARIAE Cultorem eſſe, ſemperque fuiſſe Inclytum Archipræſulem Moguntinum SVICARDVM, quis neſcit? Vnde hanc Noſtram Roſarij Fraternitatem in Aurea Sua Vrbe Rma Co Va. florere cum audit, gaudet. Floret autem, fructuſque effert exoptatos.

Quò alacrius etiam adproperat ad RamCem Vam hocce meum de Fraternitate Roſarij munuſculum. Nec, vt ſe valdè adprobet Ipſi, aut commendet, laborat: Satis felix illud fuerit, ſi in manus, ſi in Nomen Suum Ra Co Va admiſerit. Eſt ſub tali Patrocinio tutius; quàm ſub Aiacis clypeo latebat Vlyſſes. Iſtud magis laborat; vt Animum meum, Bono prodeſſe Publico cupientem, dein Obſequioſum quoque ſtudium Rmæ Ci Væ, Boniſque omnibus paratum teſtetur ac probet. SVSCIPE IGITVR VTRVMQVE, ARCHIPRAESVL INCLYTE. At iſthoc cùm Splendori Suo Rma C. Va impar viderit; Ouidianũ hoc ſapienter, vt ſolet omnia, cogitabit:

Nec, quæ de paruâ pauper Dijs libat acerrâ,
Thura minus grandi quàm data lance, valent.
Nam qui, quàm potuit, dat maxima; gratus abundè eſt,
Et finem pietas contigit illa ſuum. Cæterum;

AEternum viuat Rma & Illma C. Va DEO, Nobiſque DIV. FOELICITER!


Confluentiæ poſtridie Annuntiationis Deiparæ, Anno. M DC. XIII.

Reuerendiſſimæ & Illuſtriſſimæ Cel. V.

Obſequentiſſimus & humilis Seruus in Chriſto

F. Ioannes Andreas Coppenſtein Mandalenſis Ordinis Prædicatorum.

LECTO-



LECTORI,

Concionatori, Catechistæ Gratia DEI *à Plenitudine Gratiæ, & à Gratiaplena.*

IESV MARIA.

POstquam Res Fraternitatis Rosarij Beatissimæ V. Mariæ duo quædam postulare videbatur: COGNOSCI: & PRÆDICARI: Illud tribus iam libris, cum DEO, sum executus: Alterius causa nunc ecce tibi CLAVIM PRÆDICANDI ROSARII do.

Et sic appello; quòd aditum aperiam magis ad istiusmodi Prædicationis materiam; quàm ipsiusmet materiæ copiam subministrem. Nimirum ipsum hoc, PRÆDICARE ROSARIVM, vindicare cum Deo est animus vel ab inopia bonorum Virorum; vel ab iniuria non optimorum. Nam istis nonnullis munus illud ieiunum videtur ac sterile: (At tales se ipsos esse aut ignorant, aut dissimulant.) Hisce verò, cathedris, auribusque non sat dignum iudicatur. An quia indigni fortassis ipsi prædicatione tali? Humiles namque requirit. Vtrisque fidenter do CLAVIM HANC, & sto libenter vtrorumque iudicio.

Quin & ipse in hocce caput meum pronuncio deuouendum. *Disperéam; ni PRÆDICARE ROSARIVM, perorandi sit argumentum copiosum, planèque diuinum: nî summis sit Cathedris, optimisque auribus ac animis dignum, si quicquam aliud.* Do testem hanc Prædicandi CLAVIM.

Diram ipse mihi pœnam dictaui: Sed libens, & lætus. Atque nî ita fuerit; ecquis, Iudice DEO, talionis

† 4 pœ-

pœnam mecum deponet? Equidem autor nulli fuerim vnquam. Certè vir bonus non cogitabit: malus non audebit; nisi desertus à DEO, diræ fuerit morti deditus. Scio namque cumplures Prædicati Rosarij fastidiosos contemtores, Vindice DEO, horribiliter disperijsse. Scio etiam Rosarij Prædicatores, non semper quidem omnibus vsos beneuolis; sed DEO semper Deiparaque propitijs: & Viros fuisse ipsos partim Sanctos, partim Beatos, partim pios ac Bonos.

Planè isthoc: *Prædicare Rosarium, Rosarijque Fraternitatem*: VIRVM requirit; & hunc pium, animi demissione humilem, vero ictum Zelo; non verbicrepum & phaleratum aurium seruum, ac vile vanitatis mancipium. Quale in medium surgere ad dicendum, ac pio fidelique populo os suum præbere nunquam deberet. Procul ista Ecclesiarum crepitacula, carcinomata Cathedrarum, ministri Sathanæ, superbiæ Magistri. (Sit venia Voci;) *Facit indignatio versum*.

Age: (si quidem Orare sit cum Deo colloqui: quid digna DEO oratione dignius? At *Rosarium est Modus facilis & omnibus peruius, ac admodum pius orandi Deum*: vt docet Pius V. Iterum quæro: quid DEO dignius, quid dignius publico; eruditis iuxtà & ineruditis, vtrisq; pijs auribus ac animis quid dignius, Rosarij partibus istis: Signo Crucis, Symbolo, Oratione Dominica, Salutatione Angelica, & horum denique omnium Ordine, de cælo signis ac portentis testato? Iam si de hisce *Prædicare* sit vile: cedò isthoc me, *Prædicare Rosarium*, à contemtu nondum vindicasse. Sed illud cùm vel sentire, nedum dicere sit impium: hoc meum *Vindicasse* opto & oro, DEO Deiparæque magis gloriosum sit; quàm laboriosum mihi fuerit. *Ita voueo.* Pie lector vtere, ac fruere.

Sed

Sed iterum, iterumque moneo ac oro, identidem tituli, dum legis, meminisse velis: Simul scias, me docere vt Ecclesiasticum; non agere Scholasticum, non Canonistam. Noui posse pleraque Fraternitatis Instituta Canonicè disputari: disputataque esse à non nemine: At suum istud sibi libellum â me peculiarem quondam impetrabit, Deo vitam & gratiam impertiente: Si quidem videro, & dies doceat ac vsus, operam me præstare & Ecclesiæ Bono vtilem, & Ordini honorificam, & Fraternitati salutarem, & Superioribus gratam ac optatam.

Vale: Faue: Viue Deo.



ODE

Mauritij de Villaprobata Prædicatoris

DE ROSARIO B. V. MARIÆ

AD SS. ORDINES RELIGIOSORVM

PRÆDICATORVM Tibi VIRGO sancta,
Sanctior cunctis, maculata nunquam
ORDO præsentem rutilam CORONAM
Cernuus offert.

Pauper applaudit series MINORVM;
Atque CARMELI Veneranda Fratrum;
AVRELI quæ Te sequitur, celebrat
Serta ROSARI.

HIS Tui FILI, BENEDICTE, Sertis;
HIS Tui BRVNO; reliquique Sancti;
PLEBS DEI MATREM veneratur. Omnes
SERTA frequentant.

ROSARII DESCRIPTIO Metrica.

GRande Corona bonū! Sunt digna Rosaria cælo.
Ast Imis eadem, Mediastis, aptaque Summis.
RES antiqua PRECES, noua Nomine, & apta ROSARIVM est.
Prisci Psalterium CHRISTI, MARIÆVE; minores.
SERTA ROSARIOLI dixerunt, siue CORONAS.
Huius sunt preculę, Crux, Symbolon, & Domini Vox
Orabunda PATER NOSTER, Dominæq; MARIÆ
Dicta Salus; Repetenda Modo, Numeroque, Locoque
Ordineque certo: Ratio his sua cuique parata est.
PSALTERIVM faciunt centum deciesque AVE quina,
Et ter quina PATER: medium inter dena sit vnum
Singula AVE. In ternas ea didimus apta Coronas.
Siue Rosariolum triplex: Cedunt sua quina cuique
Et PATER, & decies AVE cedunt quina cuique.
Addimus his CHRISTI, & MARIÆ Mysteria Vitæ
Ter quoque quina. Preces meritis Gnati, ac Genitricis
Sic freti, damus, & Votis superamus Olympum.
GAVDENT quina: DOLENT totidem: totidemque TRIVMPHANT.
Ordine quæque colas mediam interserta Coronam.
Cætera qui cupiet penitus nouisse, Volumen
Pellegat hoc: Faueatque mihi: Valeatque. Quod opto.

OPVSCVLO TIMIDIVSCVLO
Prompenticum.


I. *Liber: & latè PSALTERIA Virginis Almæ*
Fac Angellizent procul omnibus Orbis in oris
Omnes, queis populo ſacra pandere Verba licebit.
Nil vereare. Geris tecum RES, paruule, grandes.
Namque tuo ROSA bella latet ſub cortice: Cœlo
Digna! Dei, DIVÆ, & Diuûm ROSA digna Roſeto!
(Nempe doces Talem eſſe Roſam MARIALE
ROSARIVM.)
I. Liber: & pergas plantare ROSARIA in orbe.
Eſt tibi DIVA Comes; Diuûmq; hominumq; MARIA
Virgo, Orcique potens: Ventorum Illa horrida Auerni
Monſtra premet; facietque tuis vernare Roſetis
Æthereos auræ cælo meliore ſuſurros.
Fraternos dabit Illa Choros Fratrum atque Sororum
Ad tua ſtipatim concurrere Septa Roſeti.
I. Liber: & tutò plantare Roſaria perge.
Perge: vocat magnus Magni te, te vocat Ordo,
Ordo DOMINICI: Vocat orbis: (vt auerſetur
Trux Styx,) Fraternus Cœtus ſimul aduocat omnis:
Omnes, quos Pietas iuuat, hos iuuat alma Roſaria
Accipere, & Ipſa Deo, Matrique offerre MARIÆ.
I. Liber: & Latè plantare Roſaria perge.
Itala te expectat, te *Hiſpanica, Francia Terra,*
Terra Polonorum. Terris his chara Virorum
Pectora amant Cultum MARIÆ, Cœtuſq; RoſarI
Fratrum præ cunctis ſemper coluere ſolennes.
Expectatus eris Liber His, & gratus in oris,
I. Liber: I comitante DEO, comitante MARIA.
Hæ quondam Terræ primos genere RoſarI
Conuentus: Signis primæ obſtupere RoſarI:
Vtque reformatos dedit *Agrippina* RoſarI

Par-

Parthenicos Cœtus; hæ primæ hos protinus oræ
Accipiunt, sanctèque colunt, & ad æthera tollunt.
I. Liber: has inuade oras humili pede. Fide:
Ex *Agrippina* prodIt RENOVATIO: Eâdem
Natus in Vrbe Liber prodis. Fuit Illa saluti
His Fidei Antiquæ Terris; Eris ipse, quod optas.
Omen habes; & adhuc metuis? Non omnibus idem
Esse queo. Hoc metui? Nec Iupiter omnibus idē est.
Te VOLVISSE sat est: Plantare Rosaria tentes:
Esse Rosam Iericho doceas Mariale Rosarium.
Non ego te genui; te non ego mitto per orbem:
VIRGO est, quæ genuit te; quæ te mittit in orbem.
VIRGO, DEVSque iubent vernare Rosaria: Ijsdem
VIRGO poli rorem dabit, & DEVS incrementum.
I. Liber: & felix plantare Rosaria perge.
Tu quod amas, antè ORDO diu iam plurimus arsit:
Ordo *Teutonicus*, tum quisquis & *Ensiger ordo* est.
ET *Benedictinis, Bernardinisque* RosarI
Carthusiæ ante omnes, *Carmeli* à monte Vocatis
Atque *Augustini*, *Francisci* Relligiosis
Omnibus vnus amor semper fuit, vna RosarI
Est pietas: Simili Te complectentur amore.
I. Liber: & MARIÆ plantare Rosaria perge.
Sis Famiter Libro IESV, sis Mater IESV.

IN-

INDEX
Capitum Libri Primi de Rosario Prædicando.



Rocœmium de ortu, vsuque prædicandi Rosarium & Fraternitatem eiusdem. Fol. 1.

I. *De signo S. Crucis Transeuntis, vnde Rosarij ducitur oratio.* Pag. 5.

II. *De symbolo Apostolorum, cur ante Psalterij orationem præmittatur.* 24.

III. *De Oratione Domica, principe Rosarij parte.* 37.

IV. *Compendium suasionis S. Dominici, itemque P. Alani, ad piè frequendandam in Rosario Orationem Dominicam.* 54.

V. *De historia Salutationis Angelicæ.* 64.

VI. *De excellentia eiusdem generatim, vt de parte maxima Rosarij.* 71.

VII. *Singulorum in Salutatione Angelica verborum vis atque vtilitas* 78.

VIII. *Compendium suasionis S. Dominici, itemque P. Alani, ad piè frequentandam in Rosario Salutationem Angelicam.* 86.

IX. *De septuaginta duabus Excellentijs eiusdem.* 94.

X. *Ratio antecedentium, cum vlteriore Salutationis Angelicæ cõmendatione.* 101.

XI. *Qualem S. Patres Deiparam Virginem contemplati fuerint ex S. Scripturâ, ac venerati, antequam illa esset homo nata. Scilicet vt talem nos quoq; orabundi intueamur eandem.* 111.

XII. *Que*

Parthenicos Cœtus; hæ primæ hos protinus oræ
Accipiunt, sanctèque colunt, & ad æthera tollunt.
I. Liber: has inuade oras humili pede. Fide:
Ex *Agrippina* prodIt RENOVATIO: Eâdem
Natus in Vrbe Liber prodis. Fuit Illa saluti
His Fidei Antiquæ Terris: Eris ipse, quod optas.
Omen habes; & adhuc metuis? Non omnibus idem
Esse queo. Hoc metui? Nec Iupiter omnibus idẽ est.
Te VOLVISSE sat est: Plantare Rosaria tentes:
Esse Rosam Iericho doceas Mariale Rosarium.
Non ego te genui; te non ego mitto per orbem:
VIRGO est, quæ genuit te; quæ te mittit in orbem.
VIRGO, DEVSque iubent vernare Rosaria: Ijsdem
VIRGO poli rorem dabit, & DEVS incrementum.
I. Liber: & felix plantare Rosaria perge.
Tu quod amas, antè ORDO diu iam plurimus arsit:
Ordo *Teutonicus*, tum quisquis & *Ensiger ordo* est.
ET *Benedictinis, Bernardinisque* RosarI
Carthusia ante omnes, *Carmeli* à monte Vocatis
Atque *Augustini*, *Francisci* Relligiosis
Omnibus vnus amor semper fuit, vna RosarI
Est pietas: Simili Te complectentur amore.
I. Liber: & MARIÆ plantare Rosaria perge.
Sis Famiter Libro IESV, sis Mater IESV.

IN-

INDEX
Capitum Libri Primi de Rosario Prædicando.



Proœmium de ortu, vsuque prædicandi Rosarium & Fraternitatem eiusdem. Fol. 1.

I. *De signo S. Crucis Transeuntis, vnde Rosarij ducitur oratio.* Pag. 5.

II. *De symbolo Apostolorum, cur ante Psalterij orationem præmittatur.* 24.

III. *De Oratione Domica, principe Rosarij parte.* 37.

IV. *Compendium suasionis S. Dominici, itemque P. Alani, ad piè frequendandam in Rosario Orationem Dominicam.* 54.

V. *De historia Salutationis Angelicæ.* 64.

VI. *De excellentia eiusdem generatim, vt de parte maxima Rosarij.* 71.

VII. *Singulorum in Salutatione Angelica verborum vis atque vtilitas* 78.

VIII. *Compendium suasionis S. Dominici, itemque P. Alani, ad piè frequentandam in Rosario Salutationem Angelicam.* 86.

IX. *De septuaginta duabus Excellentijs eiusdem.* 94.

X. *Ratio antecedentium, cum vlteriore Salutationis Angelicæ cõmendatione.* 101.

XI. *Qualem S. Patres Deiparam Virginem contemplati fuerint ex S. Scripturâ, ac venerati, antequam illa esset homo nata. Scilicet vt talem nos quoq; orabundi intueamur eandem.* 111.

XII. *Que*

XII. *Quæ è plurimis pauca S. Patres de ipsa Salutatione Angelica.* 119.
XIII. *Sectariorum aduersus salutatam Virginem obbaubationes cinicæ.* 128.
XIV. *Sectariorum de Salutatione Angelica ipsa crises ac theonini dentes.* 141.
XV. *Qualem, quantamque Deiparam in cultu sui, nos intueri oporteat & considerare, hæretica nihil obstante impietate.* 154.
XVI. *Quo propriè cultus genere modoque sit veneranda nobis MARIA.* 170.
XVII. *De Oratione Dominica, & Angelica Salutatione iunctis, & inuicem comparatis.* 177.
XVIII. *De precum in Rosario dispositione, ac Numero generatim.* 138.
XIX. *De numero Salutationum Angelicarum CL. in Psalterio MARIAE.* 187.
XX. *De numero ternario Trium Quinquagenarum in vno Psalterio.* 193.
XXI. *De numero Quinquagenario: & Quinario Dominicarum Orationum in Rosario siue Corona.* 198.
XXII. *De numero Denario Salutationum cuiusque Decadis..* 204.
XXIII. *De Quindenario Decadum vnius Psalterij, deq; Repetitione Salutationū.* 209.
XXIV. *Synopsis nōnullarū Rosarij excellētiarū.* 221
XXV. *Dauidici, & Angelici Psalterij, hoc est, Ecclesiastici & Laici, facta inuicē comparatio.* 231.
XXVI. *De Nomine Psalterij, atque Rosarij.* 235.

LIBER

LIBER SECVNDVS.

De reliquis Fraternitatis Rosarij institutis nonnullis.

I. *Quod Rosarij Fraternitas rectè sit exlex, hoc est, immunis ab omni propriæ legis obligatione.* 263.

II. *De Inscriptione in Album seu Matriculam Fraternitatis Rosarij.* 269.

III. *Causæ seu Congruentiæ suasibiles, & probabiles Inscriptionis obseruandæ.* 235.

IV. *De nonnullis fructibus inscriptionis itemque Fraternitatis atque Rosarij.* 294.

V. *De menstruis, cæterisque Fraternitatis Rosarij processionibus.* 400.

VI. *De fine, causisque Processionum Fraternitatis.* 409.

VII. *De Adiunctis, seu ritibus processionum Rosarij. Ac primùm de Sanctißimo Eucharistiæ Sacramento.* 420.

VIII. *De alijs processionum Fraternitatis ceremonijs, siue adiunctis.* 444.


IX. *De cura pro mortuis, quæ in Fraternitate Rosarij fieri maxima consueuit.* 462.

X. *Motiuæ nonnullæ, cur mortuis vel ipsorum causâ libenter ac sæpè nos opitulari conueniat.* 472.

XI. *Aliæ motiuæ cur mortuis nostrâ quoq; viuentium causâ per suffragia procurandis intendamus.* 484.

XII. *De fructibus nonnullis, quos viuentibus affert sua cura pro defunctis; cuius illi causa esse non minima debent.* 498.

APPRO-




APPROBATIO.

NOS Frater COSMAS MORELLES Ordinis ff. Prædicatorum SS. Theologiæ Magister, Generalis Apostolicus Inquisitor Coloniæ, &c. *examinauimus Tractatum hunc*, Clauis Prædicandi Rosarium & Fraternitatem eiusdem *inscriptum, Autore* R. P. F. Ioanne Andrea Coppenstein Mandalensi Ordinis ff. Prædicatorum: *Quem orthodoxæ Ecclesiæ Romanæ Doctrinæ de Fide ac Moribus conformem esse iudicamus: nec non etiam ad Dei, Deiparæque Virginis MARIAE gloriam, & Ecclesiæ Bonum, quibuscunque Verbi Dei Concionatoribus magno vsui atque vtilitati futurum existimamus. Coloniæ 24. Martij, anno. 1613.*

F. Cosmas Morrelles Apostolicus Inquisitor, &c. qui suprà.

AV-



DE INSTITVTO FRATERNITATIS ROSARII:

DEQVE ROSARIO IPSO.

LIBER PRIMVS.

PROOEMIVM,

AD REVERENDOS PATRES AC Fratres PRAEDICATORES.

DE ORTV, VSVQVE PRAEDICANDI Rosarium, eiusque Fraternitatem.



ANCTVS ORDO noster PRAEDICATORVM Prædicationem Rosarij, erectæq; sub huius nomine Fraternitatis, iam inde vsq; à primordio suo, in cæteris Instituti munijs, solennẽ habuit semper; lateque secum per orbem Christianum circumtulit; & Sparthã eam, partemque; vt in alijs facilè principem, sibi ratus exornandam; solerter & constanter excoluit. Nec eam non potuit, non debuit, nisi maximi prouinciam æstimare. Quippe quam Autor suus & Institutor, vir sanctissimus, Pater noster DOMINICVS à Deo, Deiparaque commendatam

Prædicatorum Ordini propriũ est prædicare Rosarium.

Eius initiũ fecit S. Dominicus.

datam accepisset; ad cæteras prædicationes suas ista, velut sale quodã Angelico, condiẽdas. Atq; sine eà quid in Tolosano regno: quid per Albigij ditionem, maximis suis integri penè triennij laboribus, ad animarum salutem promoueret; id adeò fuit exiguum; vt lõgè plurimùm esset, quod cum ingenti suo dolore deploraret. Vt verò à Deo iussus: edoctus à Deipara, Rosarij prędicatione cæteras de Fide, de moribus doctrinas & conciones, velut acu filum, in publicum inferre cœpit; *Cæperunt Christi fideles*, inquit Pius Papa V. *ijs meditationibus accensi, ijs precibus inflammati, in alios viros repentè mutari: hæresum tenebræ remitti: & lux Catholicæ Fidei aperiri.*

Ex iussu diuino, & miro cum fructu.

In Bulla: Consueuerunt Romani.

Neque hanc ille prædicandi rationem prius, quàm vitam ipsam, dimisit. Quin magis; ne illa cũ hac fortè expiraret: prouidit. Duos namque viros, eximios Theologiæ Magistros è Fratribus, prædicationis suæ delegit socios: vt in Ipso viderent, quàm eis curam Rosarij, Fraternitatisq; prædicandę, velut suis in ea functione successoribus, commendaret. Et verò tales in ea se per omnem vitam præstitere: quales relicta eorum monumẽta testãtur. Alter enim, *Thomas de Templo*, Mariale Sermonum de Psalterio: quales S. Dominicum habuisse suis ipse auribus pręsens acceperat: conscripsit. Alter *Ioannes de Monte*, quæ per Ipsum, perque Rosarium admiranda geri coram viderat; in Commentarium coniecit.

Continuarique prouidit.

Consecuti S. Dominicũ Ordinis nostri Superiores in eandẽ pariter curã successerunt. Neque sat ijs: vt, quot Prædicatores Euangelij, totidem & Rosarij haberent: omnesque in Ordine Patres ac Fratres eã sibi communem esse debere curam ducerent: verũ certos insuper, teste Pio V, deputarũt semper: *qui Sodalitates ad hanc orandi Rosarij formã instituebant*, & administrabant. Pontifices item Romani

Prouiderũt idem cæteri Superiores, Pontifices & Deus.

Romani amplissimis quoque Gratijs ac Priuilegijs eorum semper stud:ũ sunt prosecuti. DEVS Op:.Max.& maximis, & plurimis idem subinde miraculis non destitit illustrare. Ita munus hoc prædicandi Rosarij præclarè semper;(& suos licet passum manes, ac statuum varietates) cōstitit tamen sibi: ac illud nomen acquisiuit eundo: vt nūc *Patrimonium S. Dominici*, nunc *Hæreditas Prædicatorum* appellaretur. Felix nomen! Omen felicius omninabor: prout talium virorum hæreditatem sanctam Ecclesiasticus describit. Eccl. 44. 10.

Inde verò de Psalterio prædicationibus materiem dicta P. P. Ioannis ac Thomæ monumenta diu quondam subministrabant: donec eorum rarescere exemplaria, & Fraternitates quoqꝫ intepescere cœpissent. Hîc ergò, excitante Deo, existere in Britannia *P. Alanus de Rupe*. Is Rosarium denuò prædicare: vulgare Fraternitates; multa ex dictis, scriptis, factisq; illorum cōmemorare, atque etiam scriptitare: simul annotare, quę mira ad suum Psalterij prædicationem Deus subinde designabat. Istum excepere nonnulli Prædicatores Rosarij toto Ordine nostro innumerabiles; quorum aliqui habitos ab sese de eo sermones typis mandarunt; at paucos. Quos omnes P. *Cornelius Scnekis*, *ac Bernardus Luzenburgius* compilarūt, & excuderunt. Sed & horum XXVII. sermones iam penè, temporum vetustate, interciderunt. Vt ex Scriptorum inopià, iusta Prædicatorum Rosarij sit querela: & huius prædicandi hebescat cura voxque Psalterij & Fraternitatis penè obticescat.

Itemque Scriptores.

Quorum opuscula iam rara extant.

Quæ, in cæteris, causa mihi doloris fuit, & laboris huius: vt, quam possem, aperirem prędicādi viam; materiā darē, aut plura hisce ac meliora reperiundi occasionē. Ea propter volumine à me de Ortu, progressu, statuque vario Fraternitatis con-

Et hæc causa est huius Tractatus.

conscripto; hosce de ipsius Instituto libros addẽdos isti ratus, illud quidem non omne; præcipua tamen in eo quæ sunt, stylo sum tenui executus. Et quia hoc: *Prædicare Rosarium, eiusq; Fraternitatẽ*, alijs ieiunum; nonnullis parum publico, cathedrisque dignum censeri, ac fastidiri videtur: idcircò librum hîc primum in solius Rosarij partibus, quæ sunt *Crux, Symbolum, Oratio Dominica, Salutatio Angelica*; inque partium Dignitate, Vtilitate, Necessitate, Ordine, Numero, Modoque explicandis consumpsi. Alterum verò librum quædam Instituti summa capita perficiunt. Quòd si ea cuique ab Rosario aliena censebuntur, quæ liber primus exequitur; is non animaduertit, nec intelligit, partes à suo toto alienas nec esse posse, nec dici oportere. Quod autem esse tam propriũ vlli potest, atque suæ illæ partes Rosario; vt sine quibus totum illud, *Rosarium*. existere non queat?

Ratio rerum quæ tractantur.

Sed fortè nimium quàm multus in Salutatione Angelica sum. Fateor; multùm scripsi: at non multa. Adeò paucis comprehendi multa; plurima pertransiens nõ attigi Quæ quidem nescienti, hæc nostra videri multa, mirum non est. Quæcunque tamen attuli; ea ego pleraque eiusmodi fore confido; quæ in Rosario prædicando & laborem consolari; & tueri honorem satis per seipsa queant. Quo etiam alia nostra Exemplorũ de Rosario volumina tria non parum poterunt adiuuare. Atq; omnia illa tametsi causæ propria sint; mihi tamen aliena sunt pleraque: vt diuerso typi charactere insignitè præ me fero. Nisi, quæ aliena sunt, fieri tali ratione propria solcant. Ea tamen sumsi mutua: Sed ab optimis, & plurimis, & sæpè Sanctissimis Scriptoribus. In quorũ citationem, si quis irrepserit error: (quod in tanta pronum frequentia,) cum non excuso: deprecor magis. Simul sciri volo; me, etsi vt pluri-

Finis & vsus earundem.

vt plurimùm ipsos fõtes adierim; subinde tamen riuulos sectari coactum; citata & recitata ab alijs sic, vt apud eos reperi, huc reddidisse.

Post quæ omnia denique solemni illo veterũ Agonothetarum vtor: *Omnia, quæ potui, feci: sed euentus in manu fortunæ est. VOS, vt sapientes & Docti Viri, fortuita excludite.* Cæterùm, FAVETE.

Pet. Faber in Agonistico l.2. c.32. ex Sueton in Nerone cap.23.

CAPVT I.

De Signo S. Crucis, vt vocant, transeuntis, vnde Rosarij ducitur oratio.

A Cruce principium. Nam sunt Crucis omnia plena.

ERgò & in nostro Psalterio MARIAE primum est, & vltimum sanctissimæ CRVCIS signum, manu efformatum. *Nec abs ratione seu Necessitatis; seu Dignitatis; seu vtilitatis.*

NECESSITAS non ea quidem est, quam Theologi vocant, seu Medij, seu Præcepti; sed Conditionis, siue ex supposito, & secũdum quid. Nimirum, quia sic (a) *Traditum accepimus,* inquit S. Basilius. Quid erit igitur, quò minus cum D. Hieronymo (b) affirmemus, ac profiteamur dicentes: *Totius orbis in hanc partem consensus INSTAR PRAECEPTI obtinet. Nam & multa, quæ per Traditionem in Ecclesijs obseruantur, auctoritatem sibi præscriptæ Legis vsurpant; & rationabilis obseruatio ea sibi vendicat. Quoniam ita nostri Tradidere Maiores.*

a. S. Basi. Epist. 37.
b. S. Hier. contra Luciferianũ.
1. *Efformatio Crucis ante Orationem est Traditio.*

Tradidere, inquam; Vt, (verbis vtor D. Hieronymi (c) *ad omnem actum, ad omnem incessum manus pingat Crucem.* Ad omnem actum? An etiam ad humanum quemcumque? Sanctus quidem

c. S. Hier. Episto. 22. ad Eustochium.

 Cypria-

Cyprianus ita respondet: quin iubet. (d) *Fac hoc signum & manducans, & bibens, & sedens, & stans, & loquens, & ambulans.* Hocque amplius pronuncians Tertullianus, (e) *Quacunque* inquit, *conuersatio nos exercet, frontem Crucis signo terimus.* Et S. Martialis ita monet: (f) *Crucem Domini semper in mente, in ore, in signo tenete.* Quod si igitur ad omnem iubemur actum à maioribus efformare Crucis signum: quantò id magis vsurpare oportebit ad principem illum Religionis actum, qui est oratio, seu adoratio? Ac rursus: si ad omnem orationē: ad Rosarij certè orationem multò maximè. Quippe quà nulla potior sit, nulla prior: Vt infra liquebit. Itaque à Cruce Rosariū incipimus: 1. quia sic traditum accepimus. Quod autem Traditum est; suo quodam modo necessarium est. Proinde quoque vt Crucis signum, Rosarij faciat initium, necesse est. Etenim *Si Christianus es: crede, quod traditum est. Sin'; mortuus es.* Benè sic Tertullianus. (g) 2. Quin ipsum hoc, *orare Rosarium*, traditum est; Quia iam inde vsque ab hominū Christianorū memoria vsurpatum est. *Quomodo autem vsurpari quid potest si traditum prius non est?* Quærit rectè Tertull. (h) Ac respondet idem. *Traditio tibi prætenditur autrix, Consuetudo confirmatrix, fides obseruatrix.* Quare quę nobis in manus ipsum tradit Rosarium Traditio; Rosario Crucem præformare nos docet eadem Traditio. Vtrumque autem tam est necessarium, quàm quod Traditum. Quæris, Cur ita? Respondeo millies cum S. Chrysostomus (i) *Traditio est: Nihil quæras amplius.* Quid amplius? Istud inquam: Quòd *totius orbis in hanc partem consensus, INSTAR PRAECEPTI obtineat.*

Num quid hoc ipso vis amplius? 3. Accipe Apostoli seu præceptum de plano: sed affirmatiuū: seu Consilium, omnibus sua ipsius saluberrima vtilita-

d. S. Cypr. Catech. illuminat.
e. Ter. li. de Corona militis.
f. S. Mart. Epist. 1. ca. 8.
Ergo & ante Rosarij orationem par.
Sed quod traditum, est necessarium.
g. Tert. lib. de Carne Christi cap. 2.
h. Tert. de Corona milit. ca. 3.
2. *Vt Crucis signum, sic & Rosariū est ex Traditione.*
i. S. Chry. hom. 4. in 2. ad Thes. sal.
3 *Et Quodammodo præceptum affirmatiuū in genere.*

vtilitate penè necessarium. *Omne*, inquit, (k) *Quodcunque facitis in verbo, aut in opere; omnia in nomine Domini nostri IESV CHRISTI facite, gratias agentes DEO per ipsum.* Cui præcepto nec rectius obtemperatur, nec perfectius: quàm per sacræ Crucis ante omnia efformationem. Inprimis verò, & expressè *gratias agentes* Nos id iussu Apostoli conuenit vsurpare. Atqui Rosarij oratio, est quædam gratiarum actio ad Deum, pro immenso Incarnationis beneficio: ac pro omnibus in, & ex hoc vno cæteris. Est ea & ad Deiparam salutatio atq; gratulatio: quin & petitio: vt, per quam Fons salutis ad nos deuenit: per eandem & riuuli ad nos promanent.

k. Col. 3. v. 17.

Ergo & in parte, maximè Rosarij.

Adde 4. quod hoc, *Rosarium orare*, sit *in Verbo, & in Opere*, vocali, & mentali oratione Deum laudare, benedicere; prædicare, & precari. Quòd si igitur hæc, aliaque *Omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi* facere iussi, tum probè facimus: cū eorum exordia à Cruce ducimus: profectò Rosariū orare tum ritè instituimus; cùm illius orationi Crucem pręmittimus, in nomine Domini sic illud, Apostoli iussu, exordientes. Iam, quod in vniuerso genere operum Christianorum ex iussu est vel absolutè, vel suo quodam modo necessarium: id in parte quoque eorundem similiter esse necessarium debet: Operum verò piorum pars quanta est oratio? Et ROSARII quidem oratio? Proinde par CRVCIS, Nomen Domini inuocantis necessitas eandem Rosarij contingit orationem; vt cui illa sit præmittenda.

Altera præter hanc *est causa* nobis, cur penè necessariò preces nostras Coronarias à CRVCE auspicemur, & in CRVCEM terminemus. Quia nimirùm hic

Psalterium Mariæ conformatum est ad illud Dauidicum seu Ecclesiasticum in quo primum & vltimum semper Crux fuit.

ab sui origine Rosarium incipi, finirique est natum. Originem verà suam cõstat Psalterium quà CHRISTI, quà MARIAE, inde à Psalterio Dauidis duxisse. Istud ad huius similitudinem est conformatum. De quo plura inferius cap. 24. excellẽ.7.&c. Dauidicum Clerus; Populus Marianum suum, (ad illius nempe imitationem) vsurpabat. Atqui Sacer Clerus suum & inchoabat à Cruce; & claudebat eadem: qui mos hodieque obtinet. Ac proinde Crux eadem pari ratione plebi ad Laicum Psalterium, qua Clero ad ecclesiasticũ, venire vsui debet. Persuadet id primęua populi ad Clerum conformitas. Sanè Clerus fuit forma populi factus Et pius Christi populus, imitator per omnia ac æmulator Cleri existens, huius psalmorum numerum numero suarum precularum secutus fuisset; in principio autem, inque clausula tali, tamque omnibus pariter communi, dissidens ab illo, sequi noluisset? Aut imitatus non fuisset? Quasi tam is superstitiosus fuisset, qui pluris interesse duxisset, vt sui laicalis cultus diuini par numerus, numero clericali responderet potius: quàm initium initio tali, talique fini par finis? Absit tam maligna de tam pijs maioribus nostris cogitatio. Ego verò hoc amplius pronuncio.

Crux item in medio perfrequens erat.

In ipso Cleri cantu medio deuotus assistens populus sæpius ac identidem signum Crucis frõtibus suis indigitabant. Enimuerò quis venerandæ antiquitatis ac sanctitatis maiorum est tam hospes, quem fugiat: quos psalmos, quos hymnos, quæ Cantica, quas seu orationes, seu obsecrationes, seu gratiarum actiones; quas doctrinas sacer Clerus in Ecclesia finisset; ad ea singula populum *Amen* acclamasse? Hoc qui nesciat; is mihi nec Apostolum vel legerit, vel intellexerit; vbi sic scribit (l) *Si benedixeris spiritu: qui supplet locum idiotæ, quomodo dicet Amen, super tuam benedictionẽ?*

l.1. Cor.14 v.16.

Is S.

Is S. Hieronymum non vidit, qui testatur (m) de populo; quod *ad similitudinem cælestis tonitrui, Amen, reboat*. Is Ausonium ignorat canentem:

o Consona concelebrant modulati carmina Dauid:
Et responsuris ferit aera vocibus, Amen.

Ad *Amen* autem sic roboans quid fiebat aliud? Num id erat *vox vsque sonans, prætereaque nihil?* Minimè. Ad *Amen* omnes se Cruce signabant. Audi S. Augustinum. (n) *Signent se omnes*, inquit, *Signo Crucis Christi: Respondeant omnes Amen*. Amē autem ab Ecclesia fidelium vel in vnis Matutinis quoties non responsabatur? Toties verò & Crucis signum religiosè ab singulis efformabatur. Iam sibi persuadeat, qui vel similiter vero poterit; cum populum pium, qui laicas suas preculas ad numerum Clericalis psalmodiæ, imitationemque cōformabat apprimè: qui Crucis signum, in medio Cantus Clericalis tenore toties iterabat: eū, inquam, populum, in orando suo Rosario initialem, finalemque Crucem omisisse, & Clero vsitatissimam; & ipso plebi laicæ in cæterarum initio actionum suarum, fineque omnium vulgò communissimam. Equidem hoc mihi persuadere nunquam possum. Quæro enim, ecquæ Omissionis istius hac in re vel esse causa, vel dari, aut fingi queat? Maneat igitur, quod, sicut Psalterium Coronarium seu laicum ad Ecclesiastici illius imitationem inuentum fuit, ac institutum, quoad numerum: ita quoque similiter sese habuisse quoad initium, ac finem: Quæ vtraque verum Crucis signum conficiebat. Quare quod tam peruetustū & antiquum, tam vsitatum, tam vulgatum: tam constans ac perpetuum: tam ad cæteras actiones omnes commune ac solenne fuit: id non potest non videri quodam modo necessarium.

Tertiam hisce causam necessitatis istius conditio natæ siue congruentiæ adijcere libet, ac licet, repetitam

m. S. Hier. præfat. in Epist. ad Galat. l. 2.
Auso. in Ephemeride.
Cæs. Baro. tom. 1. anno 60. §27
n. S. Aug. tract. 5. in Epist. Ioan.

Ergo vsitatior initio ac in fine.

Crucis expressio est fidei professio.

Verum audiè diuerso Staurostrategum D. Augustinum, Dauidem Christianum: virum, qui multum orabat ad Rosarium (a) Is ita de Fausto Manichæo scribit (b) *Vtinam frontem habere voluisset, atque in ea Crucem Christi figere non erubuisset.* En, imitatores Manichæorum Caluinistas. Nam ex vno hoc metire cæteros: cui similes esse contendunt omnes. Verùm *Quicquid faciant*, idem inquit S. Augustinus. (c) *Christus Crucem suam in omnium frontibus fixit. Impius insultare permittitur: sæuire nō permittitur. Sed tamen ex eo, quod linguâ premit: intelligitur, quid gestet in corde.* Audi verò & principilum Lutheranum, Brentiū. (d) *Maximus abusus,* clamat, *fuit signi Crucis inter homines. Hoc est veneficium.* Ac rursus. *Signum Crucis non est, institutum, vt afferat nobis salutem.* At hunc contra Tertullianus haud paulò sanior docet: quòd (e) *Caro signatur, vt & anima muniatur.* Audi ipsum Lutherū, quis illi sit animus, quæ sententia de stabili Cruce ac solida: atque inde, quid senserit de Transeunte, æstimes licet. De vexillo Crucis sic ille. (a) Wann ich im Feldt ein Creutzpanier sehe/ wans gleich ein Crucifix selber were: so woll ich daruon lauffen/ als jag et mich der Teuffel. Id est. Si vexilum Crucis viderem in campis, etsi foret Crucifixus ipse: haud secus fugerem, ac si me dæmon persequeretur. De ipsa verò S. Cruce, cui suffixus hæsit SERVATOR, ita (b) intestabilis idem. Ich wolt das kein Dörne Cron/ Ja kein Heilig Creutz jhe herfür kommen were. Vnd wan mir ein stück von dem Heiligē Creutz geschenckt würde/vnnd in meiner handt stünde: Ich wolt es baldt dahin thun/ da es die Sonn nicht viel bescheinen solte. Hoc est. *Vellem nulla Corona spinea, imo S. Crux nulla vnquam prodijsset. Et si quæ mihi particula S. Crucis donaretur, foretq; in manu mea: continuò istuc ego illam detruderem,* vbi

a. Alanus de Rupe li. de Psalt. dignit.
b. S. Augu. contra Faustum.
c. S. Augu. in ps. 54.
Lutherana prauitas.
d. Brent. in cap. 5. ad Galat.
e. Tert. lib. de resurr. carnis. c. 8.

a. Luth. t. 2. VVit. fol. 539.

b. Luth. In Haußpostillen edit. Nuremb. fol. 184.

vbi sol eam nullus aspiceret. De festis S. Crucis ita porrò. (c) Gar verbrant sollen sein die Fest deß H. Creutzes. Id est, *Flammis absumantur festa S. Crucis.* Furore amens, nescijt quid diceret. Quæritur tamen idem de Carolstadio, eiusque similibus: quod ita plebem doceant: (d) Sihestu ein Crucifix/so speibe im ins angesicht. &c. Id est. *Vides Crucifixum, tunc ipsi in faciem expue.* Quod si talia de Crucis iconibus, vexillis, festis, deque ipsa adorando S. Crucis ligno: quid non de efformato Crucis signo? Horret animus, aurésque refugiunt plura.

c. Lut. to. 7. VVitteb. fol. 393.

d. Lut. to. 2 VVitt. f. 4.

Quò nos filij Crucis ac lucis, auditis blasphemijs istiusmodi, religiosius nos Cruce signemus, more maiorum; de quo Gretserus: (e) & vsurpemus patrium illud antiquum ac pium: Behüte mich GOTT/vnd daß H. Creutz. Simul occinamus impijs cum Ennodio Ticinensi ista pangente.

e. Gret. l. 4. de Cruce ca. 24.

At mihi Crux cuspis, Crux scutum, Cruxque Corona.
Hæc tegar, hac feriam, hac Pacis fœdera firmem.
Hæc mihi dux belli, quâ victrix lubrica calcans
Dira Cupidinei detester mella veneni.

Esto nobis igitur Crucis signum in Rosario, quasi *cornu salutis nostræ*: vt SS. Patres id prophetice volunt appellatum fuisse. Hoc enim ventilabit inimicos nostros. Maximè, (vt Iulius Firmicus scribit ad Constantium, & Constantinum Imperatores,) Si Crucis cornibus affigatur supernè in fronte Pudicitia, in pede Patientia, in dextero Misericordia, in sinistro Iustitia, in medio Fides: *In hoc vinces.* Etenim, vt S. Augustinus ait. (f) *quod faciebat in terris Corporis Christi præsentia: hoc facit cum fideli inuocatione Nominis Christi, victoriosæ Crucis insignita memoria.* Itaque ad orationem nostram tam esse necessarius Crucis vsus censendus

Crucis triumphus.

f. S. Augu. ser. 19. de sanctis.

Et vsus ad orationem necessarius.

conſcripto;hoſce de ipſius Inſtituto libros addẽdos iſti ratus,illud quidem non omne; præcipua tamen in eo quæ ſunt,ſtylo ſum tenui executus. Et quia hoc: *Prædicare Roſarium,eiuſq; Fraternitatẽ*, alijs ieiunum ; nonnullis parum publico, cathedriſque dignum cenſeri,ac faſtidiri videtur : idcircò librum hîc primum in ſolius Roſarij partibus,quæ ſunt *Crux,Symbolum,Oratio Dominica, Salutatio Angelica*; inque partium Dignitate, Vtilitate,Neceſſitate, Ordine, Numero , Modoque explicandis conſumpſi. Alterum verò librum quædam Inſtituti ſumma capita perficiunt. Quòd

Ratio rerum quæ tractantur.

ſi ea cuique ab Roſario aliena cenſebuntur , quæ liber primus exequitur;is non animaduertit, nec intelligit,partes à ſuo toto alienas nec eſſe poſſe, nec dici oportere. Quod autem eſſe tam propriũ vlli poteſt,atque ſuæ illæ partes Roſario ; vt ſine quibus totum illud,*Roſarium*.exiſtere non queat?

Sed fortè nimium quàm multus in Salutatione Angelica ſum. Fateor; multùm ſcripſi:at non multa. Adeò paucis comprehendi multa; plurima pertranſiens nõ attigi Quæ quidem neſcienti , hæc noſtra videri multa, mirum non eſt. Quæcunque tamen attuli ; ea ego pleraque eiuſmodi fore confido;quæ in Roſario prædicando & laborem conſolari;& tueri honorem ſatis per ſeipſa queant. Quo etiam alia noſtra Exemplorũ de Roſario volumina tria non parum poterunt adiuuare . Atq; omnia illa tametſi cauſæ propria ſint;mihi tamen aliena ſunt pleraque: vt diuerſo typi charactere inſignitè præ me fero.Niſi,quæ aliena ſunt , fieri tali ratione propria ſoleant. Ea tamen ſumſi mutua : Sed ab optimis , & plurimis , & ſæpè Sanctiſſimis Scriptoribus.In quorũ citationem, ſi quis irrepſerit error: (quod in tanta pronum frequentia,) eum non excuſo:deprecor magis.Simul ſciri volo;me, etſi

Finis & vſus earundem.

vt pluri-

vt plurimùm ipsos fõtes adierim; subinde tamen riuulos sectari coactum; citata & recitata ab alijs sic, vt apud eos reperi, huc reddidisse.

Post quæ omnia denique solemni illo veterũ Agonothetarum vtor: *Omnia, quæ potui, feci: sed euentus in manu fortunæ est. VOS, vt sapientes & Docti Viri, fortuita excludite.* Cæterùm, FAVETE.

Pet. Faber in Agonistico l.2. c.32. ex Sueton in Nerone cap.23.

CAPVT I.

De Signo S. Crucis, vt vocant, transeuntis, vnde Rosarij ducitur oratio.

A Cruce principium. Nam sunt Crucis omnia plena.

ERgò & in nostro Psalterio MARIAE primum est, & vltimum sanctissimæ CRVCIS signum, manu efformatum. *Nec abs ratione seu Necessitatis; seu Dignitatis; seu vtilitatis.*

NECESSITAS non ea quidem est, quam Theologi vocant, seu Medij, seu Præcepti; sed Conditionis, siue ex supposito, & secũdum quid. Nimirum, quia sic (a) *Traditum accepimus*, inquit S. Basilius. Quid erit igitur, quò minus cum D. Hieronymo (b) affirmemus, ac profiteamur dicentes: *Totius orbis in hanc partem consensus INSTAR PRAECEPTI obtinet. Nam & multa, quæ per Traditionem in Ecclesijs obseruantur, auctoritatem sibi præscriptæ Legis vsurpant; & rationabilis obseruatio ea sibi vendicat. Quoniam ita nostri Tradidere Maiores.*

a. S. Basi. Epist. 37.
b. S. Hier. contra Luciferianũ.
I. *Efformatio Crucis ante Orationem est Traditio.*

Tradidere, inquam; Vt, (verbis vtor D. Hieronymi (c) *ad omnem actum, ad omnem incessum manus pingat Crucem.* Ad omnem actum? An etiam ad humanum quemcumque? Sanctus quidem

c. S. Hier. Episto. 22. ad Eustochium.

Cypriamus ita respondet: quin iubet. (d) *Fac hoc signum & manducans, & bibens, & sedens, & stans, & loquens, & ambulans.* Hocque amplius pronuncians Tertullianus, (e) *Quæcunque* inquit, *conuersatio nos exercet, frontem Crucis signo terimus.* Et S. Martialis ita monet: (f) *Crucem Domini semper in mente, in ore, in signo tenete.* Quod si igitur ad omnem iubemur actum à maioribus efformare Crucis signum: quantò id magis vsurpare oportebit ad principem illum Religionis actum, qui est oratio, seu adoratio? Ac rursus: si ad omnem orationē: ad Rosarij certè orationem multò maximè. Quippe quà nulla potior sit, nulla prior: Vt infra liquebit. Itaque à Cruce Rosariū incipimus: 1. quia sic traditum accepimus. Quod autem Traditum est; suo quodam modo necessarium est. Proinde quoque vt Crucis signum, Rosarij faciat initium, necesse est. Etenim *Si Christianus es: crede, quod traditum est. Sin'; mortuus es.* Benè sic Tertullianus. (g) 2. Quin ipsum hoc, *orare Rosarium*, traditum est; Quia iam inde vsque ab hominū Christianorū memoria vsurpatum est. *Quomodo autem vsurpari quid potest si traditum prius non est?* Quærit rectè Tertuli. (h) Ac respondet idem. *Traditio tibi prætenditur autrix; Consuetudo confirmatrix, fides obseruatrix.* Quare quę nobis in manus ipsum tradit Rosarium Traditio; Rosario Crucem præformare nos docet eadem Traditio. Vtrumque autem tam est necessarium, quàm quod Traditum. Quæris, Cur ita? Respondeo millies cum S. Chrysostomus (i) *Traditio est: Nihil quæras amplius.* Quid amplius? Istud inquam: Quòd *totius orbis in hanc partem consensus, INSTAR PRAECEPTI obtineat.*

Num quid hoc ipso vis amplius? 3. Accipe Apostoli seu præceptum de plano: sed affirmatiuū: seu Consilium, omnibus sua ipsius saluberrima vtilica-

d. S. Cypr. Catech. illuminat.
e. Ter. li. de Corona militis.
f. S. Mart. Epist. 1. ca. 8.
Ergo & ante Rosarij orationem par.
Sed quod traditum, est necessarium.
g. Tert. lib. de Carne Christi cap. 2.
h. Tert. de Corona milit. ca. 3.
2. *Vt Crucis signum, sic & Rosariū est ex Traditione.*
i. S. Chry. hom. 4. in 2. ad Thessal.
3 *Et Quodammodo præceptum affirmatiuū in genere.*

vtilitate penè necessarium. *Omne*, inquit, (k) *Quodcunque facitis in verbo, aut in opere; omnia in nomine Domini nostri IESV CHRISTI facite, gratias agentes DEO per ipsum*. Cui præcepto nec rectius obtemperatur, nec perfectius: quàm per sacræ Crucis ante omnia efformationem. *In*primis verò, & expresse *gratias agentes* Nos id iussu Apostoli conuenit vsurpare. Atqui Rosarij oratio, est quædam gratiarum actio ad Deum, pro immenso Incarnationis beneficio: ac pro omnibus in, & ex hoc vno cæteris. Est ea & ad Deiparam salutatio atq; gratulatio: quin & petitio: vt, per quam Fons salutis ad nos deuenit: per eandem & riuuli ad nos promanent.

k. Col. 3. v. 17.

Ergo & in parte, maximè Rosarij.

Adde 4. quod hoc, *Rosarium orare*, sit *in Verbo, & in Opere*, vocali, & mentali oratione Deum laudare, benedicere; prædicare, & precari. Quòd si igitur hæc, aliaque *Omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi* facere iussi, tum probè facimus: cũ eorum exordia à Cruce ducimus: profectò Rosariũ orare tum ritè instituimus; cùm illius orationi Crucem præmittimus, in nomine Domini sic illud, Apostoli iussu, exordientes. Iam, quod in vniuerso genere operum Christianorum ex iussu est vel absolutè, vel suo quodam modo necessarium: id in parte quoque eorundem similiter esse necessarium debet: Operum verò piorum pars quanta est oratio? Et ROSARII qũidem oratio? Proinde par CRVCIS, Nomen Domini inuocantis necessitas eandem Rosarij contingit orationem; vt cui illa sit præmittenda.

Altera præter hanc *est causa* nobis, cur penè necessariò preces nostras Coronarias à CRVCE auspicemur, & in CRVCEM terminemus. Quia nimirũm hic

Psalterium Mariæ conformatum est ad illud Dauidicum seu Ecclesiasticum in quo primum & vltimum semper Crux fuit.

ab sui origine Rosarium incipi, finirique est natum. Originem verà suam cōstat Psalterium quà CHRISTI, quà MARIAE, indeà Psalterio Dauidis duxisse. Istud ad huius similitudinem est conformatum. De quo plura inferius cap. 24. excellē. 7. &c. Dauidicum Clerus; Populus Marianum suum, (ad illius nempe imitationem) vsurpabat. Atqui Sacer Clerus suum & inchoabat à Cruce; & claudebat eadem: qui mos hodieque obtinet, Ac proinde Crux eadem pari ratione plebi ad Laicum Psalterium, qua Clero ad ecclesiasticū, venire vsui debet. Persuadet id primęua populi ad Clerum conformitas. Sanè Clerus fuit forma populi factus Et pius Christi populus, imitator per omnia ac æmulator Cleri existens, huius psalmorum numerum numero suarum precularum secutus fuisset; in principio autem, inque clausula tali, tamque omnibus pariter communi, diffidens ab illo, sequi noluisset? Aut imitatus non fuisset? Quasi tam is superstitiosus fuisset, qui pluris interesse duxisset, vt sui laicalis cultus diuini par numerus, numero clericali responderet potius: quàm initium initio tali, talique fini par finis? Absit tam maligna de tam pijs maioribus nostris cogitatio. Ego verò hoc amplius pronuncio.

Crux item in medio perfrequens erat.

In ipso Cleri cantu medio deuotus assistens populus sæpius ac identidem signum Crucis frōtibus suis indigitabant. Enimuerò quis venerandæ antiquitatis ac sanctitatis maiorum est tam hospes, quem fugiat: quos psalmos, quos hymnos, quæ Cantica, quas seu orationes, seu obsecrationes, seu gratiarum actiones; quas doctrinas sacer Clerus in Ecclesia finisset; ad ea singula populum *Amen* acclamasse? Hoc qui nesciat; is mihi nec Apostolum vel legerit, vel intellexerit; vbi

l.1. Cor.14 v.16. sic scribit (l) *Si benedixeris spiritu: qui supplet locum idiotæ, quomodo dicet Amen, super tuam benedictionē?*

Is S.

Is S. Hieronymum non vidit, qui testatur (m) de populo; quod *ad similitudinem cælestis tonitrui, Amen, reboat*. Is Ausonium ignorat canentem:

o Consona concelebrant modulati carmina Dauid:
Et responsuris ferit aera vocibus, Amen.

Ad *Amen* autem sic roboans quid fiebat aliud? Num id erat *vox vsque sonans, prætereaque nihil?* Minimè. Ad *Amen* omnes se Cruce signabant. Audi S. Augustinum. (n) *Signent se omnes*, inquit, *Signo Crucis Christi: Respondeant omnes Amen.* Amē autem ab Ecclesia fidelium vel in vnis Matutinis quoties non responsabatur? Toties verò & Crucis signum religiosè ab singulis efformabatur. Iam sibi persuadeat, qui vel similiter vero poterit; cum populum pium, qui laicas suas preculas ad numerum Clericalis psalmodiæ, imitationemque cōformabat apprimè: qui Crucis signum, in medio Cantus Clericalis tenore toties iterabat: cū, inquam, populum, in orando suo Rosario initialem, finalemque Crucem omisisse, & Clero vsitatissimam; & ipso plebi laicæ in cæterarum initio actionum suarum, fineque omnium vulgò communissimam. Equidem hoc mihi persuadere nunquam possum. Quæro enim, ecquæ Omissionis istius hac in re vel esse causa, vel dari, aut fingi queat? Maneat igitur, quod, sicut Psalterium Coronarium seu laicum ad Ecclesiastici illius imitationem inuentum fuit, ac institutum, quoad numerum: ita quoque similiter sese habuisse quoad initium, ac finem: Quæ vtraque verum Crucis signum conficiebat. Quare quod tam peruetustū & antiquum, tam vsitatum, tam vulgatum: tam constans ac perpetuum: tam ad cæteras actiones omnes commune ac solenne fuit: id non potest non videri quodam modo necessarium.

Tertiam hisce causam necessitatis istius conditionatæ siue congruentiæ adijcere libet, ac licet, re-

m. S. Hier. præfat. in Epist. ad Galat. l. 2.
Auso. in Ephemeride.
Cæs. Baro. tom. 1. anno 60. §27
n. S. Aug. tract. 5. in Epist. Ioan.

Ergo vsitatior initio ac in fine.

Crucis expressio est fidei professio.

petitam ab orationis Christianæ adiuncto: quod est Fides. Quid namque est Christiani ad Deum oratio, nisi quædam Christianæ Fidei suæ professio? At per Crucem facta sui consignatio, ipsaque Crux orationis velut prodroma, est fidei professio sanè multò quàm luculentissima, & efficacissima. Hinc Martyres in persecutionibus vel hoc vno sat superque se Christianos esse contestabantur: si Cruce frontem consignassent. Sic Stratonicus, (o) tortor S. Iulianæ, de repentè conuersus, sibi Crucem imprimens exclamabat: *En, & ego Christianus sum.* Susanna, Martyr sub Diocletiano, se consignans, aiebat. *Ego Deo meo cupio meipsam Sacrificium offerre.* (p) S. Zeno Veronensis Martyr (q.) inquiebat: *Frontem meam tueor, & Fidem meã noui.* Luculenter, vt omnia, S. Cyprianus, in persecutione Thiberitanos inhortans ad martyriũ, ait, (r) *Muniatur frons; vt signum Domini incolume seruetur. Muniatur os: vt Dominum suum Christum victrix lingua confiteatur,* Nam, inquit S. Augustinus: *Quid times fronti tuæ, quam signo Crucis armasti!* Et tu oraturus quod times, inquam, professioni tuæ fidei, quam signo Crucis præmonstrasti? Sed de illa prolixius capite sequenti in causa secunda.

De hoc vide Gretserum de Cruce l. 4 cap. 20.

o. Laur. Surius. 17. August. Tom. 4.

p. Idem 11. Augusti.

q. Zeno f. 6 ad Neophytos, to. 2. Bibliot. Patrum.

r. S. Cypr. Epist. 56. Edit. Pamelianæ.

Iam verò secum quisque colligat ipse causas, de quibus oranti professa ad Deum fides esse necessaria ducitur: simul is intelliget, in earum plerarumque societatem ac partem venire Crucem, præuiam Orationi Dicet is cum S. Chrysostomo (s) *Non tantum in oratione; verùm & in penetralibus, in fenestris, & in fronte quoque, ac mente, magno studio Crucem inferamus.*

Causam: imò causas Diuus adnumerat Augustinus (t) *Hoc enim, ait, signum, cursum nostrum dirigit. Hoc ad agonẽ nos instruit. Hoc in luctamine adiuuat Hoc ad victoriam prouehit. Hoc veneficia destruit. & omnia dæmonum machinamenta ad nihilum redigit.*

s. S. Chrys. hom. 55. in Matt.

t. S. Augu. seu quis alius serm. 19. de Sanctis.

redigit. Ad nostram igitur orationem tam id necessarium est, quàm efficax ad talia.

Quarta causa: cur penè necesse sit, vt Coronariæ orationis telum Cruce velut inspicare debeamus: est æui nostri hæretica impietas. Quam cõtra, quasi Goliathanam molem, ac Babylonicæ meretricis effrontem frontem cùm in acie consistamus Coronarij, Dauidicis Rosariorum fundis instructi; & orationum scutis obarmati: vt a lubi docuimus: (u) Cùm deinde etiam ad hæreticam prauitatem ex animis, ex orbe eliminandam, atque ad inferos proturbandam Rosarij preces institutæ, ac vsurpatæ semper fuerint, hodieque eòdem vsurpentur: Cùm denique easdem vel maximè detestentur hæretici: par est etiam: planèque conuenit: quin oportet, vt Crucis signum contra inimicos Crucis in orationum nostrarum acie primum statuamus: vt hoc telum, hoc saxum primum in hostes euibremus. Quippe quo nihil magis aut penetrabile, aut terribile, aut exitiale ipsis accidere queat.

Crucis vsurpatio est hæreticis dira & intestabilis execratio. Sed & eorũ euersio.

u. In nostro l. 2. de ortu, progressuque Fraternitatis. ca. 8

Hinc immane quantum in eam fremant ac fulminent hæretici: at bruto fulmine. Audi blasphemantem Caluinistarum Goliath Bezam; vt apud doctissimum virum Iacobum Gretzerum (x) lego. Audi: simul admirabundum te Cruce communito.

Caluiniana impietas.

x. Grets. li. 4 de Cruce c. 64.

Sic ille sacer & infandus Stauromastyx Crucem flagellat. (y) *Cum res eò deuenerit, vt, cùm ab Artolatria discessero; nulla sit sub cælo talis magiæ, & idolomaniæ species, qualis est illa Crucis signatio, & spurissima adoratio. Adeò vt, quod vni* CRVCIFIXO, *nunc in cælis regnanti debetur, (de nulla re magis, vt arbitror, sibi plaudente Sathana:) id ad aurum sit publicè transiatum.* Sic incircumcisus philistæus iste.

y. Theod. Bez. cõtra Franc. Bald.

Verum

Verum audiè diuerso Staurostrategum D. Augustinum, Dauidem Christianum: virum, qui multum orabat ad Rosarium (a) Is ita de Fausto Manichæo scribit (b) *Vtinam frontem habere voluisset, atque in ea Crucem Christi figere non erubuisset*. En, imitatores Manichæorum Caluinistas. Nam ex vno hoc metire cæteros: cui similes esse contendunt omnes. Verùm *Quicquid faciant*, idem inquit S. Augustinus: (c) *Christus Crucem suam in omnium frontibus fixit. Impius insultare permittitur: sæuire nō permittitur. Sed tamen ex eo, quod linguâ premit: intelligitur, quid gestet in corde*. Audi verò & principilum Lutheranum, Brentiū. (d) *Maximus abusus*, clamat, *fuit signi Crucis inter homines. Hoc est veneficium*. Ac rursus. *Signum Crucis non est, institutum, vt afferat nobis salutem*. At hunc contra Tertullianus haud paulò sanior docet: quòd (e) *Caro signatur, vt & anima muniatur*. Audi ipsum Lutherū, quis illi sit animus, quæ sententia de stabili Cruce ac solida: atque inde, quid senserit de Transeunte, æstimes licet. De vexillo Crucis sic ille. (a) Wann ich im Feldt ein Creutzpanier sehe/ wans gleich ein Crucifix selber were: so wolt ich daruon lauffen/ als jag et mich der Teuffel. Id est. Si vexilum Crucis viderem in campis, etsi foret Crucifixus ipse: haud secus fugerem, ac si me dæmon persequeretur. De ipsa verò. S. Cruce, cui suffixus hæsit SERVATOR, ita (b) intestabilis idem. Ich wolt das kein Dörne Cron/ Ja kein Heilig Creutz jhe herfür kommen were. Vnd wan mir ein stück von dem Heiligē Creutz geschenckt würde/ vnnd in meiner handt stünde: Ich wolt es baldt dahin thun/ da es die Sonn nicht viel bescheinen solte. Hoc est. *Vellem nulla Corona spinea, imo S. Crux nulla vnquam prodijsset. Et si quæ mihi particula S. Crucis donaretur, foretq; in manu mea: continuò istbuc ego illam detruderem,*

vbi

a. Alanus de Rupe li. de Psalt. dignit.
b. S. Augu. contra Faustum.
c. S. Augu. in ps. 34.
Lutherana prauitas.
d. Brent. in cap. 5. ad Galat.
e. Tert. lib. de resurr. carnis. c. 8.

a. Luth. t. 2. VVit. fol. 539.

b. Luth. In Haußpostillen edit. Nuremb. fol. 184.

vbi sol eam nullus aspiceret. De festis S. Crucis ita porrò. (c) Gar verbrant sollen sein die Fest deß H. Creutzes. Id est, *Flammis absumantur festa S. Crucis.* Furore amens, nescijt quid diceret. Quæritur tamen idem de Carolstadio, eiusque similibus: quod ita plebem doceant: (d) Sihestu ein Crucifix/so speihe im ins angesicht. &c. Id est. *Vides Crucifixum, tunc ipsi in faciem expue.* Quod si talia de Crucis iconibus, vexillis, festis, deque ipso adorando S. Crucis ligno: quid non de efformato Crucis signo? Horret animus, auresque refugiunt plura.

c. Lut. to. 7. VVitteb. fol. 393.

d. Lut. to. 2 VVitt. f. 4.

Quò nos filij Crucis ac lucis, auditis blasphemijs istiusmodi, religiosius nos Cruce signemus, more maiorum; de quo Gretserus: (e) & vsurpemus patrium illud antiquum ac pium: Behüte mich GOTT/vnd daß H. Creutz. Simul occinamus impijs cum Ennodio Ticinensi ista pangente.

e. Gret. l. 4. de Cruce ca. 24.

At mihi Crux cuspis, Crux scutum, Cruxque Corona.
Hæc tegar, hac feriam, hac Pacis fœdera firmem.
Hæc mihi dux belli, quâ victrix lubrica calcans
Dira Cupidinei detester mella veneni.

Esto nobis igitur Crucis signum in Rosario, quasi *cornu salutis nostræ:* vt SS. Patres id prophe ticè volunt appellatum fuisse. Hoc enim ventilabit inimicos nostros. Maximè, (vt Iulius Firmicus scribit ad Constantium, & Constantinum Imperatores,) Si Crucis cornibus affigatur supernè in fronte Pudicitia, in pede Patientia, in dextero Misericordia, in sinistro Iustitia, in medio Fides: *In hoc vinces.* Etenim, vt S. Augustinus ait, (f) *quod faciebat in terris Corporis Christi præsentia: hoc facit cum fideli inuocatione Nominis Christi, victoriosæ Crucis insignita memoria.* Itaque ad orationem nostram tam esse necessarius Crucis vsus censendus

Crucis triumphus.

f. S. Augu. ser. 19. de sanctis.

Et vsus ad orationem necessarius.

dus est: quàm fortiter, quàm feliciter, contra partes aduersas pugnare precibus desideramus. Atque ista de præmittendæ in Rosario Crucis necessitate cõditionali. Restat, quod proposuimus, secundum.

Crucis incõparabilis Dignitas: quæ magna est orationis at maior Crucis.

Dignitas quoque Santiss. Crucis admiranda, planèque veneranda seipsa commendat plurimum: vt ne eam ab oratione nostra rosacea vnquam abesse sinamus. De qua hoc breuior ego: quò notior illa. Tantum monuisse sat erit. Multa sunt quæ nos ad dignam Deo, Deipara, Diuisque cælitibus orationem fundendam, ac frequentandã inducere valent. Magna sunt, quæ eiusdem exaggerant dignitatem, ac in cælos vehunt: adeòque supra cælos etiam extollunt. Quæ quidem quantam quantam Orationi concilient præcellentiã; tanta esse tamen ea non potest; quæ ad eximiam, planeque incomparabilem pie efformati Crucis signi dignitatem audeat aspirare.

f. De hisce lucentissimè Iacobus Gretserus lib. 4. de Cruce.

Testis est omnis retrò factorum, dictorumque hanc in partem Antiquitas. (ff) Testis Vniuersæ Ecclesiæ perpetua Sanctitas; cui nihil sanctum nihil sacrum, quod diuina quædam S. Crucis vis ac sanctitas non cõsecrauit. Testes sunt sanctissima Ecclesiæ Sacramenta: quæ nec ritè confici: nec sancta esse possunt: nec administrari sanctè: nisi Crucis ea consignãtis accesserit sanctitas, atque religio. Testes sunt denique ipsi templorum parietes ac tecta; ipsæ altarium sedes ac saxa: omnia Sacræ suppellectilis Ecclesiasticæ instrumenta, ac indumenta. Profana sunt omnia, Sancta censentur nulla: quæ dia Crucis benedictio non sanctificauit.

Christianismi magna est dignitas at maior Crucis.

Sine hac nec Christiani quidem esse, dicique Sancti queunt. Quin Christianum ex Christiano exueris: si Crucis ab eo sanctimoniã remoueris. Vt constanter cum Tertulliano dixerim, (g)

g. Tert. lib.

Non

Non es Christianus non credēdo; quod creditū Christianos facit. Crux Ecclesiæ, crux Christiani est nota, ac tessera militiæ Christianæ. Vnde quidam ethnicus ad S. Afram, Augustanam Diuam de alijs ita loquitur. (h) *Scio, quia Christiani erant. Nam omni hora signabant frontes suas signo Crucis, in qua Christus eorum passus est.* Magna est Christiani nominis dignitas ac reuerentia? Hac maior est Crucis; quippe quæ Christianos facit. Magnum est, multumque in Ecclesia de cælo subsidium gratiæ, quod Christianos ad beatarum mentium sedes prouehit? At omnibus Crux vna præit. Vna in omnibus omnia Crux est. Crux omnium Dux est. Grauiter proinde, scitè iuxta ac piè Christianus Poeta peruetus Prudentius ita canit.

de Carne Christi. c. 2

h. Surius tom. I. & Marcus VVelserus in Vita S. Afræ.

(i) *Frontem, locumque cordis*
Crucis figura signat.
1. *Crux pellit omne Crimen:*
2. *Fugiunt Crucem tenebræ.*
3. *Talia dicata signo*
Mens fluctuare nescit.
4. *Discede: CHRISTVS hic est.*
Hic CHRISTVS est: liquesce.
Signum, quod ipse nosti,
Damnat tuam cateruam.

i. Prudentius hymno. 6.

CAteruam tuam Lucifer, Luther, & Caluine tuam: Tuam Politice, Libertine, & quisquis es alius, hæretice, aut prorsus Athee, damnat cateruam tuam.

Est omninò maxima S. Crucis in omnibus gloria, vis & excellentia. Et hanc ab vnius excellentissimæ orationis Laicæ, Rosarij inquā, abesse præstantia sineremus? Quid? In quo esse Rosario summa debent omnia: ab eo quod vnum summum est omnium, abesse nequaquam debet.

Crux igitur est honorifica Rosario.

Enim-

Enimuerò quod inferius nos de Rosario docebimus: idem Gretserus de Transeunte Crucis signo dicit ac docet cùm toto libro 4. de Cruce: tum istis semel verbis. (k) *Signum hoc Christianæ Fidei, imò & Apostolici Symboli compendium est. In eo SS. Trinitatis mysterium, Christi incarnatio passio, remissio peccatorum docetur* Idem autem est Rosarium: inque Rosario sunt eadem.

k. Iac. Gret li. 4. ca. 4.

I. Nam in nostra per S. Crucem consignatione ideò à capite ad ventrem manum ducimus: vt pia mente recolamus Christi è cælis in vterum Virginis descensum? Et in Rosarij quoque Quinquagena prima, Christi infantiam animo recolimus. In hac Annuntiationem, Visitationem, Natiuitatem, Præsentationem Christi in templo, & Inuentionem corde tractamus, dum ore Salutationem Angelicam, ritè ac ordine repetitam, recitamus:

Similia Signi Crucis & Rosarij sunt mysteria.

2. Deinde S. Crucis signum tota manu, digitis quinis efformamus: Ad memoriam ac honorem Passionis, ac Vulnerum quinque Christi Seruatoris? Et in Rosarij item Quinquagena altera, adoramus ore, corde versamus Christum in horto Captum, Flagellatum, Coronatum, Crucis baiulum, ac denique Crucifixum. 3 Ad vltimum, in Crucis signo per manus nostræ ductum, ac transitum à læua ad dexteram, significamus nostrum à peccatis ad pœnitentiam, ad vitam à morte transitum, erectumq; animum in venturæ spem vitæ, ac gloriæ? Eodem & tertiam Rosarij vertimus & persoluimus precabundi Quinquagenam. Ad hanc in ore preces, in corde meditationes euoluimus de Christi Resurrectione, Ascensione; de S. Spiritus missione: de Deiparæ in cælos Assumptione, deque Coronatione Mariæ. Cùm igitur Rosarij totius epitome ac summa sit Crux alterutrum inter sese vtraque tam similia sint, vt myste-

mysterijs etiam planè eadem esse noscantur: disiuncta ab inuicem esse nequaquam debent. Ne tantillæ operæ neglectu, (quantula in Crucis est signo efformando,) tanti boni gloria, quanta est Crucis, priuetur Rasarium.

VTILITAS quoque par Dignitatis ex præuia Rosario, & subsequa eidem Cruce, nobis accedit: eaque multò maxima. Libet illam ex vtriusque facta inuicem contentione nonnihil oculis subijcere cognoscendam. Verùm ita, vt, quæ de Cruce attulero, doceam: quæ verò de Rosario affirmauero, dicam duntaxat: vt quæ alibi, suis singula locis aut demonstrauerim, aut postea sim demonstraturus.

S Crucis signi vtilitates cum Rosarij vtilitatibus comparãtur nonnullę.

Sit itaque *Prima vtilitas*: Quantum non est, ęstimarique debet illud, quod ad pij Christiani, virique boni ac integri confert indicium, quo is Orthodoxus ab hæretico, ab hæterodoxo quocũunq;, ab infideli dignoscatur? At Rosarium in manibus huc tibi conducit: Viri Catholici, pij viri nota est Rosariũ. Par eiusdẽ, si non illustrior, nota est quoque Crux in frontibus. Vnde S. Aug. (l) *Christiani omnes dicimur, omnes Christi signo signamur.* Esto; fuerit Iudæis suæ à Deo electionis signum externum Circuncisio. Nobis id Crux præstat in frontibus, haud paulò certius, ac illustrius: teste Augustino, qui ait: (m) *Magnum est in Cruce Christi gloriari. Vnde tibi insultat impius: glorietur in de pius. &c. Noli erubescere de Cruce Christi. Ideò in fronte, tanquam in sede pudoris, signum ipsum accepisti. Recole frontem tuam: ne linguam expauescas alienam. Signum Veteris Testamenti Circumcisio in latenti carne: signum Noui Testamenti in libera fronte. Ibi enim occultatio est, hic reuelatio: Illud est sub velamine: hoc in facie.* Neque hæc parua est signi huius vtriusq; quà Crucis, quà Rosarij ducenda vtilita[s]. Quippe cui à summa Veritate istiusmodi sit facta pro-

I. est: Dignosci Orthodoxos ab infidelibus.

l. S. August. in ps. 30.

m. S. Aug. in fragmen: ser. 27. de Verbis Apost. Gal. 6.

missis. (n) *Omnis, qui confitebitur me corã hominibus; confitebor & ego eum coram Patre meo.*

n. *Matt.* 10. 32.

Sicu igitur Antichristus (o) *faciet seruos suos habere characterem in frontibus suis*; primò, vt S. Hyppolytus ait, (p) *in signũ, quòd omnes defecerint à Sancto Deo.* Deinde, vt S. Ambrosio placet. (q) *Vt proprios recognoscat.* Item, secundum S. Ephæm. (r) *Vt nulla penitus ratione nomen Domini ac Saluatoris nominetur temporibus suis.* Pari, aut potiori quoque ratione nos è diuerso ad Coronã oramus; vt orãdo ad Deũ accedamus. Orationi verò crucẽ præmittimus; Vt eius virtute cor pręparemus; Vt hoc illâ fretum se fidẽtius eleuet in Deũ: Vt Deus recognoscat suos: Vtque hoc signo velut expiati leuemus puras manus ad Deum in omni loco.

o *Apoc* 13. p. *S. Hypp. de consummat. mundi & Antichristi.* q. *S. Amb. de interpellatione Dauid. ca.* 8. r. *S. Ephr. de Antichristo.* Characteris Antichristiani tres causæ.

Ex quo illa quoque in nos persæpè *altera* redundat *vtilitas*: vt, quem pietatis sensum Rosarij precibus quęrimus; quem internæ dulcedinis gustu libare auemus in oratione: eum quandoque ad primã S. Crucis in fronte piam impressionem inueniamus. Id agnouit, ac spondet etiã S. Augu. ita scribens. (s) *Hoc ergo signũ in conspectu hominum si feceris; si inde coram hominibus non erubueris; spera tibi perfici* DVLCEDINEM DEI.

2. Consolatio spiritualis. s. *S. August. in psl.* 30.

III. Adhæc si ista quoque in cæteris vna rectè ex Rosario oriri censeatur vtilitas; quòd vel ipsius, vel precum admonitu in meditationem de Crucifixo ingrediamur; & ex hac ad illius imitationẽ accendamur: Iam sanè eandem vel inprimis ex signo Crucis exstere confiteamur necesse est. Eâ namq; causâ monet Apostolus, (t) Aspicere nos *in Autorem Fidei, & Consummatorem Iesum; qui proposito sibi gaudio sustinuit Crucẽ.* Monet & D. Petrus, (u) *Christo passo in carne, & vos eadẽ cognitione armemini. Quãdo igitur*, inquit S. Chry. (x) *Cruce te signas, vniuersam tecũ Crucis causam verte; & iræ, ac reliquarum passionum incendia extingue.* Hoc fac; & Viues.

3. Meditatio & imitatio Christi passi. t. *Heb.* 12. 2. u. 1. *Pet* 4. x. *S. Chry. hom.* 55. *in Matth.*

IIII. Ob

IIII. Ob spem salutis obtinendæ Rosaria gestamus & oramus. Ob eandem & Cruce nos, id orituri, consignamus. Quid enim non speret, qui Filium Dei sibi datum, & in Cruce immolatum videt? Videt autem, qui in fronte sibi crucem efformat. Huc scilicet spectabat Apostolus (y) admonens: *Empti estis pretio magno.* Quid inde? *Glorificate, & portate DEVM in corpore vestro.* Id quod nec illustrius fit, nec facilius, quàm per S. Crucis vsum in fronte. Atque ideò eadẽ, inquit S. Chrysostomus, (z) *in fronte nostra, quasi in columna, quotidie figuratur.* Quare & in oratione præfigitur.

4. Spes salutis.

y. 1. Cor. 6.

z. S. Chry. oratione quod Christus sit Deus.

V. Globulorum in Rosario collectio, cõnexio, & ordinatio nobis illam omnibus votis optandam Charitatem Fraternitatis significat; atque commendat? At Crucis quoque formatio ad eãdem animos nostros accendit: quòd Dei in nos charitas in Cruce vel maximè elucescat: teste Apostolo, vbi ait (a) *Commendat autem charitatem suam Deus in nobis; quoniam cùm adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est.*

5. Charitas.

a. Rom. 6.

VI. Coronarij dexteræ vindicis flagella, & irati Numinis tela à se declinare laborant Rosarij prece? Cruce idem possumus, eâ tuti non minus, quã suo quondam signo Tau Israelitæ. Huc namque S. Gregorius Nyssenus, (b) & Diuus Hieronymus (c) istud psalmi (d) intelligunt: *Dedisti metuentibus te insigne, seu, significationẽ, vt fugiant à facie arcus*

6. Pœnæ diuinæ accessio.

b. Nyss. lib. contra Iudæos. cap. de consignando.

c. S. Hier. in cap. 66. Isaiæ.

d. Psal. 59.

VII. Multas, & sæpè adusq; miraculum magnas pius & assiduus Rosarij vsus, de hostibus seu victorias retulisse, seu liberationes fecisse varias legitur. Legitur & Crucem ad id vel inprimis valuisse. Testem veritatis historiam, multis ab hac re illustrem exemplis, prætereo. Vnum illum Dauidicæ precationis vsum saluberrimum impensè veneror & vsurpo: quando sic ille Vir DEI ad DEVM. (e) *fac mecum SIGNVM* in bo-

7 Hostium depulsio.

e. Psal. 85.

in bonum; & videant, qui oderunt me, & confundantur. Quoniam tu Domine adiuuisti me, & consolatus es me. Neque hunc ego locum de Sacro Crucis signo interpretor primus; fecerunt id iam dudum viri sanctissimi Gregorius Nyssenus, & D. Hieronymus.

f. S. Greg. Nyss. & S. Hier. locis citatis.
g. Psal. 143 & Arnob. ibidem.

(*f*) Quapropter gestit animus, & exclamat cum Dauide (*g*) *Benedictus Dominus DEVS, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.* Quem locum Arnobius de Crucis signo certus accepit. Manus docuit nostras DEVS Crucis armaturam hostibus, & periculis obijcere: digitos, Rosarij globos terere, ac velut in partes aduersas eijcere. Felix coronaria funda; quæ ictum haud vnquam facilè irritum destinat, & euibrat! Quid plures ego, paresque Crucis ac Rosarij vtilitates commemorem? Pergam tamen in cœpta semel vtriusque comparatione.

8. Dæmonum debellatio.
h. Cyr. Cat. 4. Illuminat.
i S. Chry. hom 55. in Matth.
k Audoenus li 2 de vita S. Eligij ca. 16. apud Surium t. 6 die 1. Dec.
l. Ps. 108. 7
m. Ioã. 9 31

VIII. Aduersus tartareas Cacodæmonum acies dissipandas, ac edomandas quàm præsens Coronariarum sit precum vis, & experta toties efficacia, nemo ignorat. Quàm certa sit Crucis virtus, quid attinet dicere? Dixit iam olim Cyrillus, (*h*) ac monuit: *Manifestè te signa Cruce in fronte; vt dæmones, signum Regis videntes; trementes procul fugiant*, Dixit S. Chrysostomus (*i*) *Qiid passurum putas diabolum, si mucronem tenere te viderit; quo vires eius Christus dissoluit; & quo caput Draconis magno ictu retauit?* Hic illa nimirum S. Eligij Nouiomensis Episcopi saluberrima admonitio, (k) qua frequentes nos Cruce muniri idcircò iubet, *Vt nos semper memoria DEI & vigilantes protegat, & custodiat dormientes.* Verùm hic locus me admonet simul alterius cuiusdam, quod dissimulare non valeo.

9. præpostera.

IX. Ita comparatum est sæpè cum peccatore, vt (*l*) *oratio eius fiat in peccatum* Aut certè, quod (*m*)

pecca-

peccatores Deus non exaudit. Vnde quosdam ad Rosarium precatores subinde aut mala precari contingit; aut malè. Quo sibi vel obsunt; vel prosunt nihil. Nunquid perinde & Crucis vsus in abusum venit? Et quidem in talem, tamque noxium; vt in eos Sacri signi vsurpatores, simul & scelerum sectatores Sancti Patres iustas inuectiuas declamârint. Inter cæteros, ac cætera illud Diui Augustini dictum est iuxtà scitum, ac salsum. *Nesciunt*, inquit, (n) *miseri quia includunt magis in se dæmones; quàm excludunt*. Ac idem rursus alubi (o) *Signum Christi à nobis expellit exterminatorem; si cor nostrum recipiat Saluatorem. Quare hoc dixi? Quia multi habent in fronte Signum Christi; & corde non recipiunt Verbum Christi*. Sic Augustinus.

n. S. August. ser. 215. de tempore.

o. S. Augu. tract. 50. in Ioan.

Res ipsa mihi ex alio in aliud viam præstat. Ab vitiorum vniuerso genere ad partem, adq; ipsam mihi superbiam stylus trahitur. Vtrique Crux inimica; inimica & oratio. Par quoque vtriusque Crucis ac Rosarij vtilitas constabit tibi: Sed si bonus vtaris benè. Sin' autem; iam tibi in venenum vertet antidotum veneni; remedium salutis, in perditionis detrimentum abibit. Ea propter monui; caueamus Satanã dilicatis pascere apud nos cibis S. Crucis, & Orationis. Fugandus hisce est princeps superbiæ. Sed & Superbia ipsa iisdem est à nobis propulsanda.

X. Hoc quin oratio quæcunque bona possit; nulli esse dubium debet; Quod verò soleat etiam ad Rosarium ritè facta comprecatio; nemo negabit; nisi qui ignorat, omnis benè institutę orationis sanguinem ac animam, esse animi demissionem, siue humilitatem, Quando ipsum Orare, est sese humiliare. Quo cum superbia nequit vlla perstare. Hocque magis per humillimam orationem in Corona, procul omnis ab orante fugatur superbia; quòd illa humilis sit ancillæ humillimæ

10. Humilitas.

 Salu-

Salutatio. Quid Crux alma? S. Augustinus id ita docet. (p) *Omnis superbia habet impudentiam frontis. Euacuata est frons; quæ habet impudentiam superbiæ. Et vicit frons; quæ habet similitudinem Crucis CHRISTI. Propterea & nos Signum ipsum Crucis in fronte portamus; qui illud intelligimus. Hoc dico, fratres: quia multi illud faciunt; & intelligere nolunt. Factorem quærit DEVS signorum suorum; non pictorem. Si portas in fronte signum humilitatis Christi; porta & in corde.*

p. S. August. ser. 20. de diuersis. Edit. Louani.

Ne igitur frons nostra sit effrons; eiusdem parendum consilio est, vbi ait. (q) *Quid est: Frontem non habet? Impudens est. Ne habeam nudam frontem, tegat eam Crux Domini mei.* Ac alibi. (r) *Ipsâ Cruce*, inquit, *in qua Illi insultatum est, non permisit caluam esse frontem nostram. Quia eam suo signo signauit.* Fortè illud est, quod Dauid gratus DEO commemorans canit. (s) *Impinguasti in oleo caput meum.* Vbi certè S. Cyrillus Ierosolymitanus ita scribit. (t) *Impinguauit caput tuum in fronte per signaculum DEI.* Atque hoc est oleum humilitatis, ac salutis, à Cruce dimanans. Id quod ex illis S. Augustini satis liquebit. (u) *CHRISTVM Magi cognouerunt*, inquit, *& erat hoc signum, de Domino datum cæleste, præclarum. Noluit stellam esse in fronte fidelium signum suum; sed Crucem suam.* Causam aduerte. *Vnde enim humiliatus, inde glorificatus est. Inde erexit humiles, quò humiliatus ipse descêdit. Idem igitur signum Crucis est, & humilitatis: ac proinde summæ vtilitatis in oratione.*

q S. Augu. in Ps. 141.
r. S. August. in tit. ps. 46.
s. Psal. 22.
t. S. Cyr. Cateche: Mystag. 4.
u. S. Augu. tract. 3. in Ioan.

XI. Denique hoc confert boni Rosarium orantibus, vt ijs virtutum Christianarũ sit quoddã velut seminarium. Eadem & Crucis est vtilitas. Teste S. Cyrillo, qui ait. (x) *Signum Crucis nos ad recordationem omnis Virtutis inducit. Et id facimus in memoriam omnis boni, & omnis virtutis.* Idcircò docet S. Augustinus. (y) *CHRISTI signum à nobis*

11 Virtutes omnes.
x Cyr. li. 6. contra Iulianum.
y. S. Augu. ser. 28. de diuersis.

in fronte portatur; & in corde habetur. Est enim frons in facie; est frons in conscientia. Et alubi sic arguit idem. (z) *Signum te in fronte portare asseris; & de corde perdidisti?* Idem vult S. Ambrosius, quando in illud Canticorum: (a) *Pone me, vt signaculum super cor tuum; vt signaculum super brachium tuum:* Sic scribit. (b) *Signaculum CHRISVS in fronte est; vt semper confiteamur: in corde; vt semper diligamus: in brachio; vt semper operemur.* Ad hæc talia nos Crux erudit ac inducit memores: simul piè efformata gratiam impetrat; vt maiora hisce à Deo consequamur.

z. S. Augu. in psal. 85.
a. Cant. 8. 6.
b. S. Amb. lib. de Isaac cap. 8.

Vt homine Christiano prorsus indignum sit, planeque nefandum, quærere, (vt quærit Brentius Lutheranus) (c) *Quid signum Crucis facit ad honestam disciplinam, vel ad veram pietatem?* Habeat ille, & sui similes hæretici, lepram hæresios, ac impietatis suæ cum Ozia (d) in frontibus suis, qui Crucem, Crucis inimici, petulanter proterunt, atque contemnunt. Nobis verò Crucem tam familiarem vsus faciat; vt illud Chrysostomi quadrare in nos queat, quò inquit. (e) *Multi thermas ingressi, cum primùm fores transcenderint, signantur. HOC NOVIT MANVS VEL NVLLO IVBENTE, ET EX CONSVETVDINE FACERE.* Quare ita crebrò certi ac conscij Cruce nos signemus; vt ex consueto vel nescij eam piè vsurpemus. Rumpantur hæretici: Inferi contremiscant.

c. Brent. in Prolegominis
d. 2. Par. 26
e. S. Chry. hom. 27. ad Antioch.

CAPVT II.

Symbolũ Apostoli condunt.

DE SYMBOLO APOSTOLORVM, cur ante Psalterij Orationem præmittatur.

a. *S. Clem. Epist 1. ad Fratrem Domini.*

Alterum in Psalterio B. Virginis proœmium, est Symbolum Apostolorum.

Causa 1.

Causa 2.

b. *S. Augu. serm. 181. de Tempore*

Rufinus in Expositione in Symbolũ. S. Leo, S. Maximus &c.

ILlud nimirum orbe toto, omnibusque sæculis Catholicum: quod Apostoli, (vt verbis vtar S. Clementis, (a) *adhuc in vno positi, vnusquisq; quod sensit, condiderunt: vt discedentes ab inuicem, hanc regulam per omnes gentes prædicarent.* Vnde, scribit idẽ; *Symbolũ græcè, Latinè Collatio dicitur. Dicitur & Indicium; quòd per hoc, qui rectè crediderit, indicatur.* Quæ eadem ex ipso S. Petri discipulo, eiusque successore, S. Patres constanter prodiderunt.

Præmittitur in Rosario ob plures causas.

c. *1. Cor. 14. 40.*

d. *Rom. 12. 1.*

e. *Rom. 13. 1.*

f. *Ioã. 4. 23*

g. *Ier. 48. 12.*

1. ob Ordinem in oratione seruandum.

(b) *Causa* verò præmittendi Symboli ante Orationem Psalterij non est vna; sed multiplex. *Prima*, quòd *Ordo*, *ratioque* sic postulare videretur. Iubet enim Apostolus, (c) vt *Omnia honestè, & secundum Ordinem fiant.* Inprimis autem hoc nostrum est (d) *rationabile obsequium* orationis Coronariæ debet tale, quod sit quàm ordinatissimum. Eoque amplius; quòd donum orationis à Deo sit. (e) *Quæ autem sunt à DEO, ordinata sunt.* Quique prædixit futuros, & misit oratores in spiritu ac veritate: (f) Is & promisit per Ieremiam dicens: (g) *& mittam ei Ordinatores.* Quid verò esse in hoc ritè precandi ad Rosarium genere ordinatius posset, quid rationabilius; quàm quod post solẽnem Sanctissimæ Trinitatis confessionem & inuocationem, cum expressa S. Crucis consignatione factam, excipiat proxima Fidei nostræ de eadem Trini-

Trinitate professio, & contestatio!

Hunc ordinem Diuus commendat Hieronymus verbis istis:(h) *Post Confessionem Trinitatis, & Vnitatem Ecclesiæ, omne Christiani dogmatis sacramentum carnis resurrectione concluditur in Symbolo Fidei, & spei nostræ, quod ab Apostolis traditum non scribitur in Charta & atramento; sed in tabulis cordis carnalibus.* Atque ea fortasse de causa; vt notat Baronius,(i) Fidelium perantiqua obtinuit Consuetudo; vt, cùm Symbolum hoc Fidei recitarēt, in verbis illis postremis, *Carnis resurrectionem*, frōtem quisque suam Crucis signaculo communirent: teste grauissimo, & supra mille ducētos annos antiquo Scriptore Rufino Aquileiensi, in Expositione Symboli: Qui eiusdem rei mysteriū ibidem quoq; luculenter exponit. Hanc priscam nos consuetudinem, subiūgendi Symbolo efformationem S. Crucis, iam diu desijmus: retinuimus verò illam adhuc de Cruce ipsi Symbolo præmittenda, sicut & cæteris actibus nostris; pro ritu solenni, moreque maiorum; Secūdum illam D. Hieronymi admonitionem: (k) *Ad omnem actum, & ad omnem incessum manus pingat Crucem.*

h. *S. Hier. Epist. 61. ca 9. ad Pammachiū*

i. *Cæs. Baro. Annalium tom. 1. anno 60. §. 7.*

k. *S. Hier. Epist. 22 ad Eustochiū.*

Altera causa, Symboli ante Psalterium recitandi, est Fides: quam hac recitatione velut innouatam in nobis exsuscitamus, & ex habitu in actum reducimus. Cuius ritus obseruandi quasi necessitas quædam nobis incumbit. I. Apostolo teste:(l) *Accedentem ad DEVM oportet credere.* Quantò magis, qui oraturi supplices Deum accedunt? Quique ex Oratione, præcipuo Religionis actu, Deo placere student? At *sine fide impossibile est placere Deo.* 2. Deinde *S.* Iacobus eam testatur necessitatem istis.(m) *Si quis vestrum indiget sapientia, postulet à Deo: qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei: postulet autem in Fide,*

2. ob Fidē orationis basim.

l. *Heb. 11. 6.*

m. *Iac. 1. 5.*

nihil hæsitans. 3. Adhæc Ipsius Seruatoris & Aduocati nostri sunt ista: (n)*Omnia, quæcunque petieritis in oratione CREDENTES, accipietis.* Promissum est istud. At hoc & iuramentum, quod ibidem adiecit; vtrumque tamen sub conditione Fidei nostræ præcedentis: *Amen dico vobis*, inquit, *si habueritis Fidem & non hæsitaueritis; & si monti huic dixeritis: tolle, & iacta te in mare; fiet*: Addit Marcus(o) *Et nihil impossibile erit vobis.*

n. Matt. 21. 22.

o. Matt. 17. 20.

4. Hinc idem Dominus aliquando Fidei condonat nonnullorum petitiones; qui sibi facti supplices fuerunt. Hinc Centurioni ait. (p)*Vade; & sicut credidisti fiat tibi.* Hæmorrhoissæ inquit: (q) *Confide filia, Fides tua te saluam fecit.* Baiulis paralytici, (r) *quorum Fidem vt videt, dixit: homo remittuntur tibi peccata tua.* Itaque (s) *in CHRISTO IESV valet Fides, quæ per Charitatem operatur.* Et (t) *ex Fide pacem habemus ad DEVM, per Dominum nostrum IESVM Christum*: quâ clausulâ, omnem terminat orationem Ecclesia. Quam igitur Fidem, vt necessariam, ante orationem iubet Apostolus; exigit Christus, & remuneratur in supplicibus sibi; quamque illi sola mente conceptam afferebant; eam nos in Symboli recitatione præstitam exhibemus antè, quàm in orationem Angelici Psalterij Mariæ incumbamus.

p. Matth. 8. 13.
q. Matth. 9. 22.
r. Luc. 5. 20.
s. Gal. 5. 6.
t. Rom. 5. 1.

Huc respexisse videtur S. Chrysostomus, cùm ait: (u) *Fides est origo iustitiæ, sanctitatis caput, DEVOTIONIS principium, religionis fundamentum. Qua ad DEVM accedimus; qua præceptis insistimus; qua expiatâ mente Dominum veneramur. Hæc excludit dubia; tenet certa; promissa consignat.*

u. *S. Chrys. in serm. de fide. spe, & Charit.*

Vnde D. Ambrosius eam rectè clauem appel-

appellat, dum ita scribit. (x) *Duodecim Apostolorum Symbolo fides sancta concepta est: qui, velut periti artifices, in vnum conuenientes, Clauem suo consilio conflauerunt. Clauem enim quandam ipsum Symbolum dixerim per quod reserantur diaboli tenebræ, vt lux Christi adueniat: aperiuntur conscientiæ clausa peccata, vt iustitiæ fulgeant opera manifesta. Igitur hæc Clauis ostendenda est fratribus nostris; vt & ipsi, tanquam discipuli Petri, inferna sibi reserare, cælos aperire consuescant;* fideli nimirum oratione cælum pulsantes. Quare cùm in Symbolo contenta *fides, lumen sit animæ*, vt S. Eusebius Emissenus scribit: (y) *Ostium vitæ, fundamentum salutis æternæ; quicunque hac derelicta,* aut illo ante orationem omisso, precari instituit, *facit sic, quomodo si absq; fundamento ædificet domum; aut si prætermisso ostio velit introire per tectum; vel si nocte sine lumine inferat gressum, totum se clausis oculis vrgeat in profundum.* Hæc Eusebius.

x. S. Amb. serm 38.

y. Eus. Emiss hom. 2. de Symbolo.

Tertia Causa est exemplum Ecclesiæ; quæ iidem hoc solenne suum tenet, vt in publicis perpetuisque Horarum Canonicarum precibus suis, quà Nocturnis, quà Diurnis auspicandis, Fidei hoc Symbolum præmittat. Quem morem haud scio populus à Clero; an Clerus ab illo translatum acceperit. Malim tamen, quàm hoc, illud dicere. Quando plebes ad imitationem precum Ecclesiasticarum suum quoque laicum precandi ritum conformauit. Quicquid id est: Fides semper orationi antecedat oportet. (z) *Quomodo enim inuocabunt, in quem non crediderunt?*

3. Ob exemplum Ecclesiæ.

z. Rom. 10. 14.

Atque hoc quidem, vt fides præeat, est necessarium: Cōueniens autē, vt Fidei Symbolū orationi

præ-

præmittatur? Hocque conuenientius, quò toti semper Ecclesiæ fuit, estque vsitatius; vt internos animi actus, ad cultum diuinum peculiari quadã ratione requisitos, externo item peculiari actu atque solenni oraturus testetur; suâ vt propositâ super candelabrum luce alijs luceat; siue vt opere externo internũ sibi excitet studium, & acuat. Iam autem interna fides oraturis quantum est necessaria? Et ipsa in sese res quanta non est? Vna est omnium maxima, maximèque necessaria. Quò par est amplius, vt vel vna verbatim expressa Symboli recitatione proferatur. Hinc ita D. Augustinus. (z) *Ideò*, inquit, *prius Symbolum didicistis; vbi est regula Fidei vestræ breuis, & grandis. Breuis, numero verborum: grandis, pondere sententiarum.* Quam igitur prius condidicimus; eã vt prius quoque DEO reddamus par est: quàm solenni ac prolixiore ad Rosarium precandi ritu adoremus Deum.

z. *Aug. ser. 135. de Tempore.*

Malunt tamen quidam Rosarium Symbolo finire, & quasi colophone concludere: Alij ab eodem & principium, & finem in eodem facere. Laudo illos; sed hos omnibus præfero. Nam & Ecclesia quo cœpit Symbolo, finit eodem suas preces Horarias: quid nî & Coronarias? Cùm sit Coronæ redire in idipsum, & petere principium. Nostri certè Ordinis Prædicatorum is pius est à maioribus inde mos acceptus; vt, cùm ad æris campanuli signum orare singuli pro Fratre in extremis posito iubentur; Symbolum quique Apostolicum recitent. (a) Nimirum id pro depositus, exq; humanis egressuris præstantes mutuum professionis Christianæ officium; quod in humana ingressis ad baptismum sui præstitere singulis Patrini. Quod igitur in vitæ periodo; idem & in precum Rosario ritè, religiosèque Symbolum vsurpatur; vt primum sit; idemque nouissimũ vtrobique.

a. *Marcus VVeida lib. de Frat. Rosarij c. 6.*

Quarta

Quarta causa, quòd S. Patres verbis admoneant grassimis Fideles, vt nullam cedere diem sinant, quo Symbolum hoc non reddant DEO. Reddam hic vnius D. Augustini verba. (a) *Cùm autem tenueritis Symbolum*, inquit, *vestrum; quotidie dicite idem quando surgitis, quando vos collocatis ad somnum. Reddite Symbolum vestrum, reddite Domino: commemorate vos vos ipsos, non pigeat repetere. Bona est repetitio, ne subrepat obliuio. Ne dicatis: dixi heri, dixi hodie, quotidie dico, teneo illud benè. Commemora fidẽ tuam, inspice te: sit tanquam speculum tibi Symbolum tuum; ibi te vide, si credis omnia, quæ te credere confiteris; & gaude quotidie in fide tua. Sint diuitiæ tuæ, sint quotidana quodammodo indumenta mentis tuæ. Nunquid, quando surgis, te vestis? Sic & commemorãdo Symbolum tuum vesti animam tuam; ne fortè eam nudet obliuio.* Hæc ibi S. Augustinus. & alubi sæpius. 4. Ex S. Patrum doctrina. a. S. Augu. hom. 42. ex 50. to. 10 b. S. Augu. serm. 115. 119. 123. &c de tempore.

(b) Suum illi addam ex baptismo Patrem S. Ambrosium; qui ait: (c) *Symbolum quoque specialiter debemus, tanquam nostri signaculum cordis, antelucanis horis quotidie recensere. Quò etiam, cum horremus aliquid, animo recurrendum est. Quando enim sine militiæ Sacramento est miles in tentorio, bellator in prælio?* Cùm igitur (d) *galeam salutis assumere per omnem orationem, & obsecrationem* volumus, vti debemus; rectè & ex ordine facimus, quòd illud militiæ Christianæ Symbolum præferamus. c. S. Amb. l. 3. de Virginibus. t. 4. fol. 357. Edit. Rom. d. Ephes. 6. 18.

Quinta causa est, quòd hodieque tam sit Rosarium, quàm Symbolum fuerit semper, quædam velut tessera veræ Christianitatis. Istud adeò de Rosario quidem alubi iam antè docuimus; (e) & res ipsa loquitur. De Symbolo autem S. Maximus, Taurinẽsis Ecclesiæ Episcopus, ita docet. (f) *Cùm (g) apud Patres nostros, sicut liber Iudicũ refert, quædam Israëliticæ tribus ciuili aduersum se prælio decertarent; nec, propter consimilem populi vnius habitum;* 5. Ob tesseram Christianitatis. e Lib. 2 de Ortu Fraternitatis ca. 8. f. S. Max. homil. de traditione Symboli. g. Ind. 7.

bitum; inter bellantes posset esse discretio; tribus illa; cui iustior erat causa pugnandi, quia meritò per auxilium DEI Victoriam præsumebat, signum sibi certò in sermone constituit; vt, quos vna armorum facies confundebat, secretioris verbi destingueret sacramentum. Quod Beati Apostoli, vt reor, exemplum sequentes, Ecclesia DEI, (quam aduersus militiam diabolici furoris armabant) mysterium Symboli tradiderunt: vt, quia sub vno CHRISTI nomine Credentium erat futura diuersitas; signaculum Symboli inter fideles perfidosque secerneret; & alienus à fide atque hostis appareret Ecclesiæ, quam aut tanquam baptizatus nescisset, aut tanquã hæreticus corrupisset.

Idem quoque Rufinus tradit, cùm docuisset, quando, quo modo, quâ causâ Apostoli Symbolum condidissent: qui post multa sic scribit: (h) *Indicium autem, vel signum idcircò dicitur; quia illo tempore, vt Paulus Apostolus dicit. (i) & in Actis Apostolorum legitur, multi ex circumcisis Iudæis simulabant se esse Apostolos Christi, & lucri alicuius, vel ventris gratia ad prædicandum proficiscebantur, nominantes quidem Christum, sed non integris Traditionum lineis nunciantes.* Idcircò *istud Indicium posuere; per quod agnosceretur is, qui Christum verè secundum Apostolicas regulas prædicaret. Denique & in bellis ciuilibus hoc obseruari ferunt; quoniam & armorum habitus par, & sonus vocis idem, & mos vnus est, atq; eadem instituta bellandi; ne qua doli subreptio fiat, Symbola discreta vnusquisque Dux suis militibus tradit, quæ latinè vel signa, vel indicia nominantur: vt, si fortè occurreret quis, de quo dubitetur, interrogatus Symbolum prodat, si hostis sit, an socius.* Hæc Rufinus.

h. *Rufinus in Symbolũ Apostolorũ.*
i. *2. Cor. 11.*

Occasio condendi Symboli & causa.

Cùm itaque sola Rosarij exhibitio sit muta quædam Orthodoxæ Fidei contestatio & tessera, qua vel adspecta continuò Fidelem ab infideli internoscas; idcircò precibus ad idem dicendis re-

ctè

ëtè vocalis quoque tessera Fidei, quod est Symbolum Apostolorum, præmitti consueuit.

Sexta causa, eaque instat omnium, est venerandæ antiquitatis Traditio. De Rosarij perantiqua Traditione alio loco tradidimus. (k) Orationem quidem Dominicam, Angelicamque Salutationem Euangelistarum scriptis consignatam; at verò vtriusq; repetendæ numerũ in Psalterio, continuandæque seriem ac ritum traditum duntaxat accepimus: hanc autem traditionem contestatam tenemus. Symbolum verò Apostolorum cur, & quando fuerit conditum, audiuimus: conseruatum quoque esse scimus, & ad posteros propagatum descendisse; quia traditũ principiò, non scriptum docebatur, & Deo quotidie recitabatur, Sicut igitur *Traditio* in Psalterio B. Virg. vsum, ritumque orandi Salutationem Angelicam, Dominicamque Orationem huc vsque conseruauit: sic & in eodem Symbolum Apostolicum custodiuit; per omnes Christianos vulgauit; transmisit ad posteritatem. De tradito, non scripto Symbolo sic prodit Rufinus: (l) *Idcircò non scribi chartulis atque membranis, sed retineri cordibus tradiderunt* Apostoli; *vt certum esset, neminem hæc ex lectione, quæ interdum peruenire etiam ad infideles solet; sed ex Apostolorum traditione, didicisse.* Idem quoque Sanct. Hieronymus; vt supra recitauimus.

6. Ob Traditionem.

k. *In Rosario exemplorum li. 3. c. 5 ac infra hoc libro.*

l. *Rufinus in expositione in Symbolũ.*

VII. Causa. Sicut Oratio Dominica, Angelicaque Salutatio; (de quibus infra) sic quoque, vt *S.* Augustinus scribit, (m) & *Symbolum, breue est verbis; sed magnum Sacramentis. Quicquid enim præfiguratum est in Patriachis, quicquid denunciatum in in Scripturis, quicquid prædictum est in Prophetis, &c. totum breuiter hoc Symbolum continet; & continendo habet.*

7. Ob similitudinem Rosarij & Symboli in quibusdam.

habet, & confitendo. Vnde S. Leo Papa ad Pulcheriã Augustam ita de eo: (n) *Ipsius Catholici Symboli breuis & perfecta confessio, quæ duodecim Apostolorũ totidem est signata sententijs, tam instructa in munitione cælesti, vt omnes hæreticorum opiniones hoc solo possint gladio detruncari.* Eadem S. Agustinus: (o) *Apostoli,* inquit, *certam regulam Fidei tradiderunt, per quam Credentes Catholicam tenerent vnitatem; & per quam hæreticam conuincerent prauitatem.* Eadem Venantius Fortunatus. (p) & alij.

(q) *Idem* autẽ vtrũq; Rosarij precibus effici; Catholicã scilicet teneri Vnitatẽ, & hęreticã cõuinci prauitatem, cùm alubi, (r) tum exemplis in nostro docuimus Rosario Exemplorum lib. 1. cap. 1. Rectè igitur similia in vno coniuncta Rosario conueniunt, & cæteris in eo preculis Symbolum vtiliter præmittitur.

Glorietur nunc Roma, *quòd Romana Ecclesia Symbolum intemeratum semper custodit, ac seruat:* quæ S. Ambrosij sunt verba. (ſ) Hoc est; vt Rufinus scribit explicatius: (ſſ) *Quod in diuersis Ecclesijs aliqua in his verbis Symbolo inueniuntur adiecta: in Ecclesia autem Vrbis Romæ hoc non deprehenditur factum. Pro eo, arbitor, quòd neque vlla hæresis illic sumpsit exordium.* In huius omninò singularis gloriæ Societatem ac partem cum illa vrbium Vrbe Roma venit Rosarium, Symboli par custos intemerati, nihil aucti, nihil imminuti; sed ita conseruati & vsurpati, sicut ab Apostolis conditum fuit, relictum, ac traditum.

Porro Symbolum explicarunt. S. Cyrillus in Catechesibus Illumi. S. Chrys. ho. 1. & 2. in Symb. Rufinus in Symbolum. S. August. in Enchiridio ad Laurent. Item in lib. 4. de Symb ad Catechu. In lib. de fide & Symb. Serm. 115. 119. 123. 125. 131. 181. 192. 193. 194. de tempore. Eusebius Emissenus homil. 1. & 2. in Symb. Chrysologus ser. 57. 58. 59. 60 61. 62.

n. S. Leo Epist. 96.
o. S. Aug. ser. 181. de Temp.
p. Ven. in præfatione exposition. Symboli.
q. Albinus Flaccus de Officio Eccles. ca. 22. Rabanus de Instit. Cleric. lib. 2 c. 56. &c.
r. De ortu Fraternitatis Rosarij lib. 2. c. 8.
Romæ nulla orta est hęresis.
ſ. S. Amb. Epist. 81. ad Syricium Papam.
ſſ. Ruff. de exposit. Symb. in præfat. Vide de Casa.
Baron. to. 1. anno 44. §. 18.
D Tho. 2. 2. q 1. a. 9 ad 2 a. 10. ad

61. 62. Maximus hom. 1. de diuersis.] Hos, qui volet, consulat. 1 & 2. Et p 1. q. 26. a. 2 ad 2.

Octaua causa sunt hæretici. Quia cùm hi *Symbolum* hoc dirè petant, ac lacerent; deinde quia his vel corrigendis, vel extirpandis inuentum, retentumque Rosarium est: idcircò par etiam est, vt coniunctus vtriusque aduersum eosdem sit vsus, ac *Symbolum* vnà cum Rosario recitetur: quò isthoc aduersum hostes instructior sit quędā velut panoplia. Habet hæc causa stimulum peracrem, ad religiosè *Symbolum* cum Rosario vsurpandum. Quò enim acrior esse cognoscitur hæretica impietas; hoc magis eadem ad nostram valere debet acuendam pietatem. Itaque hæreticorum placita de Symbolo nonnulla huc subijci pretium erit Lectori. 8. Ob hæreticos huius æui.

Et quidem Caluini licet ista sit confessio de Symbolo; quòd illud (*a*) Apostolis certè magno veterum consensu Scriptorum adscribatur: quia tamen nihil de eo est in diuini Codicis tabulis; *Nihil quoque, quod expressum in his non est, credendū est*: (quæ Caluini est Maxima verbis totidem. (*b*) Neque solius: (Adeò frequentes magno isti impietatis Centurioni Optiones accedunt) Cinglius in Ecclesiast. fol. 85 & 87. Ochinus lib. 2. Dialog. 20. pag. 146. Eadem Martyr, Bullingerus, &c.) Sequitur necessariò, Symbolum Apostolicum verbatim haud esse de necessitate salutis credendum. Præsertim cùm, vt idem ait Caluinus, (*c*) *Christus ita locutus est, vt nihil post se alijs dicendum reliquerit.*

a. *Calu. Instit. lib.* 2. c. 16. §. 18. Censura de Symbolo hæretica est: Noli credere. b. *Cal. lib. de vera Ecclesia reformanda pag.* 473. c. *Cal. Inst. lib.* 4. c. 8. §. 7.

Caluinianis istis acclamat Lutheranus Hunius: (*d*) Et verò validissimè ab autoritate negatiua; modoque Prædicantibus valdè familiari, sic argumentatur: *In Actis Apostolorum, & Epistolis Apostolicis nulla sit huius Symboli mentio Non est igitur ab Apostolis.* Aut, *Nam id Apostoli condiderint nec-*

d *Hun. in thesibus de colloquio cum Pontificijs ineundo Thesi.* 54.

 dum-

dam explorate constat. Planè, rem acu. At tota ita cum armata stat Antiquitas; vt satis ex antè iam dictis patet.

Articuli singulorũ Apostolorum.

e. S. Aug. to. 10. serm. 15 de Tempore

Ecce verò alium tibi Achillem hæreticum. Sicut S. Augustinus singulos Symboli articulos singulis adscribit Apostolis: ita isti singulis errata singula iisdem impingunt. S. Augustinus de Articulis ista; (e) *Symbolum, comprehensio est Fidei nostræ atque perfectio: simplex, breue, plenum. Vt simplicitas consulat audientium rusticitati; breuitas, memoria; plenitudo doctrinæ. Quod enim græcè Symbolum dicitur, latinè collatiò nominatur. Collatio ideò, quia collata in vnum totius Catholicæ legis Fides, Symboli colligitur breuitate.* 1 *Petrus dixit: Credo in D. P. O.* 2. *Ioannes: Creatorem C. & T.* 3. *Iacobus: Credo & in I. C. F. E. V D. N.* 4. *Iacobus: Qui C. E. D. S. S. N. E. M. V.* 5. *Philippus: Passus S. P. P. C. M E. S.* 6. *Thomas: Descendit A. I. T. D. R. A. M.* 7. *Bartholomæus: Ascendit A. C. S. A. D. P. O* 8. *Matthæus: Vnde V. E. I. V. E. M.* 9. *Iacobus Alphæi: Credo in S. S. S. E. C.* 10. *Simon Zelotes: Sanctorum C. R. P.* 11. *Iudas Iacobi: Carnis R.* 12. *Matthias compleuit: Vitam æternam. Amen.*

f. Beza in Confessione sua c 5. art 17.

Errata & peccata Apostolorum.

g. Cal. in Comment. c. 2. ad Galat. Et in c. 2. Matt.

h. Cal. in 2. ad Corinth. c. 1 9.

i. Cal. passim in cap. 21. Actorum.

Caluiniani ita. Ac primùm generatim Beza: (f) *Vniuersam salutis doctrinam Apostoli integram quidem voce annunciauerunt; sed editis libris aliqua tantum ex parte explicarunt: Quis tandem meritò in ipsorum doctrinâ acquiescet?* E]Caluinus singulatim, (g) *APOSTOLI*, inquit, [post acceptum Spiritum S. in grauissimos sunt errores prolapsi. PETRVS perniciosissimo scandalo Ecclesiam compleuit; eius Vnitatem scidit; Christi gratiam obruit; oppressit libertatem Christianam; deformauit Euangelium. (h) PAVLVS homo fuit peruersæ confidentiæ, temeritati, & similibus obnoxius. (i) IACOBVS nimio popularium suorum amore in stolidam incidit indulgētiam:

Legis

Legis quasdam ceremonias vitioso & supersti- tioso zelo retinuit: superstitiosa vota probauit, & in earundem culparum consensionem Paulum perduxit Bullingerus: (k) *IOANNES peccauit Apostasiâ; peccauit plus, quàm Petrus trina negatione, vel THOMAS infidelitate.*

k. Bull. in Comment. in c. 9. & 22. Apocal. Et Maloratus in Rapsodijs. l. Cal. Comment. in Matt. c. 2. 15 cap 4. 3. c. 8 17. ca. 27. 9.

Verùm Caluino sequens blasphemia ita placuit, vt eam sæpius repeteret: (l) *MATTHAEVS sæpè veterum citauit Prophetarum, contra genuinum sensum, sententias.* Ergo; (concludit, & densissimè probare laborat Iacobus Acontius libro (m) quē suæ, vt scribit, *Diuæ Elisabethæ Reginæ* (n) dicauit:) *Ergo,* inquit, *Symbolum Apostolicum nunquid ita creditu, cognituque necessarium est; vt, qui non amplexus fuerit, ideò salutis esse particeps nequeat?* Plura, quæ meminisse calamus exhorrescit, vide apud Quirinum Cnoglerum: (o) De Lutheranis eundem inspice.

m. Acon. lib. 3. stratagematum Sathanæ. n. Acont. Epist. ad VVolf. Tigurinum. o Cnogl. de Symbolo Calui.

Denique aliud Symbolum Ancontius istis verbis concipit: (p) *Vnum solum verum DEVM NOVI: & quem ille misit, IESVM Christum Filium eius; & Spiritum Sanctum. NOVI Dei Legem esse illam; Audi Israel, Dominus Deus tuus vnus est: execrabilis est, quicunque non fuerit executus omnia, quæcunque in Lege Scripta sunt. Credo futuram mortuorum resurrectionem, & iudicatum iri viuos & mortuos, & ituros alios in vitam æternam, alios ad supplicium.* De eo paulò suprà. (q) *Hoc Symbolum quisquis receperit, recipiatur & ipse in numerum Euangelicorum.* Hæc vniuersim de Symbolo.

p. Acont. l. 3 Stromat. pag. 360. Symbolū Anglicanum. q. Idem ibidem. p. 350.

Articulatim verò, Deus bone, quot quàmque immania vtrique tam Lutherani, quàm Caluiniani? Ea dictus iam D. Cnoglerus diligenter ac fideliter collegit in suo trium Symbolorum libello. Altius verò Illustr: Bellarminus ea repetit, (r) ac docet, Dæmonem primis CC. annis ab exortu

Singulos articulos quos, quādo dæmon oppugnarit. r. Bellar in præfat Controu. t. 10. 1.

ortu Ecclesiæ totum in primo Symboli articulo labefactando fuisse occupatum: Ac pòst in secūdo de Christi diuinitate: In 3 4.5.6 7. post annū CCC.& consecutos: In Octauo de S Spiritu, post annum DCCC. LX: In cæteris post annum M. ad hanc vsq; diem euertendis idem cacodæmon suos per hæreticos æstuauit incessum.

Occasio aliorum Symbolorum Ecclesiæ.

Quæ causa est cumplurium in Concilijs compositorum Symbolorum; quæ ipsa tamen non nisi quædam sunt explicationes vnius Apostolici. Huiusmodi sunt Athanasianum, Nicænum, Constantinopolitanum, Chalcedonense. &c. De quibus Posseuinus. s.

s. *Poss. in Not Verbi Dei aduersus Chytræū.*

Quæ Caluinistæ nō satis probant.

(s) Hisce tribus Symbolis, Caluinum ne rogatum quidem adduci potuisse, vt subscriberet in Synodo Lausanensi, anno M. D. XXXVII testatur Nicolaus Gallasius Caluinista (t) Ac iterum: (u) Nicæni Symboli verba illa, *Deum de Deo, Lumen de lumine*, Caluinum reiecisse, & ea battologiam vocasse: *Athanasiano*, inquit idem, (x) *nec credimus, nec discredimus; donec ad Scripturæ gnomonem examinauerimus*. Talia Nouatores Aristarchi de Symbolo.

t. *Gall. in Defensione Farelli pag. 46.*

u. *Idem pag. 47.*

x. *Caluinus in Synodo Lausanensi.*

Quò frequentius nos, atque constantius illo vti Apostolico, cùm aliàs, tum ad preces nostras oportebit. At misso Rosarij vestibulo, in ipsam nunc domum orationis, Rosarijque ingrediamur. Cuius in limine prima occurrit Oratio Dominica.

CAPVT III.

DE ORATIONE DOMINICA, principe Rosarij parte.

DE hac vniuersè, distinctè, succinctè ita Gulielmus Durantius: (a) *Hæc oratio cæteras orationes propter quatuor antecellit. Scilicet. 1. Autoritate Doctoris. Quia fuit ipsius Saluatoris, Apostolos orare docentis ore prolata. 2. Breuitate sermonis: Quia facilè discitur, & profertur. 3. Sufficientiâ petitionum: Quia vtriusque vitæ necessaria cõtinet. 4. Fœcunditate mysteriorum: Quoniam immensa continet Sacramenta.* Ita Speculator. Sed Prædicator noster P. Cornelius Snekis eadem disseruit latius, ita scribens in libro Sermonum de Fraternitate Rosarij. (a) [Agendum erit de duobus. I. De Orationis Dominicę Excellentia: II. De eiusdem Cõtinentia. Hæc oratio omnes alias in tribus excellit: in Dignitate, Breuitate, Fœcunditate.

a. Dura in Rationali diui. Officiorum lib. 4. cap. de Pater noster.

a. Corn. Snekis ser. 3 de Orat. Dominica.

Primum patet. Digna est Oratio, quæ à tam digno Doctore DEO composita est, & docta. Quod is voluit triplici de causa. I. Vt maior adhibeatur ei reuerentia. Quia, vt S. Augustinus inquit, ab ipso summo Doctore facta est. Præterea si tanta reuerentia dignum est vestimẽtum Christi, quod eius Corpus tetigit mortale: quantò magis hæc sacra Oratio, quæ de Christi corde exiuit & viuit? dicente Apostolo ad Heb. 4. Viuus est sermo Dei, & efficax. Et Petrus ait: Domine, quò ibimus? Verba enim vitæ habes.

I. Dignitas Orat. Dñ. valet ad augendam I. Reuerẽtiam.

II. Vt sit maior diligentia ad intelligendum verba illa: cùm Filij DEI sensum contineant. Vnde Cyprianus ait: Amica & familiaris est ista Oratio, Dominum de suo rogare.

2. Diligentiam.

III. Vt adhibeatur maior confidentia. Hinc Chry-

3. Confi-

dentiam impetrandi. 1 ob Autorem orationis.

Chrysostomus super Matt. 6. O quàm fidelis est beata hæc Oratio, cuius ordinem nobis Doctor vitæ ac Magister cęlestis instituit! Quia enim exaudiri non debemus, nisi in his, quæ spectant ad Dei honorem, & nostram vtilitatem; nos autem ignoramus, quid petamus; ideò dulcissimus Dominus, ne vagemur incerti petendorum, nobis in hac Oratione formam dedit; vt ipsam deuotè dicens confidenter speret postulata impetrare. Iuxta illud Iac. 1. Postulet in fide, nihil hæsitans. Vnde Cyprianus ait: Qui fecit nos viuere, docuit & orare: vt, dum orationem, quam Filius docuit, apud Patrem loquimur, facilius audiamur; & agnoscat Pater Filij sui verba, cùm precem fundimus. Et cùm ipsum habeamus Aduocatum apud Patrem pro peccatis nostris, quando peccatores pro delictis nostris petimus, Aduocati nostri verba promamus] Et post pauca. [Qui ergo non orat hoc modo, quem Christus docuit; non facilè exauditur. Hinc Chrysostomus vbi suprà. Qui non sic orat, vt docuit CHRISTVS; non est Christi discipulus. Nec Pater libenter orationem exaudit, quam Filius non dictauit. Cognoscit enim Pater sensum Filij; & non recipit verba, quæ humana cogitatio excogitauit; sed quæ Sapientia Christi exposuit.] Hæc ex Chrysostomo Cornelius. Porrò S. Augustinus in eandem sententiam ita scribit: (b) *Spem habemus obtinendæ causæ nostræ; quando talis Iurisperitus nobis preces dictauit; (sicut confeßi estis,) qui sedet ad dexteram Patris, ipse est Aduocatus noster, qui venturus est Iudex noster.*

2. Ob verba & res orationis.

b. *S. Aug. hom. 42. ex 50. tom 10.*

3. Ob spiritum orātium.

c. *S Cypr. serm. 6. de Orat. Dom.*

Causam verò tantæ illius efficaciæ ad impetrandum D. Cyprianus principem in ipso Spiritu & Orationis, & orantis ponit, dum sic ait: (c) *Iam prædixerat horam venire, quando veri adoratores*

ratores adorarent Patrem in Spiritu & veritate. Et impleuit, quod antè promiserat; vt, qui Spiritum, & veritatem de eius sanctificatione percepimus; de traditione quoque eius verè & Spiritaliter adoremus. Quæ enim potest magis Spiritalis esse oratio; quàm quæ à CHRISTO nobis data est; à quo nobis & Spiritus Sanctus missus est? Quæ vera magis apud Patrem precatio; quàm quæ à Filio, qui est Veritas, de eius ore prolata est? Vt aliter orare, quàm docuit, non ignorantia sola sit; sed & culpa. Quando ipse docuerit, & dixerit: Reijcitis mandatum Dei, vt traditionem vestram statuatis. Oremus igitur, fratres dilectissimi, sicut Magister DEVS docuit. Et infrà. *Nam cùm dicat: Quia quodcunque petieritis à Patre in nomine meo, dabit vobis: quantò efficacius impetramus, quod petimus in CHRISTI Nomine; Si Petamus Ipsius Oratione?* Hactenus Cyprianus.

At D. Augustinus( )aliam attendit excellentiam: Cuius duo sunt Adiuncta: Reuerentia scilicet Orantis, & Breuiloquium. Ad illam Orationem exigit filialem, non seruilem Reuerentiam: *Multa,* inquit, *dicta in laudem Dei sunt, in Sacra Scriptura; nunquã tamen inuenitur præceptum Israelitico populo, vt diceret, Pater noster, aut oraret Patrem Deum: sed est eis insinuatus Dominus tanquã seruis.* Subijcit P. Cornelius:(d) Sacerdos stans in altari nõ audet sine licentia dicere, Pater noster. Ideò præmittit dicẽs: Præceptis salutaribus, id est, Ecclesiasticis vel Apostolicis moniti, & diuina, .i. Christi institutione formati audem⁹ dicere: Pater noster. Congruum igitur, & dignum est, quòd alij quicunque non Sacerdotes, non nisi cum debita reuerentia, & aliquali matura præparatione hanc Orationem dicere incipiant. Hæc ille de reuerentia orantis.

Dignitati ergo debetur. 1. Reuerentia
c. *Aug ho. 42 ex 50.*

d *Cor. Snekis serm. 8. de Orat. Dom.*

2. Breuiloquium.

e. Cypr. vbi suprà.

Vnde porrò de Briuiloquio precantis ita commonefacit S. Cyprianus. (e) *Sit orantis sermo & precatio cum disciplina, quietem continens, & pudorem. Placendum est diuinis oculis & habitu corporis, & modo vocis.* Et infrà. *Quando in vnum cum fratribus conuenimus, & Sacrificia diuina cum Dei Sacerdote celebramus, verecundiæ & disciplinæ memores esse debemus; non passim ventillare preces nostras; nec petitionẽ, commendandam modestè Deo, tumultuosa loquacitate iactare. Quia Deus non vocis, sed cordis auditor est. Nec admonendus est clamoribus, qui cogitationes videt.* Sic Cyprianus.

II. Breuitas Orat. Dominicæ est ad adiuuandam 1. memoriam.

Pergit Snekis in sermone. 3 [Secundò excellit hæc oratio alias in Breuitate: iuxta *Isaiæ* 10. Verbum abbreuiatum faciet Dominus super terram. Et Saluator monuit nos vitare verbositatem. Matth 6. Orantes nolite multum loqui, sicut ethnici faciunt; putant enim, quòd in multiloquio suo exaudiantur.]

f S. Cypr. vbi supra.

Breuitatis autem est triplex ratio. I. Quo ad memoriam. De hoc loquentem faciam (f) S. Cyprianum. *Quid mirũ*, inquit, [fratres, si oratio talis est, quam Deus docuit, qui magisterio suo omnem pacem nostram salutari sermone breuiauit? Hoc iam per *Isaiam* fuerat prædictum. &c. Nam cùm eum Dei *Sermo* Dominus noster IESVS Christus omnibus venerit, colligens doctos & indoctos, omni sexui, atque ætati præcepta salutis ediderit; præceptorum suorum fecit grande compendium, vt in disciplina cælesti discentium memoria non laboraret; sed quod esset simplici fide necessarium, velociter disceret.] Pergit istud Exemplis docere Cyprianus. De eadem quoque ab breuiatæ orationis ratione sic Augustinus: *Paucis verbis multiplices res comprehendit; vt sic citò simplicitas fidei sufficientiam suæ salutis addisceret; & prudentiam ingeniosorum, profunditate mysteriorum superaret.*

S. August. Epist. 121.

II. Ra-

II. Ratio Breuitatis: inquit Snekis, [Quò ad intelligentiam, pro clariore cognitione. Facilius enim capiuntur breuia benè Ordinata; quàm longa diffusè, & confusè posita. III. Quo ad voluntatem, pro feruentiori deuotione. Pinguedo enim deuotionis est, quæ Deo acceptum reddit Sacrificium orationis nostræ. Vnde Psalmista ait Deo: *In nomine tuo leuabo manus meas; sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea.* Plerunque enim per orationis prolixitatem deuotio minuitur.] Hæc Senekis.

2. Intelligentiam.

3. Voluntatem & affectum.

(ff) S. Thomas inquit: *Conueniens est, vt oratio tantùm duret, quantùm est vtile ad excitandum interioris desiderij feruorem. Cùm verò hanc mensuram excedit, ita vt sine tædio durare non poßit non est vlterius oratio prolonganda.* Vnde Augustinus: (g) ad Probam: *Dicuntur fratres in AEgypto crebras quidē orationes habere: sed eas tamen breuißimas, & raptim quodammodo iaculatas. Ne illa vigilanter eiecta, quæ oranti plurimum necessaria est, per productiores moras euanescat, atq; hebetetur intentio. Ac pro hoc etiam ipsi satis ostendunt, hanc intentionem, sicut non est obtundenda, si perdurare non potest; ita, si perdurârit, non citò esse rumpendam.* Hæc ille.

ff. S. Tho. p. 2. 2. q. 83. art. 14. o.
g. S. Aug. Epist. 121. cap. 9.

Dicit tamen D. Thomas ad hoc: Orantes nolite multum loqui. &c, *Non est hoc, vt Aug. dicit, in multiloquio orare, si diutius oretur. Aliud est sermo multus: aliud diuturnus affectus. Absit ab oratione multa locutio: sed non desit multa precatio: si feruens perseueret intentio. Nam multum loqui in orando, est rem necessariam superfluis agere verbis. Plerunque autem hoc negotium plus gemitibus, quàm sermonibus: plus fletu, quā affatu agitur.* Hęc ibi ad primū. Ad tertiū dicit: *Quod Dominus hāc Orationē non sic instituit, vt his solis verbis vti debeamus in orando: sed quia ad hæc sola impetranda debet tendere nostræ orationis*

h. S. Tho. loco citato.
Verbis Dominicis quatenus inhærendum.

intentio; qualitercunque ea proferamus, vel cogitemus. Hæc S. Thomas.

Rationem assignat S. Augustinus vbi suprà: Quia, inquit, *Deus ponit lacrymas nostras in conspectu suo, & gemitus noster non est absconditus ab eo. Et, qui omnia per Verbum condidit, humana verba non quærit. Nobis ergo verba necessaria sunt, quibus commoneamur, & inspiciamus quid petamus: non quibus Dominum seu docendum, seu flectēdum esse credamus.* Demum, post septem Orationis Dominicæ petitiones explicatas, ita concludit: *His verbis res ipsas memoriæ nostræ commendari oportebat. Nam, quamlibet alia verba dicamus, quæ affectus orantis vel precendo format, vt clareat; vel consequendo attendit, vt crescat: nihil tamen aliud dicimus, quàm quod in ista Dominica Oratione positum est, si rectè & congruenter oramus.* Planè diuinum est, soliusque Dei fuit, tam paucis ac simplicibus verbis res tot ac tantas, adeoque summa omnia diuina, ac humana iuxtà compleri potuisse. Itaque breuitatem istam in verbis compensat 1. Amplitudo rerum in mysterijs, 2. Magnitudo affectus orantis, 3. Repetita sæpius oratio perseuerantis.

Aug. Epist. 121, cap. 12.

III. Vbertas Orat. Dom.

Quare de tertiò capite proposito sic porrò Cornelius serm. 3. [Tertiò hæc Oratio alias excellit in fœcunditate & vtilitate. Quia quicquid est petibile à Deo, & nobis necessarium; in ea cōprehenditur.] Huc adducit nostri Hugonis Cardinalis demonstrationem, (qui in viuis 2. Augustinus est dictus.) Is ita ratiocinatur. (i) [Omne petibile, aut est pro Bonis adipiscendis, aut Malis amouendis, aut ad confirmationem vtriusque. Bonum verò aut est cæleste, aut spiritale, aut temporale: hoc est: Aut est bonum Gloriæ, aut Gratiæ, aut Naturæ; ad quod reducitur fortunæ bonū. 1. Gloriæ bonum petimus ibi: Adueniat regnum tuum. 2. Gratiæ ibi: Fiat voluntas tua. 3. Na-

i. Hugo in Comment. super Matt. 6. & Lu. 11.

turæ

turæ ibi: Panem nostrum, &c. 4. Malum deprecamur aut præteritum, ibi: Et ne nos inducas, &c. Aut præsens: ibi: sed libera nos à malo. Item Malum est rursus triplex: Transgressionis, Tentationis: Tribulationis: hoc est, Culpæ, Pugnæ, pœnæ. 6. 1. petitur amoueri in dimissione debitorum; 2. in victoria tentationum; 3. in liberatione à pressura aduersariorum. Septima autem petitio quæ 1. est ordine; Sanctificetur; pertinet ad completionem, seu confirmationem aliarum petitionum: quarum tres sunt de Bono adipiscendo, tres de Malo amouendo.] Hæc ex Hugone Cornelius. Eadem *Durantius in Rationali lib.* 4. plurima paucis.

Interpretes Orationis Dominiæ.

Scita hæc breuitas; sed à nostro aliena proposito. Assignemus tamen, vbi planè diuina reperias, quæ ad 7. petitionum accipias explanationẽ. Consule ergo [Tertullianum, & Nyssenum lib. de Orat. Cyprianum serm. 6. de Orat. Dom. Cyrillum Catech. 5. Mystag. Chrysostomum hom. de Orat. Dom. & in cap. 6. Matth. Hieronymum, Theophylactum, Euthymium in 6. Matt. Ambrosium lib. 5. de Sacramentis ca. 4. Augustinũ Epist. 121. ca. 9. 10. 11. Et lib 2. de serm. Domini in monte. ca. 4 &c. Et hom. 42. ex 50. Et serm. de tempore 126. 135 182. & serm. 9. ex diuersis. Chrysologum serm. 67. &c. Innocentium. 3. lib. 5 de myst. Missæ c. 17. &c. Petrum Laodicensem, & Germanum Patriarcham in Exposit. Orat. Dom. Cassianum Collat. 9. ca. 18 &c. Maldonatum in 6. Matth. Toletum in 11. Lucæ: Albertum Magnũ vtroque loco. Cornelium Scnekis quinque Sermonibus. Petrum Canisium in Catechismo *Durantium* in Rationali: & alios.] Nobis enim haud est propositũ hoc loci explicationẽ concinnare Dominicæ Orationis; sed breuem illius Commendationem adumbrare. Quare ad beatam illius vbertatem, vnde abiuimus, nos referamus.

De

Omnia in vna sunt Oratione.

k *S. August. in Enchiridio cap. 114. & ser. 182. similia.*

l. *Idem Epist. 121. c. 12.*

Non alijs verbis, sed Alia orãs, peccat.

De qua sic breuiter S. August. (k) *De ijs omnibus, quæ fideliter sunt credenda, ea tantum ad spem pertinent quæ in Oratione Dominica continentur.* Et alubi (l) *Si per omnia Sanctarum precationum verba discurras; quantum existimo, nihil inuenies, quod non ista Dominica cõtineat, & cõcludat oratio. Vnde liberũ est alijs atq; alijs verbis, eadem tamẽ, in orãdo dicere: Sed nõ debet esse liberum Alia dicere.* Causam iã antè sic assignârat: *Quisquis id dicit, quod ad istam euangelicã precem pertinere non poßit, etiamsi non illicitè orat; carnaliter orat. Quod, nescio quemadmodum non dicatur illicitè? Quandoquidem spiritu renatos non nisi spiritaliter decet orare. Qui autem dicit in oratione. V. g: Domine, multiplica diuitias meas, aut honores meos auge, aut quid huiusmodi; non attendens, vt ex his secundum Deum prosit hominibus; puto eum non inuenire in Orat. Dom. quò poßit hæc vota coaptare. Quam ob rem pudeat saltem petere; quæ non pudet cupere. Aut si hoc pudet, sed cupiditas vincit; quantò melius hoc petitur, vt is etiam ab isto cupiditatis malo liberet, cui dicimus: Libera nos à malo.*

m. *Cass. Collat. 9. cap. 24.*

Eandem in sententiam & Cassianus suam Dominicæ Orationis concludit explicationem, cũ ait: (m) *Videtis ergo, qualis nobis ab Ipso, qui per illã exorandus est, Iudice orationis sit modulus, & forma proposita? In qua nulla diuitiarum petitio, nulla memoria dignitatum; nulla potentatus ac fortitudinis postulatio; nulla corporeæ sanitatis mentio continetur. Nihil enim caducum vult à se, nihil vile, nihil temporale æternitatum Conditor implorari. Itaque magnificentiæ eius ac munificentiæ maximam irrogabit iniuriam quisquis his sempiternis petitionibus prætermißis, transitorium aliquid & caducum ab eo maluerit postulare: & offensam potius, quàm propitiationem Iudicis sui, vilitate Orationis incurret.* Ita Cassianus. Talis quippe non est adorator in spiritu, sed in carne. De simi-

libus

libus S. Iacobus inquit: (n) *Petitis, & non accipitis; eò quòd malè petatis, vt in concupiscentijs vestris insumatis.* n Iac. 4.3.

Quare cùm, (o) *quid oremus, sicut oportet, nescimus,* ista Dominica precandi formula diuinitus consultum est nostræ seu Ignorantiæ, seu Concupiscentiæ iustæ, seu Infirmitati. 1. *Ignorātiæ* quidem; *Nam*, vt S. Augustinus ait; (p) *quia stupida mens hominum, & ignara cælestium nec scire, nec inuenire poterat, quemadmodum Deum dignè precaretur; ipse verus Dominus & Magister ostendit & docuit, quomodo debeamus orare.* Hinc non solum *spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus:* (q) Neque solum (r) *Aduocatum habemus apud Patrem IESVM Christum iustum:* (s) *qui est ad dexteram Dei, qui etiā interpellat pro nobis:* Verùm etiam qui habitat in nobis Ipse & loquitur, oratque ex nobis suam orantibus orationem. Vt planè, (sicut Cyprianus inquit: (t) *Agnoscat Pater Filij sui verba: cùm, qui habitat intus in pectore, Ipse sit & in voce.* Quare, vt ibidem dicitur: *Amica & familiaris est oratio, Deum de suo rogare; & ad aures eius ascendere Christi orationem.*

IV. o. Rom. 8. 26. Oratio Dom. supplet nostrā Ignorantiam. p. S. Augu. serm. 126. de tempore. q. Ro. 8. 26 r. 1. Ioa. 2. 2 s. Ro 8. 34. t. S. Cypr. serm. 6. de Orat. Dom.

2. *Concupiscentiæ* quoque, seu indigentiæ humanæ consulit eadem Oratio; dum nimirum sua felici rerum copia etiam nostra petentium vota transcendit. Vnde pulcrè eam Tertullianus (u) *Euangelij Breuiarium* appellauit: ac porrò ita scribit: *Breuitas ista magnæ ac beatæ interpretationis substantiā fulta est, quantumque substringitur verbis, tantùm diffunditur sensibus. Qualia sunt,* inquit Cyprianus. (x) *Orationis Dominicæ Sacramenta? Quàm multa, quā magna breuiter in sermone collecta? Sed in virtute spiritaliter copiosa? Vt nihil omninò prætermissum sit quod non in precibus atque orationibus nostris cælestis doctrinæ Compendio comprehendatur.*

2. Cupidā indigentiam. u Tert. in lib. de Oratione. x Cypr. vbi suprà.

3. In.

3. Infirmitatem adiuuat.

3. *Infirmitati* denique nostræ Domini ista opitulatur oratio. In illius quippe subsidium ac remedium vnicum, vnum item princeps hoc, *Orare* nobis à Deo concessum est. Vnum verò *Pater noster* à Deo traditum est: Vnum igitur hoc ipsũ est infirmitatis remedium. De quo ita S Augustinus: (z) *Hoc medicamentum, quod nulli sanæ mentis deesse potest, studiosè & piè frequentemus: implentes illud Apostolicum præceptum:* (a) *Sine intermissione orate. Hoc enim antidotum ita omnibus morbis occurrit, vt assiduatum morbos depellat, & omnia corrupta integritati restituat.* Hæc ille.

z. *S. Aug. ser.* 182. *de tempore.*
a. 1. *Thes.* 5.

V.

Quapropter quanto cum affectu sit in conspectu Dei effundenda, vel hæc ipsa eius cùm breuitas, cũ diuina vbertas satis declarant. In quam vtramque, admirationis, venerationisque plenus S. Ambrosius ita exclamat: (b) *O quàm breuis Oratio, & omnium plena virtutum!* Breuem esse voluit Deus verbis; sed & grauem mysterijs, desiderijs ardentem. Contulit illi Deus pondus mysterij; hoc & habet: Tu confer ex te affectum desiderij: iam breuitas erit compensata sic, vt vix Deo præterea quicquã (vt ita dicam) relictum sit, quod desideret.

b. *S. Amb. to.* 4. *lib.* 5. *de Sacramentis c.* 4.

Cum affectu desiderij.

De hoc desiderij affectu, grauissimè S Cyprianus, vbi de Oratione Dominica ita scribit: (c) *Quando stamus ad orationem, vigilare & incumbere ad preces toto corde debemus. Ideò & Sacerdos ante orationem præfatione præmissa, parat fratrum mentes dicendo: Sursum corda: Vt, dum respondet plebs: Habemus ad Dominum; admoneatur, nihil aliud se, quàm Dominum cogitare debere. Cùm, intentione sincera, Dominũ debeat NON VOCIS SONVS, SED ANIMVS ET SENSVS ORARE.* Et tale cor vigilare dicitur.

c. *S. Cypr. vbi suprà.*

Nam orãs vigilat qui desiderat.

Ita Dominus suos Vigilare, & orare iubebat. Ea propter, ait Cyprianus, *solicitè, & cautè Apostolus admonet, dicens:* (d) *Instate orationi vigilantes in ea.*

d. *Coll.* 4.

Osten-

Ostendens eos impetrare, quod postulant, de Deo posse; quos Deus videat in oratione vigilare. Vigilant autē, in quibus iste viuit, vigetque sensus animi, quo dicere queant (e) *Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarū: ita desiderat anima mea ad te Deus.* Ac iterum *Quando veniam, & apparebo ante faciem Dei?* Augustinus: (f) *Noli abscondere faciem tuam: Moriar, ne moriar, vt eam videam.* Vide, quàm verum illud Gregorij? (g) *Quem implet charitas; incendit.*

e. Psal. 42.
f. August. lib. 1. Conf. cap 5.
g. S. Greg. l. 6 mor. c. 25

Ergo Oratori Dominicus, ait S. Augustinus; (h) *prius ad Deum leuet animam sitientem, vt bibat; quàm eructet: prius impleat, quàm fundat.* Quo fructu? Id alubi idem: (i) *Dignior enim sequetur effectus, quem feruentior præcedit affectus. Ac per hoc est, quod ait Apostolus (k) Sine intermissione orate: quid est aliud, quàm beatam vitam ab eò, qui eam solus dare potest, sine intermissione desiderare? Semper ergo hanc à Domino desideremus, & oremus semper.* Ista S. Augustinus.

Ergo desiderium præcurrat orationē.
h S. Augu. li. 4. de doctrina. Christ. c. 14.
i. Idem Epi. 121. cap. 9.
k. 1 Thess. 5.

Ad hunc autem affectum in nobis excitandū vis inest mirifica verbis orationis Dominicæ: Id quod citati superius illius Interpretes ostendunt. Sunt enim, vt verba sunt Sponsę; de quibus S. Bernardus scribens ait: (l) *Sunt delitiosa ad saporem; solida ad nutrimentum, efficacia ad medicinam. Ex eò enim, quod Suauiter sonant, affectum mulcent; & de sensuum vbertate mentem impinguant, & nutriunt: & de altitudine mysteriorum, dum intellectum quò plus exercent, plus terrent, miro modo sonant tumorem inflantis scientiæ.*

Affectum pium excitant.
1 Verba.
l. S. Bern. serm. 67. in Cantica.

Atque tametsi vim eam verbis orationis suæ impressit Auctor ipsius Deus; aliqua tamen hominis orantis quoq; industria requiritur; pro vetere illo diuerbio: *Adiunctis manibus Deos inuocato.* Exercitatione, inquam, est opus: qua vnâ se quasi verrere, & scopare Spiritum suum testatur

2. Exercitatio pia.

Pro-

m. Ps. 77. 7 n. Rosignolius li. 4 de disciplina relig. perfect. c. 21.

Propheta: (m) Vt enim Elisæi Spiritus non, nisi ad Psalterij concentum, suscitatus est: (n) sic humanum cor sua etiam industria & studio afficitur, ac quasi affrictu concalescit.

Huius triplex conditio est.

Verùm sunt in hac exercitatione orandi tria cumprimis obseruanda.

1. Puritas conscientiæ. o. Cass. Coll. 30. cap. 6.

Primùm, vt cum magna animi puritate, conscientiæque candore accedamus. Nam, vt ait Cassianus: (o) *Vnaquæque mens in oratione erigitur, aut formatur, secundum puritatis suæ meritum, ac mensuram.*

2. Humilitas animæ. p. Gen. 18. q S. Ber. s 3. & 4. in Cant.

Secundum, Accedat ad puritatem humilitas, & reuerentia, dicens: (p) *Loquar ad Dominum meum, cùm sim puluis, & cinis.* Et S. Bernardus (q) iubet prius ad oscula pedum abijcere nos; quàm audeamus ad manus vsque adspirare.

3. Bona operatio. r. S. Cypr. orat. 6. de Orat. Dom. s. Tob. 12. t. Act. 10.

Tertium. Postremò non sistatur in gustu; sed gustus dirigatur ad opus; &, pro occasione, deuotionis habitus opportunè ac promptè virtutum vsui deseruiat. Ita monet S. Cyprianus: (r) *Orantes non infructuosis, nec nudis precibus,* (de Oratione Dominica scribit,) *ad Deum veniamus. Inefficax petitio est, cùm precatur Deum sterilis oratio. Nam cùm omnis arbor, non faciens fructum, excidatur, & in ignem mittatur; vtique & sermo non habens fructum, promereri Deum non potest, qui nulla operatione fœcundus est. Et ideò Scriptura instruit, dicens:* (s) *Bona est oratio, cum ieiunio, & eleemosyna. Nam qui in die iudicij præmium pro operibus, & eleemosynis redditurus est; hodie quoque ad orationem cùm operatione venienti benignus Auditor est. Sic Cornelius Cẽturio, cùm oraret, meruit audiri:* (t) *Fuit enim faciens multas eleemosynas in plebem, & semper orans Deum. Citò Orationes ad Deum ascendunt, quas ad Deũ merita nostri operis imponunt. Sic & Raphael Angelus Tobiæ oranti semper, & semper operanti testis fuit. &c.* Hæc, & plura talia S. Cyprian.

Quin

Quin ipse Dominus, qui in oratione pernoctabat, cœpit facere, & docere: Vnde S. Chrysostomus (u) vult, quòd *Oratio Dominica ita dicta est Credentibus, vt operibus, & moribus conueniat. Et, ne in multiloquio incurramus peccatum, collectè voluit nos Dominus orare. Alia est enim oratio propria; alia Dominica. Vos ergo, qui accepistis Orationem in confessione assignandam Deo, debetis corde credere, opere perficere. Dictum est enim: (x) Ante orationem præpara teipsum. Quid est, ante orationem præpara teipsum; nisi exspoliatus cogitatione praua accedas ad Dominicam Orationem?* Ita Chrysostomus.

u. S. Chry. tom. vlt. homilia de Orat.

Oratio alia est propria, alia Dominica

x. Eccles. 8.

Atque licet ad orationem bono opere sit opus; non tamen hoc solo peccator est bonus. Nam ita S. Ambrosius. (z) *Pater noster &c. Primus sermo quantæ est gratiæ? O homo, faciem tuam non audebas ad cælum attollere, oculos tuos in terram dirigebas; & subitò accepisti gratiam Christi: Omnia tibi peccata dimissa sunt. Ex malo seruo factus es bonus filius. Ideò PRAESVME, NON DE OPERATIONE TVA; SED DE CHRISTI GRATIA.* Benè igitur admonet S. Augustinus: (a) *Hortor, vt inter omnes Sanctos hanc precem ore consono proferre possitis, & corde mundo diligere Vt Christus, sedens ad dexteram Patris, in ore vestro verba sua videns, & in corde vestro sua præcepta, hîc vos custodiat, & futuro æuo dignos efficiat.* S. Augustinus.

Cautiuncula de præsumtione.

z. S. Amb. to. 4. l. 5. de Sacramentis. ca. 4.

a. S. Aug. ser. 126. de Tempore.

IV. Repetenda est eò crebrius, quò breuior est.

Superest tertium ex ijs, quibus Dominicæ breuitatem Orationis diximus esse compensandam: *Repetitio nimirum eiusdem crebrior.* Nam etsi *crambe bis cocta sit mors:* (b) tamen (c) *Semel, ac iterum, quod pulcrum.* Quid autem hac oratione pulcrius? Vnde (d) *Omne tulit punctum, qui miscuit Vtile Dulci* in illâ Deus; vti ostendimus. Theophylactus (e) vbi de hac oratione commentatur, sic scribit. *Non sunt longæ orationes faciendæ: Sed BREVES quidem ET CREBRAE. Oportet enim pauca loquentes perseuerare*

b. Manutius in Adagijs.

c. Idem ibidem.

d. Horat. de Arte Rhet.

e. Theoph. in c. 6. Mat.

seuerare in precibus. Scit enim Pater vester, quibus indigetis, antequam petatis. Non enim, vt doceamus, petimus; sed vt nos à teporibus & sæcularibus curis abstrahamus, & otiosè, & magna cum vtilitate cum eo colloquamur. Sed de repetitione alubi prolixius.

Cùm igitur diuinæ istius Orationis sit Dignitas incomparabilis; Breuitas saluberrima; Vbertas rerum inexhausta; Vis & Efficacia maxima; Deuotio affectuosissima; Repetitio nunquam fastidiosa: illud ipsius vndequaque verissimum esse eulogium debet, quod à religiosissimo viro Thoma de Kempis illi merito suo tribuitur; cuius sunt ista (f) *Inter omnes preces & laudes Dei nihil PATER NOSTER est sanctius; nil AVE MARIA dulcius & Angelis iucundius. Omnia vota & desideria Sanctorum Oratio Dominica excellit. Omnia dicta Prophetarum, & mellifluæ verba psalmorum, & Canticorum plenissimè, & secretissimè in se continet. Omnia necessaria petit. Deum summè laudat: Deo animam coniungit, & de terra ad cælum leuat; nubes penetrat, & Angelos transcendit. Beatus qui attentè singula verba Christi pensat.* Hæc Kempensis.

Præconiũ orat. Dominicæ. f. Tho. de Kempis. in Enchiridio Monachorũ cap. 5.

Sed & istud singularem Orationis Dominicæ Sanctitatem, venerationemque declarat; quod S. Gregorius commemorat: (g) vbi ad Ioannem Syracusanum Episcopum ita scribit. rationem de Ordinatione Missæ reddens. *Orationem Dominicam idcircò mox post precem dicimus: quia Mos Apostolorum fuit, vt AD IPSAM SOLVMMODO ORATIONEM, OBLATIONIS HOSTIAM CONSECRARENT. Et valde mihi inconueniens visum est, vt precem, quam Scholasticus composuerat, super Oblationem diceremus; & ipsam Traditionem, quam Redemptor noster composuit, super eius Corpus & Sanguinem non diceremus. Sed & Dominica Oratio apud Græcos ab omni populo dicitur; apud nos autem à solo Sacerdote.*

Solam in Missa dicebant Apostoli. g. S. Greg. Epist. lib. 7. cap seu Epist. 63.

Cur

Cur autem clara & sonora voce? Huius rationem affert Guilielmus Durantius, Episcopus Minatensis, (h)istam. [Quia IESVS voce magna clamabat: Pater in manus tuas commendo spiritum meum: ideò Sacerdos, & non totus populus, vt Græci faciunt, eleuata voce pronunciant: Oremus; *Præceptis salutaribus moniti*, &c. Palam dicitur, quia est de Euangelio: sed notandū, quòd Rex cælorum in noua Lege palam loquebatur, & sine velamine prædicauit. 2. Ideò & hæc Oratio, & etiam CREDO, alta voce dicuntur; vt omnes illa dicant, & addiscant.] Et infrà [Sacerdos autem dicēs: Pater noster: Christum, populum orare docentem repræsentat. Ideoq; Moysis orantis exēplo, manus extendit, & sursum eleuat; vt feruorē cordis, & rectam ad DEVM intentionem ostendat.] Ac rursus infrà; [Monet populum orare, oraturus ipse, & ostensurus se causam suam, nimirum populi, agere coram DEO; & quòd quotidie petere debeamus.

Cur clara voce?

h. *Durantius in Rationali diuinorum Officiorum. l. 4. c. De Pater noster.*

Quæ cætera idem Durantius ibidem Orationis Dominicæ explicationi generatim præmittit, hic subijciam; ob eximiam eorum doctrinam, vberrimamq; breuitatem. Sic autem scribit. [*Septem* Petitiones, secundum Apostolum postulationes dicuntur. Quarum primæ tres spectant ad vitam æternam, siue patriam: tres vltimæ ad præsentem vitam, siue viam: media ad vtrumque. Ideò *Sacerdos* in quibusdam locis eleuato Calice dicit illas; has deposito. Porrò tres primæ succedunt ordine temporis; sed præcedunt ordine dignitatis: tres vltimæ succedunt ordine dignitatis; & præcedunt ordine temporis. Duplex igitur ordo est in Oratione Dominica. Vnus in descendendo; qui concordat cum Donis; Alter in ascendendo; qui conuenit cum Virtutibus.

7. Ordo petitionum, & ratio ordinis.

Dona namque de summis ad ima descendunt. Vnde: Requiescet super eum Spiritus Sapientiæ, &c. Virtutes verò de imis ad summa conscendunt. Vnde, Beati pauperes Spiritu; quoniam. &c. Nempe Dominus in Oratione sua secutus est ordinem dignitatis; qui est artificialis; vt de maioribus ad minora descenderet.

Numerus petitionũ, numeriq; mysteriũ.

Et fit adaptatio septem Petitionum, 7. Donorum Spiritus sancti, 7. Virtutum, & 7. Beatitudinum, contra 7. vitia capitalia. Nam Dona petionibus, Virtutes donis, & Beatitudines virtutibus obtinentur. Dona sunt septem de quibus Isa.
1. 11. Requiescet super eum Spiritus Domini: Spiritus. 1. Sapientiæ, & 2. Intellectus, 3. Spiritus Consilij, & 4 Fortitudinis, 5. Spiritibus. Scientiæ, &
2. 6. pietatis: & 7. replebit eum Spiritus timoris Domini. Septem Virtutes sunt. 1. Paupertas Spiritus 2. mansuetudo, 3. luctus, 4. esuries iustitiæ, 5. mi-
3. sericordia, 6. mund itia cordis. 7. & pax. Septem Beatitudines sunt. 1. Regnum cælorum, 2. possessio terræ. 3. Consolatio. 4. saturitas. 5. misericordiæ consecutio, 6 visio Dei, 7. & filiatio Dei.
4. Septem Vitia sunt. 1. Superbia, 2. auaritia, 3. luxuria. 4. inuidia. 5. gula, 6. ira. 7. acediâ. Quæ significata fuerunt in. 7. populis, qui terram, Israel promissam tenebant, vt Hethæus. Gergesęus, Amorræus, Chananæus, Ferezęus, Heuæus & Iebusæus. 1. Homo igitur est ægrotus, 2. Deus medicus,
5. 3. Vitia sunt languores, 4. Petitiones sunt planctus, 5. Dona sunt antidota, 6. Virtutes sunt sanitates, 7. Beatitudines sunt felicitates & gaudia.
6. Hæc. 7. vitia per. 7. petitiones huius orationis fugantur.] Hæc iste Speculator optimus.

Similiter idem Durantius adaptat septem
7. Christi verba in Cruce ad. 7. petitiones. Item Septem Verba, quæ tantum B. Virgo legitur de CHRISTO dixisse.

Horum

Horum 1. fuit *Discretionis*: Quomodo fiet istud? 2. Humilitatis. Ecce ancilla Domini. 3. Salutationis. Ecce, vt facta est vox Salutationis tuæ in auribus meis. 4. Gratiarum actionis: Magnificat anima mea Dominum. 5. Compassionis: Fili, vinū non habent. 6. Instructionis: Quodcunque dixerit vobis, facite. 7. Amoris: Fili, quid fecisti nobis sic?] *Ita* Speculator.

Septem verba B. V. M.

Idem quærit ibidem, *Cur, licet Dominus sciat, quid velimus; vult tamen nos orare vocaliter*? Huius rationes sic reddit. [Primò, pro excitanda deuotione, Quasi quod facit flatus carboni, id pronūciatio deuotioni. Vnde ps. 65. Ad ipsum ore meo clamaui, & exultaui sub lingua mea. 2. Pro aliorum instructione. Vt Exo. 36. cortina cortinam trahat; & qui audit, dicat, Veni. Vnde Matt. 5. Luceat lux vestra coram hominibus. 3. Pro linguæ obsequio. Vt, quod lingua peccamus, lingua satisfaciamus. Vnde Rom. 6. *S*icut exhibuistis membra vestra seruire iniquitati ad iniquitatem; ita & exhibere eam seruire iustitię in *S*anctificationē. 4. Pro rei petendæ commemoratione. Quia facilius obtinetur, quod instantius postulatur. Vnde Lu. 11. Petite, & accipietis; pulsate & aperietur vobis. 5. Pro impetratæ rei custodia. Quia quod sæpius requiritur, diligentius custoditur. Vnde Ap. 3. Tene, quod habes; ne alius accipiat coronam tuam.] Hactenus Speculator Durantius.

Cur vocaliter orare expediat?

Porro binos vno insequenti capite subijciam *S*ermones protrepticos ad eandem Orationem; alterum *S*. Dominici parabolicum; historicum alterum Alani de Rupe.

CAPVT IV.

COMPENDIVM SVASIONIS S. *Dominici, itemq́; B. Alani, ad frequentandam in Rosario Orationem Dominicam.*

S. Dominicum, Sacri Ordinis Prædicatorum Patriarcham, virum à Deo iuxtà doctum ac missum, frequentes adeò, vt penè familiares, ab eodem Patre luminum infusas mentis illuminationes hausisse quis nescit? Aut quis negat, si sciuerit; nisi qui clàm, palamue oderit & veritatem, & veritatis præconem S. Dominicum? Is doctis & indoctis, summis, infimis, omnibus omnia factus, [Cùm prædicaret in terris hæreticorum Albigensium] (verbis vtor B. Alani, (a) nostri) [& nulla materia occurreret ad prædicandum; quamuis copiam haberet scientiarum ad nutum; tamen aliquando de omnibus nil capiebat in corde suo sapidum & placens, pro illa hora, quod proponeret. Sicut iustis etiam contingit Prædicatoribus; vt humilientur, & à Deo petant sermonem. Quoniam animarum conuersio non est per humanam scientiam; sed per diuinam potentiam. Quæ dat Verbum euangelizantibus virtute multa; (b) Et facit, vt non armis humanæ scientiæ, sed mandibula asini, (c) cum Samsone Philistæos: id est: peccata & peccatores occidant.

S. Dominici in prædicando Rosario gratia.

a. *Alanus de Rupe li. de dignit. Psalt. B. V. cap. 17.*

b. *Ps.* 67. 12

c. *Iud.* 15. 15

*I*dcircò visibiliter ipsi.] S. Dominico, [apparuit Christus, & ait. Dominice; gaudeo, quòd non confidis in tua sapientia: sed cum humilitate potius affectas saluare animas; quàm vanis hominibus placere. Sed multi prædicatores statim volunt

Prędicatores humiles sunto.

olunt contra grauissima peccata instare; igno-
antes quod ante grauem medicinam debet fieri
ræparatio; ne medicina sit inanis & vacua.
Quapropter prius homines deberent induci ad
Orationis deuotionem; & singnanter ad Psal-
rium meum Angelicum. Quoniam si omnes
æperint hoc orare: non dubium est, quin per-
ucerantibus aderit pietas diuinæ clementiæ.
ædica ergo Psalterium meum: & iam volo te
ædicare meam Orationem Dominicam: vt
llicias peccatores ad me laudandum, Et hæc
is suadebis per XV vtilitates, quæ, inter cæ-
eras, habentur in ista Oratione, quas etiam pro
ones.] Dictum, factum. *Sicut accepit à Do-
mino, sic & tradidit auditoribus Tolosanis in
Ecclesia maiori, in festo quodam B. Virginis;* vt idem
scribit Alanus; cum admirabili omnium applau-
u, & memorabili fructu. de quo superius l. 2. c. 3.
.1. Sermonis autem istius summa breuis est ta-
s, plerisque ferè verbis Alani.

XV. Vtilitates Orationis Dominicæ.

[Charissimi, in terra deserta paruulis filiis,
vix ambulare valentibus, nunquid esset necessa-
rium habere patrem comitem, & eos diligentem?
Nos sumus paruuli in deserto mundi; nec va-
emus ambulare, nec operari aliquid ex nostra
sufficientia: quæ tota ex DEO est. (d) Ergo con-
uenienter oportet capere Orat. Dominicam, per
quam habebimus Patrem nostrum præsentem,
cum dicimus: PATER NOSTER.

1. Dat Patrem Deum.

d. 2. Cor. 3. 5

2. Si qui pertransirent terram vbi omnes à ser-
pentibus, aut draconibus icti morerentur: an
non his necessarius foret vir fortissimus, qui ab
istis lædi non posset, & ipsos valeret occidere,
& Viatores humeris succollatos per flumina ac
deuia trāsportare? At nos viuimus in terra Draco
nū inferni, peccatorūq; omniū: Christus est Pater

2. Seruat à dæmonibus.

noster fortissimus, & ter maximus, qui non moritur, mors illi vltra non dominabitur (e) Ergo confiteamur illi, & dicamus; QVI ES.

e, Rom. 6. 9.

3. Illuminat.

3. Sumus, & ambulamus in terra tenebrosa caliginis, & vmbra mortis: quare indigemus claritate cæli, Solis, Lunæ ac stellarum. Sæpius igitur dicamus: IN COELIS: Quia Christus est Cælum cælorum, & claritas omnium cælorum: Secundum Bern. & Aug. Ipse est sol iustitiæ, & (f) stella oriunda ex Iacob.

f. Nu. 24. 17.

4. Sanctificat à peccatis.

4. Si quis ageret, vbi omnis in peccato mortali deprehensus continuò morti addiceretur; illi, ne funditus periret, necesse foret, vel vt haberet sanctitatem, vel esset cum sanctis, qui eum à morte liberare possent. At nos sumus in tali terra: nã anima quæ peccauerit mortaliter, ipsa morietur, quo ad gratiam, & ad mortem obligatur æternã: Ergo dicamus ad Psalterium, SANCTIFICETVR: quatenus possimus sanctificari, & à Sanctis DEI adiuuari.

5. Docet mentem cœlitus.

5. Iturus per regionem ignotæ sibi linguæ, hãc ab eò vel addisci opporteret, vel vti fido interprete. Nos peregrinamur in terra aliena, & futurã ciuitatem inquirimus: vbi linguis angelorum loqui necesse est. Hæ igitur antè condiscendæ sunt. Sunt autem duæ Scholæ, in quibus lingua cælestis addiscitur: Oratio Dominica, & Salutatio Angelica: Dicamus ergo in illa sæpius NOMEN TVVM. Hoc enim Nomen est Verbum DEI, & designat VERBVM, per quod omnia creata sunt.

6. Liberat à seruitute Mundi.

6. Iter per regnum tyranni habiturus, qui quoscunque abripit in seruitutem; non is de regia potentia, alicubi imploranda, sibi circumspiceret; qua tutus ab tyranno foret? Mundus is est tyrannus. Regia igitur Dei potestas quærenda est, & sic oranda: ADVENIAT REGNVM, TVVM:

TVVM: quod est Filij Dei Victoris omnium. Vnde Chrysostomus: Regnum tuum IESV Christe vniuersa mundi regna deuincit, & quosque fideles securè facit transmeare ad regna superna: quoniam tu es Rex Regum, & Dominus Dominantium.(g) g. *Ap.* 19. 16

7. Tendenti per hostiles terras, aut saluum cōductum, aut *Patentes* habeat; aut captiuitatem subeat, necesse est. Nobis igitur, in huius orbis hostilitate, sumamus & vsurpemus hanc summi Regis libertatem, quæ est: FIAT VOLVNTAS TVA. Nam summa libertas est, ait *S.* Augustinus, diuinam facere voluntatem. Seruire Deo, regnare est. 7. Seruat inter hostes.

8. Si cui peragranda foret aquis superfusa regio, is aut naui, aut aliâ opus habebit vecturâ. Nos verò sumus ij, qui præsentis vitæ miserijs circumfundimur. Quoniam, secundum Basilium, iste mundus non est, nisi diluuium peccatorum. Quare in cælo sit refugium nostrum; dicamusq;: SICVT IN CAELO. Hic est illa Maris Stella Mater Dei alma. 8. Seruat in vitæ miserijs.

9. Quòd si autem terra peregrinationis tuæ aspera montibus, ac saltibus horrida foret & inuia, seu cauernosa, aut lutosa, aut terræ motibus quateretur; alterutrum necesse esset, vel vt vltima perpessus pereas; aut quæ via se tibi ostendat, qua euadas. *In* tali terra corporis tui est anima tua: ea infirmitatibus est circundata; tribulationibus spinosa; timoribus & mutabilitate varia; interque spem ac metum dubia. *Inuade* tramitem orationis Dominicæ, & dic, ET IN TERRA. Ex hac in cælos via est per Orationem. 9. Seruat animam in corporis infirmitatibus.

10. Fac ita esse: In terra degas sterili, vbi mera fames, & egestas rerum sit omnium, & plurima mortis imago contabescentium: An non à victu potuque tibi prouidendum esset? *Ita* esset; aut 10. Cibat, ditat egenos.

 mo-

moriendum. Atqui nos hic ſumus in terra deſerta, & in loco horroris, & vaſtæ ſolitudinis, famis ac mortis: oratio verò, ſecundum Baſilium, præſtat panem & potum vitæ: Accipite ergo Pſalterium, in quo oretis: PANEM NOSTRVM QVOTIDIANVM.

11. Est teſſera fidelibus.

11. Si qui ſe Principi totos ita dedidiſſent, vt aliunde, niſi ex ipſius manibus, nutriri nō poſſent: is autem nulli quicquam elargiri vellet alimenti; niſi qui ſuum regale geſtaret ſignum, teſſeramque exhiberet: dementiæ foret, hanc velle negligere. Nos ſub potenti manu Domini agimus; quam is aperit, & implet omne animal: ſed ſi data ab ipſo teſſera exhibeatur Cùm ergo, ſecundum Chryſoſtomum, Oratio Euangelica ſit ſignum verum diuinæ bonitatis & poteſtatis; par eſt, dicamus ſæpius in Pſalterio: DA NOBIS HODIE.

12. Remiſſionem peccatorum moretur.

12. Qui ſeuero Regi eſſent grandi debito obſtricti; vt, cùm ęre non eſſent ſoluendo, capite luere oporteret: Rex autem omnia dimittere paratus foret; tantùm, vt pro remiſſione rogetur: demens & infelix eſſet, qui tantulum ipſi nollet deferre ſubmiſſionis & obſequij. Nos debitores DEO facti ſumus; æternis mācipandi carceribus & tortoribus; parua vtroſque prece humili euadere poſſumus: ſic enim Rex ipſe: Cùm clamauerint ad me, exaudiam eos, & ero illorum DEVS. Oremus ergo ſæpius: DIMITTE NOBIS DEBITA NOSTRA.

13. Offenſam facile ignoſcero.

13. Qui tenti à Principe, & nexi, eſſent vltimo perdendi ſupplicio, ob immania ſua facinora; niſi leuiuſculis offenſis proximorum ipſi veniam libentes dederint: hoc verò præfractè nollent: ſanè infelices eſſent & maledicti cenſendi. Hæc autem remiſſio ad proximos fit, cum dicimus: SICVT ET NOS DIMITTIMVS

DE-

DEBITORIBVS NOSTRIS.

14. Si tentationibus dæmonis, carnis & mundi, mœroribus ac miserijs agitati, ab his vnius lapilli gestatione immunes esse possent; & nollent tantillum, aut negligerent; ij insani ac verè miseri essent existimandi. Talis gemma est Oratio Dominica, præseruans, ait S. Augustinus, à cunctis illusionibus & nocumentis. Quare meritò in Psalterio sæpè orandum: ET NE NOS INDVCAS IN TENTATIONEM.

14 Ab, & in tentationibus seruat.

15. Si denique nauigandum foret nobis ac transmittendum mare infestum à balenis, ab rupibus submersis, à vorticibus, à Charybdi, à Syrenibus, ab Gryphibus, & tēpestatibus, ac pyratis: starent verò in portu Rex & Regina, offerentes duas gemmas, quæ ex omnibus istis malis eripiendi vim haberent: nos autem contemneremus: quis non vesanos diceret? At in hoc mundi freto sunt dœmones, peccata occulta, luxuria, gula, auaritia, superbia, ira, inuidia: Christus suam Orationem, Salutationem suam Maria offerunt: Acceptemus igitur, inque Psalterio semper dicamus: SED LIBERA NOS A MALO.] Hæc ex B. Alano Synopsis Suasionis S. Dominici, loquentis in parabolis.

15. Liberat à malò.

Et verò qui vir diuinus diuinitus cognoscebat talia, ac partim verbis ad auditores prædicabat, & suadebat; qualia non ipsum in secreto præstitisse Domino S. Dominicum, in Dominica Oratione, ac tali, deuotionis officia: quæ non Sacrificia Orationis eundē obtulisse Deo existimādum est? Cætera æstimare secreta ex vno licet; quòd publicum fuisse ita de ipso proditum accepimus. (b) *Cum tanta deuotione*, Tradit vitæ ipsius historia, *Vir Dei Dominic⁹ in Orationē Dominicā dicebat: quòd omnes ad deuotionē mouebat assistentes.*

S. Dominici ardor in oratione Dominica.

b. *Breuiariū Prædicatorum Hippolyti Lect. 12. infra Octauam S. Dominici. Edit Venetiā, Anno 1595.*

ita, vt non possent se à lacrymis continere.

i. *Theodor. de Apoldia in vita S. Dom. lib. 6. cap. 4.*

Ardor pietasque primorum Prædicatorum.

Patrem sequebatur & sua proles. Equidem inter cætera Fratrum ac Patrum Maiorum nostrorum priuata pietatis exercitia, quæ miranda de ijs, planèque imitanda nobis produntur; etiam illud communiter viguisse reperio. (i) quòd, persoluto Completorio; Salutata, per Salue Regina, cômmuni Matre Magna Maria: acceptisque pro more Disciplinis; Fratres in angulos Monasterij digressi ac abditi, Exemplo Patris sui, orationi intenderint. *Ex ijs autem feruentissimæ deuotionis exercitijs, ceu igne inflammati, & instar thuris ardentes, alij sub precibus inter cælum & terram aliquandiu visi sunt manere suspensi; igne spiritus molem corporis suarũ impellente. Alij pœnitentiæ ardore incensi, dabant gemitus; ponentes in puluere os suum, nolebant oculos leuare ad cælum, donec ardor per lacrymas doloris ebulliens ipsos irrigaret. Compungebantur corda: erumpebant lacrymæ, nec poterant contineri; quin ab illis, qui foris stabant* (in Ecclesia, post Salue decantatum, reliqui sæculares) *voces plorantium expressè audirentur, putarentque illic funus adesse, quod ita ab eis plangeretur. Multi ea re compuncti sunt; & quidam etiam habitum Ordinis induerunt.* Talia Fratres nostri, tam Patri suo similes, quàm nostrum plerique eorum dissimiles.

At sequimur: quamuis longo tamen interuallo:

Sequitur verò parabolicam illam S. Dominici suasionem altera ipsius Alani nostri historica: qua ad Dominicam orationem frequentandam, factis potius, quàm verbis studet inducere. Libet tamen istam ex S. Gregorio Nysseno de eadem præmittere sententiam: quòd quædam velut synopsis esse mihi videatur eorum, quæ hactenus sunt allata, eruntque deinceps de multiplici effectu ac fructu orationis commemoranda. Sic enim S. Gregorius. (g) *Oratio, corporum robur est, abun-*

g. *Greg. lib. de oratione.*

abundantia domus, recta legum ac iuris in ciuitate constitutio, regni vires, belli tropaeum, pacis securitas, dissidentium concitatio, coniunctorum conseruatio. Oratio virginitatis sigillum est, matrimonij fides, viatoribus scutum, dormientium custos, vigilantium fiducia, agricolarum fertilitas; nauigantium salus; eiusdem cum Angelis honoris conditio: praesentium fructus, futurorum repraesentatio — Varij effectus orationis.

Sed ista nunc per exempla declaret Alanus suis ipse verbis; quae sunt totidem. (h) [Agnoui in VValdenhusen, qui homagium diabolo fecerat, baptismo abnegatio: sed miro modo, per Psalterium hoc acceptum, filiationem recuperauit diuinam. Quia, PATER NOSTER Orabat. Inde etiã, vt pater esset multorum aliorũ, DEO seruire volentium, postmodum promeruit. — h. *Alanus lib. de dignl. Psalt. B. V. ca.* 53. Facit nos filios Dei.

2. Vidi mortuos hoc Suffragio esse resuscitatos. Quin imò & morti condemnatos in pestilẽtia, hoc salutari antidoto à morte vidi esse ereptos. Quia, QVI ES, orarunt. — Seruat, aut reddit vitã

3. Perpendi proprijs oculis aliquos religiosos omni vanitati deditos: sed salubri hac medicina prorsus caelestiales effectos: Quia, IN COELIS, orarunt. — Religiosos emendat.

4. Meretrices, & Vsurarios per hoc castimoniae vinculum saepius perpendi de nouo esse sanctificatos. Quia, SANCTIFICETVR, orarunt. — Conuertit peccatores

5. Blasphemos, & omni malignitate plenos, incorrigibilesque per hoc Fidei Oraculum sciò perductos ad omnimodam Nominis DEI reuerentiam: Quia, NOMEN TVVM, orarunt. — Emendat improbos.

6. Fuit etiam quidam Rex suo priuatus regno, tempore nostro: qui per hoc Psalterium acceptũ recepit regnum. Quia, ADVENIAT REGNVM TVVM, orabat. — Restitui facit ablata.

6. Gau-

7. Gaudium habui aliquando summum: quia perpendi quosdam Apostatas à Religione, & à S. Dei Ecclesia apud infideles, metu poenarum, conuersantes: sed gaudioso hoc suffragio sic ad diuinam redierunt voluntatem, vt martyrium fortissimè perferrent. Inter quos quidam Antonius fuit de Ordine Prædicatorum temporibus nostris. Quia, FIAT VOLVNTAS TVA orarunt.

Cæli iniurias mutat.

8. Habui prodigium insigne per hoc Oraculum salutare, in clara experientia: quòd in quibusdam terris, vbi fuit auræ maxima intemperies, nociua supra modum hominibus: sed prædicato hoc cælesti Suffragio, optata cunctis redijt serenitas. Quia, SICVT IN COELO orarant.

In fame & peste opitulatur.

9. Experimento probaui, sterilitatem in quibusdam terris, & pestiferam cladem horribiliter grassantem: sed stella Psalterij adueniente, terrigenis, terrisque est benedictio collata. Quia, ET IN TERRA orarunt.

Famem cælestium excitat.

10. Pretiosissimam Eucharistiam noui multos, præ peccatorum suorum pondere, habere in nausea & irreuerentia: Sed accepto hoc remedio deuotionis, singularem senserunt in tam mirabili Sacramento suauitatem: CHRISTVM Iesum ibidem sæpius sensibiliter intuebantur. Quia, PANEM NOSTRVM QVOTIANVM orarunt.

Facit mites & misericordes.

11. Læta etiam mente aliquoties perpendi, quosdam immisericordes, & feroces, (vt in quodam milite, quem fama, non de nomine noui:) qui, acceptis armis Psalterij, sic dabant & abundanter erogabant, vt cæteros clementia superarent. Quia, DA NOBIS HODIE orabant.

A desperatione erigit.

12. Virum cognoui, qui in tantam corruit desperationis voraginem, vt nemo posset aliquid de

eius

eius salute sperare: Sed accepto Psalterij brauio in spe & opere multos etiam deuotissimos superabat. Quia, ET DIMITTE NOBIS DEBITA NOSTRA orabat.

13. Noui etiam præpotentem Baronem & Comitem, qui capitali odio guerram gerebat contra similem sibi in potentia Principem, vnde mala maxima contingebant: Sed accepto pacis Oraculo pax tanta est firmata inter eos, vt putarentur tanquam auunculus & amicus. Quia, SICVT ET NOS DIMITTIMVS DEBITORIBVS NOSTRIS orabant. Concordiam restituit.

4. Oculis proprijs vidi à diabolo possessum. Sed cum portaret onus Psalterij huius euangelium, continuo liberabatur: cum illud autem dimittebat statim ab inimico vexabatur. Et similia plura sæpius vidi, & audiui. Quia, ET NE NOS INDVCAS IN TENTATIONEM orabant. Energumenos liberat

. Conspexi viros & mulieres, qui mihi dixerant, sibi defunctos apparuisse, sub verissimis fidei indicijs, tanquam Cruce signatos: qui dicabant, quòd citò essent liberati à pęnis, quia pro eis Psalteria hæc dicebantur. Orabatur enim SED LIBERA NOS A MALO. AMEN.] Hucusque Alanus. Atque hactenus de Oratione Dominica. Purgatorijs suffragatur.

Nunc si, quæ attulimus, quæq; afferemus, colligamus: ad instar nauis Christianæ esse videbitur Rosarium: qua per mundi hoc mare magnum ad portum cęlestem proueabamur. Vexillum eius ac malum est S. Crucis signum: Malus, est Symbolũ: clauus, Orario Dominica; Puppis ac prora, Nauisq; ipsa est Salutatio Angelica: ex qua velut ex eiusdẽ ligni tabulis plurib⁹ nauis contabulata cõpaginatur: sic Rosarium ex vnius porrò Salutatio Angelicę certo numero, ordine, loco, modoque dispositę contexitur. Rosarium simile est naui.

De hac igitur deinceps paulò copiosius, rebus magis, quàm verbis agemus: tanquam de propria præcipuaq; (multitudine certè, si minus dignitate) materia Rosarij: quæ huiusce prædicatoribus paratam aliquam subministret copiolam ad dicendum.

CAPVT V.

DE SALVTATIONIS ANGELICA *Historia.*

a. *Cant.* 2. 8.
b. *Canisij in Mariali l.* 3. *c.* 1. 2. *&c.*
c. *Luc.* 1. 26
d. *S. Tho.* 3. *q.* 5. *a.* 2. *ad* 4.
e. *S. Basil. ho.* 9. *S. Amb. l.* 1. *de dono S. Spiritus. S. Aug. ser.* 14. *de Nat. Dom.*
f. *S. Greg. hom.* 34.
g. *Cedr. in Epitome histor.*
h. *Metaph. de S. Michaele.*

HIc mihi tot inter ac tanta, quæ reijciam: quàm quæ colligam, magis esse laborandum sentio: vt nec prima nec media, nec vltima dispicere satis, nedum disponere queam. Intrabo tamen campum, paucis multa perstringens, (a) *Saliens in montibus, transiliens colles: similis capreæ, hinnuloque ceruorum*, velut pertranscursum vestiga legens absolutissimorum Scriptorum apud Canisium. (b)

1. Principiò itaque: *Quis tantæ Nuncius Salutationis?* DE NOMINE, Gabrielem sacræ Paginæ testatur Instrumentum (c) DE ORDINE & DIGNITATE eiusdem, variant Patres & Doctores. At S. Thomas (d) ex vltima Hierarchia fuisse opinatur: suique Ordinis inter ministratorios spiritus Archangelum: præsidem eorum, qui funguntur munere Nunciorum. (e) Vnde eum S. Gregorius (f) rectè appellat summum Angelum summa nunciantem: Cedrenus (g) principem vocat Angelorum. Eundem Metaphrastes ait (h) nuisisse Annam sterilem Mariæ parentem, precantique in horto prædixisse: fore, talem gigneret filiam, quæ Deipara futura esset, & auditura.

IDEM

IDEM & Pastoribus nati Seruatoris Nuntius adfuit.(i)Diuinorum eum mysteriorum interpretem quoque Daniel,(k)& Zacharias (l) experti fuerunt. S. Hieronymo,& Origeni in bellis agere Præpositum creditur. Certè vix alterius maior in Scripturis laus celebratur.

i. Luc 2.
k. Dan. 8. & 9.
l. Luc. 1.

Cui nominis quoque nouo pulcrè respondet; quod S. Hieronymo,(m) & S. Bernardo(n) idem est,ac Dei Virtus,aut fortitudo. Rectè; Vt qui Dei Virtutem Christum nunciarit. Quanquam aliud, idemque rectè, Proculus coram Nestorio archihæretico Mariomastyge, istis verbis.(o)*Reuerere nomen Archangeli,qui Gabriel dictus id est, DEVS & homo. Geber enim homo, El DEVS, nomine ipso significans nuncium, quem apportat. Quoniam CHRISTVS DEVS & homo erat oriturus.*

m. S. Hier. li. de Nominib. hebraicis.
n. S. Ber. hom. de Laudibus Virginis.
Vide Toletum in Lucā annotatione 46.
o. Proc in Synodo Ephesina. to. 6. c. 7.

Dignus planè cui vnà cum Ioanne Euangelista almæ Virginis custodia commendata fuit, vt Petro Damiano placet.(p)*Quorum* vt ait,*alter dexteræ Virginis; alter sinistræ custos deputatus sit. Quoniam Gabriel mentem, Ioannes carnem eius peruigili solicitudine seruauerunt. Qui idcircò benè Leones dicuntur, propter rugitum altisonæ vocis.*

p. Ser. 1 de Nat. Virg.

I. At *Qualis apparuit ille S. Spiritus Paranymphus?* 1. S. Athanasio, etiam à Centuriatoribus, attribuitur liber de varijs quæstionibus: In hoc scribitur Quæst. 12. propriam nudamq; Archangeli naturam oculis S. Virginis patuisse. Quod etsi de Maria, tantis ornata muneribus, incredibile videri non debet; mihi tamen Scriptorum tritum callem sequenti diuerticula curæ non sunt. 2. Doctorum communis sententia stat; cum S. Hieronymo; (q) Gabrielis cum Virgine colloquentis aspectabilē viri formam fuisse: (addit S. Ambrosius: (r) peregrinam atque inusitatam. Insuper S. Augustinus ait, (s) Eum vultu cultuque rutilantem, incessu aspectuque mirabilem sese ostendisse.

q. S. Hier. lib. ad Eustoch. de Custod. Virgin.
r. S. Amb. lib. 1. Offic. cap. 18.
s. S. Aug. se. 14. in Nat. Domini.

Vnde Virgini non aduentus Angeli nouus visus est; quam cum Angelis familiarem degisse vitam in templo *S.* Patres affirmant: (t) quamque idem Gabriel sæpius inuisere consueuerat, teste Ambrosio (u) Adeò *semper Angelis est cognata Virginitas!* vt Sophronius inquit.

t. *Apud Canisium in Mariali l.* 1. *cap.* 13.
u. *S. Amb. lib.* 2. *de Virginibus.*
x. *Sophr. serm. de Assumt: Virgin.*
y. *S. Hier. Epist. ad Faust.*
z. *Eus. super Missus est Ang Vide Maldonatũ in Luc.* 1. 29.
a. *Dam. lib.* 2. *de fide Orthod* c. 3.

(x) Visus tamen MARIAE nouus fuit amictus & splendor, noua *Salutatio*, legatio noua: à quibus eam terror incessebat. Attamen, vt *S.* Hieronymus ait, (y) *cum Angelo fabulabatur intrepida*; Licet *turbata non in vultu; sed in sermone eius*, vt Eusebius, inquit, (z) *Non enim Angelum; sed Verbum Angeli attendebat, qualis esset ita S A L V T A T I O?* Quando ipsa non ignorabat, quod Damascenus pòst sciebat (a) dicens: *Transformantur Angeli, quomodocumq; Dominator iusserit Deus; & sic hominibus apparent, ac diuina reuelant.*

III. Nunc *Quis locus fuit peractæ Salutationis Angelicæ?* Lutherus (b) in dubium trahit, domi, an ruri ab Angelo Virgo reperta fuerit? Confingit idem, fortasse apud propinquum fuisse; & certas operas in familia obiuisse: rei culinariæ, aut agrariæ intentam, aut nescio apud quos fabulantem.

Vide Toletum in Lucam Annotat. 42.
b. *Lut. in Postilla maiore ad Euang. de Annunci.*
c. *Luc.* 1. 28.
d. *Pet Canisius in Mariali li.* 3. *c.* 1

O Euangelistam! Sed non secundum Lucam. Hic enim ait, (c) *Ingressus Angelus ad eam.* Fortè loquitur iste secundum Iacobi Proteuangelium: Enimuerò hoc alia inter anilia fabulatur. (d) *MARIAM, accepta hydria, foras ad hauriendam aquã prodijsse; atque tunc illi vocem, nescio vnde, allatam sonuisse: Aue gratia plena: Virginem igitur in dexteram & sinistram partem, vt insolitæ vocis autorem agnosceret, circumspexisse. Cùm verò tremefacta domum redisset: tum demum Angelum domi astitisse, & cum illa egisse pluribus.* Hoc nimirum est euangelium, ex quo Lutherus istud euangelizabat quintus Euangelista.

nec suum fert ipse discipulus Magistrum Los .(e) Qui sic eum corrigit: *Piè creditur, Mariam m fuisse in conclaui, aut alio loco precantem, legen-, aut meditantem de promisso Liberatore; cuius adum in carnē, vt multi alij, ardentibus votis exopta-* Huic consentit Vitus Theodori (f) eiusdem næ (g) *vir apostata inutilis.*

Verùm ego testata referam. Postquam Soror tra, Virgo Deipara, ætatis anno 11. parentem s cedentem amisisset; anno circiter vno pòst, cturnis de more intentæ precationibus, (vt drenus refert (h:) vox Illi diuinitus allapsa aures accidit: Paries filium meum. Id quod te Christi in cælos ascensum nemo quisquam ea resciuit. Aetatis verò ipsius anno quinto cimo, (qui duodecimus erat actæ in Tem vitæ suæ ex quo in id trimula (i) fuerat ob a DEO, æternumque dicata:) Sacerdotes empli & enubentium virginum Antistites, e- a cognato Iosepho desponsarunt; qui foret sius custos Virginitatis. Quòd hanc DEO ouisse Mariam scirent, viuo adhuc, & con- ntiente vtroque parente, ac proinde ritè, ac tè.

(k) Quâ causâ Virginem è Templo absolu- m patritæ domui reddiderunt: vbi, post despon- tionem iam peractam, nuptias de more cele- randas expectaret. (l) Expectat Maria. Interim b Angelo salutatur: à Spiritu Sancto obum- ratur: Elizabetham inuisens ei demissè famu- atur ancilla Domini: reuertitur in domum *vn riculam Domini*, vt Sanctus Hieronymus eam appellat, (m) Denique nuptijs cum Iosepho ce- lebratis ad coniugalem ambo cohabitationem castam conueniunt. Sic Gerson, & alij apud Ca- nisium cap. 11. lib. 2. Marialis.

e. *Loss. in Annotation. ad Euang. de Annunciat.*
f. *Vitus in breui explicat. Euange.*
g. *Prou. 6. 12.*
h. *Cedr in Compendio historiæ. Canisius in Mariali lib. 1. c. 13. vide Baron. in Apparatu* § 58.
i. *Niceph. l. 1. Eccle. hist. c 7. Gregor. Nyss. hom. de Christi generat. Euodius. Cēturiatores ipsi. Canisius in Marial. l. 1. cap. 12.*
k. *Num* 30.
l. *Chrys. Anselmus &c. apud Canisium in Marial l. 2 c. 11*
m. *S. Hier. epist ad Eustoch. 27.*

Ioseph, vt, maritali penè licentia, inquit Hieronymus, eam esse grauidam comperit, dimittere cogitans ab Angelo prohibetur. Ista ferè Greg. Nyss. Epiphanius, & alij apud eundem Canisium, & Cæs. Baronium.

n. Bar to. 1. in Apparatu Annaliũ § 58. &c.

(n) Ex quibus liquidò patet locus, tempus, ordoque Salutationis; de qua agimus hîc, & Lucas ait, (o) *Missus est Angelus à Deo in ciuitatem Galilææ; cui nomen Nazareth.*

o. Luc. 1 26

p. Tursel. Lauret. histo. lib. 1. cap. 1. Coloniæ apud Petrum Henningum impressus.

Ibi, scribit Horatius Tursellinus (p) *illa genita & educata est. Inibi ab Ipsa æternus DEVS, Angelo prænunciante, conceptus, & salutaria mortalibus Deiparæ vestigia impressa. Nec loci sanctitas aut ignota pijs hominibus aut neglecta fuit: ab Apostolis etiam, eius venerationis autoribus conseruata*; annis pòst CCC ab Helena Augusta templo inædificatur. (q) Demum anno MCC. XCI ab Angelis trans mare in Dalmatiam; hinc rursus triennio pòst in Picenum transportata collocatur primùm in Syluam Recinetensem; postea vno milliario inde in collem; denique ad teli iactum porrò migrans figitur; vbi hodieque colitur.

q. Niceph. Eccl. histo lib. 8. ca. 30

IV. Porrò, *Quod tempus allatæ fuit Salutationis?* Nam & hoc certius consignatum nouisse, est pretium. Dictum Nuncium euangelicæ Salutis ad Virginem est perlatum mense quarto à desponsatione celebrata: (r) *In mense autem sexto*, (s) à conceptione S. Ioannis nimirum, teste Angelo dicente: *Et hic mensis est sextus illi, quæ vocatur sterilis*. Id porrò Albertus Magnus ita docens scribit (t) *Cuius ratio literalis est quia Præcursor prius motibus vitæ excipere debuit Regem venientem; & sic ante eum præcurrere. Sensibiles autem motus non habet infans ante sextum mensem. In primis enim 4. mensibus fortiter radicatur in matrice: In quinto præparatur ad sensum & motum: in sexto dat motum sensibilem localem.*

r. Ioan. Bonifacius in Virginali lib. 1 ca. 10.

S. Lucæ. 1. 26.

t. Alb. Mag in Postilla super. 1. Lucæ.

Sunt

Sunt etiam præter hanc rationem aliæ tres. 1. est, Vt *empori nostræ condemnationis tempus congrueret re-* *parationis. Nam in Martio 8. Kal. Apr. factus est mun-* *dus; & in ipso cecidit Adam in peccatum post meridiẽ:* *(u) vt dicitur Ieremiæ 6. Occidit enim sol, cum adhuc* *esset dies. 2. est, Vt creationi mundi consonet & eiusdẽ* *mundi in homine reparatio. 3 vt tempori refloridatio-* *nis mundi Verbum incarnatum, mundum reflorere fa-* *ciens, consonaret.* Et infrà, *Vt congruat Numerus in* *perfectione; Tempus in salutis germinatione; Euẽtus, in* *primi lapsus reparatione.* Hæc Albertus, quę eximiè, vt omnia assolet, docet. Consule item de hoc tempore differentem Virum doctissimum, & Illustrissimum Cardinalem Franciscum Toletum. (x) in Lucam.

u. Gen. 3 8.

x. Tolet. in Lucam Annotatione 38. 39. 40.

V. *Diem Salutationis* quintum & vicesimum Martij fuisse nemo Catholicus dubitat. Adeò id constans, præter SS. Patres, tenet Ecclesiæ Traditio. Quo die & primus homo ẽ terra Damascena fuit concretus. Eundem & Conceptionis & Mortis Christi diem fuisse S. Chrysostomus, (y) & Cyrillus Alexandrinus existimant (z) Vt ergò XXV Decembris est mater facta nato Filio; ita XXV Martij est salutata ab Angelo Maria, æternùm sic salutanda.

y. S. Chr. in expositione in Cantica.

z. Cyr. ser. de S. Ioanne Bapt.

VI. *Quo tempore, quaue hora diei?* 1. Sunt, qui opinentur nocte appropinquante, vel potius immi- nente. Quorum dux est S. Bonauentura. Qui ob eam rem vesperè campanæ signum dari instituit, Romano annuente Pontifice Gregorio X: ad Virginem Almam sua Salutatione Angelica nixis humi genibus salutandam. (a) Quod illo quidem ex tempore cępit solenne esse Catholicis. 2. Contrà alij, non vespere; sed manè, atq; in ipso primæ lucis aduentu salutatam esse Virginem arbitrantur. Quibus Magnus ille præit autor Albertus. Quo etiam tempore æris cãpani admonitu Chri-

a. Apud Surium to. 4. Octauianus Suestanus in Oratione de S. Bonau. Vide Canisij Mariale li. 3. ca. 3 pag. 267.

 stiani

ſtiani Virginem ſalutare conſueuerunt. 3. Non deſunt, qui Gabrielem media de nocte cælitus ad alloquendam Virginem opinentur deſcendiſſe. Cui ſententiæ videntur illa ſapientis (b) fauere: *Cùm quietum ſilentium continerent omnia, & nox in ſuo curſu medium iter haberet; omnipotens Sermo tuus de cælo à regalibus ſedibus venit.* Nam Dei Verbum tum propriè deſcendit, cũ naturam aſſumſit humanam nono antè, quam natus eſt, menſe. Credibile mihi eſt, & Conceptionis, & ortus horam conſenſiſſe in numero; ſicut & vtriuſque diem. Nam in vicesimam quintam menſis, hunc Decembris, Martij illam, incidiſſe conſtat.

b. *Sap.* 18. 14

VII. Denique, *Quænam Illa, quæ ſalutatur?* Dicam verbo; & vno omnia; MARIA. Quo de ſanctiſſimo Nomine conſulat, cuilibet, Caniſium, (c) Toletum (d) & alios. De perſona ipſa, plena gratia, plena ſunt omnia; apud Caniſium longe plurima eſt reperire.

c. *Pet. Can. in Marial. lib.* 1. *cap.* 1.
d. *Tolet. in Lucæ, c.* 1. *annotatione* 68.

VIII. Quibus eſt verbis Salutata? (e) *A, a, a, Domine, ecce puer ſum ego; neſcio loqui.* Atque *hic mihi ſi linguæ ſint centum, oraque centum*: Imò *Si linguis angelorum loquar*: eloquar tamen de re tanta vix tantulum. Quid ergo? Hoc breuius faciam in Materia ampliſſimæ vbertatis longiſſima Sunt namque Magnæ Matris, Diuæque in cælis Sacra ſacro ſub ſilentio venerãda magis, quàm eloquio. Experiar tamen aliquid calamo; non tam mea figens, quàm veſtigia ſequens optimorum impreſſa Scriptorum; Ipſa Duce, de cuius ſcribo Prece, pretioque Benedictionis ac Salutationis.

e. *Ierm*, 16.
f. *Virgilius.*
g. 1. *Cor.* 13 1

Sed quę dabo tibi, Lector beneuole! Mea non mea, inquam. Verùm num iſta non mea iuſtè & commodè per laborem colligendi, & diligentiam concinnandi, mea efficiam penè propria;

tia: tuum esto iudiciam, conatui meo in cælis ræmium.

Fortè multa hæc de breui Salutatione videuntur. Sic habe: Lege: & multùm legeris potius, uàm multa: nisi quid me fallat; simul multùm, on multa me scripsisse deprehendes. Scias au:m, plura esse suggerenda Rosarium prædicaıtis; quàm idem oraturis scriptitanda. Quòd hi um Deo; illi cum hominibus agant: ac proinde is oraturis pauca sunt vtilia: istis autem per raturis plura sæpè necessaria. (g) *Scit enim Pater oster, quid opus sit nobis, antequam petamus eum:* Tardus est audem omnis homo ad intelligendū, atus in ignorantia. g. *Matt.* 6, 8

CAPVT VI.

DE EXCELLENTIA SALVTAtionis Angelicæ generatim, vt de parte maxima Rosarij.

LAus & excellentia partis, est & Totius. Totius Rosarij pars maxima, Salutatio est Angelica. Huius dignitatem, vtilitatemque stylo exequi, & eximiè præponere conati sunt multi; at satis nemo potuit vnquam. Quis ergo de Rosarij prętantia, pro dignitate scribere satis, aut commentari se posse confidat? Equidem, quæ de vna, Salutatione Angelica summa Doctorum ingenia, Summæ sanctitatis Patrum pectora, summa maiorum studia ediderunt aliquando, & ad minorum posteritatem prodiderunt; eorum me selectiora duntaxat vel delibare, & huc colligere posse, planè diffido.

Salutatio Angel. laudari nunquam sat potest.

Sed neque tamen spem omnem, calamumque abijcio, Deo, Deiparaque fretus, ac fidens: simul intelligens, hîc ea mihi, quæ accepi, reddituro, diligentiam, fidemque præstandam esse. Ordinem Autorum nullum; aliquem rerum, obseruare canabor. Sit ergo nouissimus primus, noster P. Cornelius Snekis, cuius de Salutatione Angelica panegyrin ad talem voco Synopsin, ipsius, quantum licebit, verbis.

[Salutatio hæc est commendabilis ex quatuor. 1. Ex parte Mittentis, 2. Missi, 3. Personæ, cui missa est, 4. Causæ, ob quam missa est. Primum patet, quia missa est a tota Trinitate; & Gabrieli ad V. Mariam deferenda commissa est. 1. Pater ibi ostendit suam Potentiam: dans Virgini vim & potentiam concipiendi supra naturæ ordinem, & capiendi, quem cæli cælorum capere non possunt. 2. Filius sapientiam: ingrediens vterum Virginalem, & egrediens, saluo virginitatis sigillo: suamque filiam faciens & matrem suam. Ergò verè de ea: (a) Porta hæc clausa erit, & non aperietur, & vir non transibit per eam; quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam. 3. S. Spiritus gratiam ostendit, obumbrans eam & super adimplens, vt iam sancta, Sanctior esset.

Magna & mira est Salutatio. 1. ob Autorem, B. Trinitatē.

a. Ezec. 44.

Alterum patet item. Nuncius enim fuit Gabriel, hoc est, fortitudo Dei, vel homo & Deus; vt homo Deus Christus IESVS euangelizaretur. Ac licet solus principaliter sit missus: secundum Albertum tamen, (b) magnus exercitus adfuit Angelorum: qui non ingressi ad eam, foris reuerenter expectarunt. Sic & vnus Pastoribus nunciauit gaudium: at (c) subitò facta est cum angelo multitudo militiæ cælestis. Id figuratur in Eleazaro, quem vnū misit Abraham, seniorē domus suæ: multos tamen is viros habebat secum. (d) Et S. Bernardus ait (e) Non solum cum Gabriele descendit

2. ob Salutantem Angelum

b. Albertus Mag. in Postilla. s c. 1. Lucæ.

c. Luc 2. 13.

d. Gen. 24. 32.

e. S. Ber super Missus est.

endit angelorum exercitus; sed etiam angelorũ ominus.

Tertium item patet, Magna est persona, ad iam missa salutatio est. Hæc est MARIA: Ad iam rectè dicere debemus, quod Aegyptij ad seph: (f:) Salus nostra in manu tua est; respiciat os tantum Dominus noster, & læti seruiemus egi. Fuit virgo à Patre in filiam, à Filio in ma-em, à S. Spiritu in Sponsam assumta.

3. ob salutatam Mariam.

f. Gen. 41. 25.

Quartum patet de causa Salutationis: Hæc erat diuini æternique decreti executio, & redemtionis nostræ annunciatio. vide S. Bernardum ser-one de Annunciatione. 2. Vnio hypostatica erbi cum carne & natura humana. 3. Reparatio iinæ cælestis. 4. Naturæ humanæ supra Ange-os exaltatio, &c.] Hæc Sneckis.

4. ob effectum & finem salutationis.

Ac rursus idem ibidem. [Excellit hæc Saluta-o omnes alias celebratas in Scriptura salutatio-es. Dicitur enim Danielis 2. Rex, in æternum iue. 2. Reg. 16. Salue Rex. Tob. 5 Gaudium sit ti-i. 1. Cor 1 Gratia vobis & pax à Deo. Iud. 6. v 12. Gedioni dicitur: Dominus tecum. Iudith. 13, v. 22 Benedixit te Dominus, Benedicta es tu: Benedi-tus Dominus. In vno AVE est salutatio vitæ; quia mutat nomen Euæ: Est salutis; quia Ipse, qui erat in Salutatione, est salus populi. Est gau-dij; AVE enim gaude significat. Est gratiæ, Est Domini præsentis, Est Benedicti ad Benedictam supra omnes.

5. ob plenitudinem & perfectionem salutationis.

Excellit ergo hæc vna omnes Dignitate, Faci-litate, Vtilitate. Dignitate: quia, a, Bernardus, à Trinitate in Consistorio eiusdem est dictata. In B. Virgine plenissimè verificata. Facilitate: quia nemo non potest eam facillimè addiscere. Vtili-tate; quia est filij DEI generatiua, mundi rege-neratiua, inferni euacuatiua, cæli reparatiua.

ac totius boni collatiua. Quam deuotè dicens, tenet locum Gabrielis, & quodam spirituali modo generat in se ipso Dei filium, per Virginis Salutatæ auxilium.]

6. Quia placet B. V. Mariæ.

Ad hæc idem sic Snekis. [Hæc Salutatio V. MARIAE multùm placet. 2. Dæmonibus displicet. 3. Hominibus plurimùm prodest. 1. Placet MARIAE, sed & toti cælesti curiæ. 1. Quia, secundum Bernardum, dum eam deuotè dicimus, cælum ridet, Angeli lætantur, dęmones fugiunt, infernus tremit, quoties cum reuerentia dicimus AVE. Ac rursus idem ait. Est tibi, ô. Virgo Maria, quasi osculum imprimere, hunc audire versiculũ: AVE MARIA. Toties enim, ô beatissima, oscularis; quoties per AVE salutaris.] Et addit. [Ergo, fratres charissimi, ad imaginem eius accedite, genua flectite, oscula imprimite, AVE MARIA dicite.] Hæc ille. [2. Enimuerò recordatione huius, effusa gaudio cecinit: Magnificat anima mea Dominũ, & exultauit Spiritus meus in Deo Salutari meo. &c. Ecce enim, ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Imò idem lætificauit totum orbem: Vnde psaltes: (g) Lætentur cæli & exultet terra ante faciem Domini; quia venit. 3. Nec potuit non placere illa Salutatio Virgini, in qua contineri intelligebat prosperitatem amicorum, redemtionem captiuorum, victoriam hostium. 4. Denique videbat, planèque sentiebat se in cæli Reginam assumi. Vnde Bernardus: Egredietur, inquit, Gabriel de Rege ad Reginam, de Imperatore ad Imperatricem: & eò fortè alacrius, quòd, cùm Angeli prius haberent Regem, nunc habituri essent & Reginam.

g. Ps. 59. 11.

7. Displicet Dęmoni.

II. Displicet autem multùm diabulo eadem Salutatio. 1. Quia, cùm sit inuidus, odit Salutationem, per quam homo acquirit salutem.

Dolet

olet nos è luto fictos tenere in terris, quod
se in cælo obtinere, vel seruare non potuit.
. Cùm sit ipse in perpetuo horrore & luctu; in-
idet homini hanc Salutationis dulcedinem.
Cùm sit tyrannus; dolet, quòd amittat nos ca-
tiuos.

. Cùm sit superbus; dolet eam in totius
ibis Reginam ac Dominam assumi hoc titulo
alutationis, quæ caput ipsius contriuit. Quid
lura? 5. Secundum Bernardum. Ad hanc Sa-
utationem dæmones fugiunt, tremit infernus.
dem super illud: Vt castrorum acies ordinata,
nquit: Non tantùm timent hostes quantumcun-
ue bene ordinatam aciem; quantùm timent
œmones nomen MARIAE; ad cuius pa-
rocinium defluunt, & pereunt, sicut fluit cera à
aciè ignis.

. Quin verba Salutationis singula displi-
ent cacodæmonibus. AVE: quia per Euam
Væ æternum procurarunt, pro quo iam Euan-
gelizatur gaudium magnum. MARIA: quia,
(præter alia) huius vita inclytà cunctas illustrat
Ecclesias. Omnibus enim viuendi normam
dedit; Virginibus, Coniugatis, & Viduis; vt
merito regula omnium dici possit. Displicet
hoc: GRATIA PLENA: quia de
plenitudine eius omnes accipimus; est enim
fons aquarū, & Mater viuētium: hostis autem eij-
citur inanis in ignē æternum. Displicet: DOMI-
NVS TECVM: quia antè erat diabolus cum Eua.
Displicet: BENEDICTA TV IN
MVLIERIBVS: quia procurata ab
ipso maledictio Euæ iam tollitur; & nati filij
Euæ ac iræ fiunt filij DEI, & cohæredes
BENEDICTI FRVCTVS VENTRIS
MARIAE.


In singulis etiam verbis singulariter.

III. Pro-

E V M, vt diadema regni poneret super ca-
tuum, & proximam sibi collocaret, pete
me gratiam: nihil tibi. Ille negat. 4. Ti-
s, ne ob peccata sis à DEO elongatus?
m Isaias ait cap. 59. *Iniquitates vestræ di-*
erunt inter DEVM & vos; & peccata vestra
conderunt faciem eius à vobis, ne exaudiret.
ngè enim à peccatoribus Salus. Dic orabun-
s Virgini: DOMINVS TECVM:
um corporaliter fuit: mecum ita sit spirita-
r. 5. Times ob peccata maledictionem? *Sic*
im *Psaltes*: Maledicti, qui declinant à man-
is tuis. Benedic MARIAE, quam beatam
unt omnes generationes, vt ipsa benedicta
aledictionem deprecetur. 6. Times non
stare fructum vitæ? Hisce: BENEDI-
TVS FRVCTVS VENTRIS TVI;
sce, inquam, Saluta Virginem ore, & orasti
ente. *Ipsa enim est*, quæ vocat: Ecclesi:
. Transite ad me, omnes, qui concupisci-
me, & à generationibus meis adimple-
mini] Hactenus ex P. Cornelio. Nunc
è plurimis *P.* Alani, collecta pauca
subijciam, petita ex ipsius libro
de dignitate Psalterij
Beatæ Virg. Ma-
riæ.



CA-



CAPVT VII.

SINGVLORVM IN SALVTATIONE Angelica verborum vis atq; vtilitas.

a. Ala. c. 70 Salutationis vtilitas I. ad Viuos

DE effectibus Salutationis ritè, frequenterque vſurpatæ, ita ſcribit Alanus: (a) [Auſcultet Sancti tui nominis amator, ô MARIA. Cœlum gaudet, omnis terra ſtupet, cũ dico: Aue *Ma*ria. Sathan fugit, infernus contremiſcit; cùm dico, Aue Maria. *M*undus vileſcit, cor in amore liqueſcit; cùm dico, Aue Maria. Torror euaneſcit, caro marceſcit, cùm dico, Aue Maria. Abcedit triſtitia, venit noua lętitia, cùm dico, Aue Maria. Creſcit deuotio, oritur compunctio, cùm dico, Aue *M*aria. Spes proficit, augetur conſolatio, cùm dico, Aue Maria. Recreatur animus, & in bono confortatur æger affectus, cùm dico, Aue Maria. Siquidem tanta eſt ſuauitas huius benedictæ Salutationis, vt humanis non poſſit explicari verbis; ſed ſemper altior manet, & profundior, quàm omnis creatura indagare ſufficiat. Hæc oratio parua verbis, alta myſterijs: breuis ſermone alta virtute: ſuper mel dulcis, ſuper aurum pretioſa. Ore cordis eſt iugiter ruminanda, labijſque puris frequentiſſimè legenda, ac deuotè repetenda. Nam verbis pauciſſimis contexitur; & in latiſſimum torrentem cęleſtis ſuauitatis diffunditur.] Sic Alanus.

Torrentem illum S. Dominicus in ſpiritu aliquando videre meruit: vt; prodit Alanus de famoſa illa pœnitentiaria, Catharina Romana, (b) in

b) in Salutanda S. Virgine assidua. [Videbat enim, quòd in domo Catharinæ ex membris cuiusdam pueri prodibant LV flumina; quæ ad purgatorium descendebant: in quorum aduentu animæ purgandæ confortabantur, & consolabantur, & liberabantur; eò, quòd Catharina ad primam Quadragenam, Christi pueruli meditaretur passionem, atque eam ad defunctos deuotè applicaret.

b. *Alanus.* *cap.* 23.
2. Ad vita functos purgatorios.

Similem experta vim & efficaciam Salutationis Marianæ (c) Sacra quædam Monialis, Deo Deiparæque deuota diu, adusque supremum Spiritum. Mortis agonem denique sortita durum & diuturnum, dies ipsos septem in eo diros inter cruciatus certauit: demum octauo diem suum feliciter obijt. Haud multò pòst suæ cuidam sororum apparens, inter cætera dicebat: *Si possem redire ad corpus, & vnum duntaxat Aue Maria orare, etsi sine magna deuotione; ego propter meritum illius vellem tantum rursus sustinere cruciatum, quantum ante mortem perpessa tuli.*

c. *Alan.* *cap.* 69.
Præstantia Salutationis Angelicæ.

Ipse certè Alanus, (d) Deiparæ Salutator sedulus, obtinere ab ea meruit, quin vltrò donari virtutum ac gratiarum Monilibus XV admirandis: totidem nimirum, quot voces in Salutatione censentur: vt singula his singulis respōderent. *Primum*, erat Remissio peccatorū, ob AVE quo culpam deprecatus, Vae & pœnam deleuit commeritam. *Secundum*, Illuminatio mentis, & visio cùm diuinarum rerum; Diuorumque cæterorum; tum ipsius Beat. Virg. Mariæ (qua eam sibi præsentem, & opitulatricem cernat, planèque sentiat: ob S. nomen: MARIA: toties, tamque deuotè appellatum. *Tertium*, Gratia impetrandi precibus quæcunque rectè petita à Deo: ob MARIAE GRATIAM toties ritè commemoratam. *Quartum*, Sensus quidam & influentia, cæle-

d. *Alani* *cap.* 5.
Alani monilia Mariana XV.

cœlestis in animam, inque animi sensus ipsos affectus ad gaudendam, tristandum, sperandum, amandum, aut operandum. Quòd toties Mariæ plenitudinem celebraret. *Quintum*, Domini iugis præsentia, quæ mentem rapiat in se eamque absorbeat intuitu Sanctæ Trinitatis. Quia Virgini offerebat toties hoc: DOMINVS.

Sextum, Visio Sanctorum & Angelorum ipsi sæpè præsentium. Quòd illud, TECVM, Virgini toties obtulisset. *Septimum*, Gratia audiendi & intelligendi occultum susurrium quoddam & eloquium diuinum: quod humanitus effari nemo potest & nemo scit, nisi qui accipit. Quòd Benedictam assidua salutatione honoraret. *Octauum*, Scientia infusa, nulla ingenio humano acquisita: vt esset doctus à Deo, nosset Scriptorum libros & scripta sine libris. Adeò placet Mariæ, sui illa demonstratio facta per TV, & formata super id meditatio. *Nonum*, Securitas à lapsu carnis, aut læsione vlla, à mulieribus sibi fortè metuendâ & Conuersatio frequens cum Sanctis mulieribus è cælo ipsi apparentibus. Tanti quippe erat pio cum affectu dixisse persæpè istud: IN MVLIERIBVS. *Decimum*, Sensus quidã ac gustus cælestis in lingua omnique sermone: quasi non loqueretur ipse; loqueretur autem in ipso CHRISTVS. De quo toties prædicauit clam, palam istud: BENEDICTVS. *Vndecimum*, Cognitio intima seu potius experientia quædam vitæ Christi, viuentis in membris ipsius, quasi eum in se induisset. Id quod nequit explicari, sicut sentiri datur, quibus dat DEVS. Nimirum is erat fructus ipsi, ex orato, & affectuosè meditato illo: FRVCTVS.

Hæc talia tulit Alanus diuina munilia; quòd Salutationem Mariæ ritè sedulus ac deuotus obtulisset. Addit verò eiusdem scriptorũ Collector post-

osthumus ista: *Alia quatuor monilia præfatus Ala-us non Scripsit: quæ sit causa nescitur. Sed creditur, tia adeò secreta erant, quòd nollet ea manifestare ho-inibus.*

Iam, cùm verba sint rerum signa; hæc diuina lutationis verba, ex infinita Dei aduersus Spon-m suam beneuolentiâ profecta, tot, tantarum ac gratiarum indicia, tantorum argumenta my-eriorum esse existimanda sunt; quot, & quan-i animo capere nemo queat vnquam. Cùm au-m cuique concessæ in terris gratiæ dono, donū ioq; suum certum gloriæ in cælis respondeat; ibium esse non debet, quin ad mensuram gratię irgo diuina parem gloriæ cælestis amplitudi-em fuerit sortita(c) Sed & illud esse perinde cer-um debet; quòd, vt quæque Salutationis vocula ertarum in Virgine gratiarum index erat ac te-is; ita quoque & gloriæ consequendæ. Fuit e-im hîc Alma Mater gratiâ plena à Deo; isthic utem gloria plena est in DEO, qui dedit illam egicam consortem fieri regni sui. Atque hoc t, quod viro iuxta doctissimo, & religiosissimo .Alano nostro, quondam ipso Assumtæ Dei aræ festo, raptum & diuina patienti, ostendere ignatus est Deus Longam narrationem com-endio reddam ex ipsius *Libro de Psalt. V. B. cap.* 8.

Gratiæ respondet gloria.

c. *S. Bern. serm. 1. de Assumpt. B V. Mariæ*

Vtriusque ex æquo est meritoria Salutatio Ang.

Videre sibi videbatur Spiritu raptus, priscum enouari Deiparæ in cælos assumtæ triumphū: c egressam è corpusculi tabernaculo Animam b ijs exceptam angelis, qui tutelares in terra mor alibus adsunt, ad cælos deduci. Hîc attollentib' e cælorum portis, cælum totum effundere se ob-iium; intrare Sponsam innixam super Sponsum Regem gloriæ. Quibus verò cum Cælitum gau-dijs Illud AVE vt recin uerint, relatum est aliàs, *in Rosario Exemplorum lib.* 3. Prorsus eorum penè similia, qualia ex S. Patribus recitat *Petrus Canisius*

Assumtæ Virginis triumphus

in Mariali lib 5.*cap*. 4. Et compendiosius *Ioannes Bonifacius in Virginali lib*. 1.*cap*.20.

AVE MARIA facit esse participem Regni Dei

Videbat porrò supergressam choros Angelorum à Filio coram Patre sisti coronandam Reginam in vno & trino regno sanctissimæ Trinitatis: quorum trium vnumquodque, regna quinque continebat alia. Per singula horum quindecim ex alio in aliud à Filio deduci visa Mater. Quæ ad quamque Salutationis suæ vocem, vocisque gratiam ac meritum, regno vno donabatur, vt Regina tandem quindecim effecta regnorum, proxima DEO Patri, suppar Filio, & prima secundum S. Spiritum plena DEO regnaret cælorum Domina, terrarumque Diua Opt. Maxima.

I. Et singulatim Regni 1. Paternitatis. 2. Vnitatis Dei. 3. Potentię 4. Aeternitatis. 5. Creationis.

Verùm Ipsa antè, quindecim Salutationis suæ Voces offerebat singulas; & quinas quidem *Rosis* quinis; quinas alias *Gemmis* totidem, reliquas singulas singulis inscriptas *Stellis* præsentabat *In regno Patris* 1 Paternitatis dicto, dabat supplex rosam inscriptam voce, AVE: Reddebatque Pater ipsi, vt esset Mater omnium entium. In 2. Vnitatis, præsentabat Rosam cum titulo MARIA. Cui Pater redonabat, vt sub eius potestate cūctæ essent gētium Vnitates. In 3. regno Potentię, exhibebat rosam, GRATIA, dictam. Pro qua omnis illi creata subijcitur potentia. In 4. regno Aeternitatis, rosam dabat inscriptam, PLENA. Et iussit illi DEVS subesse omnis temporis durationem. In 5. Creationis, offerebat Virgo rosam cum voce, DOMINVS. Qua causa creatas res cunctas ipsi parere subiectas iubebat. Quòd genuisset 1. Creatorem entium, 2. Vnigenitum, 3. Potentiam Patris, 4. Aeternumque 5. Dominum Dominantium.

II. 6. Filiationis.

Posthæc duci videbatur ad *Secundum Imperium Filiale*: In cuius primo regno Filiationis, gemmam offerebat Filio inscriptam: TECVM. Cui

i Filius: Promitto, ait, quod nullus erit filius
i vel in gratiâ, vel gloriâ, nisi per te coopera-
tem. In 2. regno Verbi, pro gemma, BENE- 7. Verbi Dei.
ICTA, facta est Regina omnis verbi tam
ntalis, quam vocalis. In 3. regno Sapientiæ,
oblata gemma TV, nuncupata est Regina 8. Sapiētiæ
nis Sapientiæ, at Scientiæ. In 4. Redemtio-
, præsentabat gemmam inscriptam: IN MV-
ERIBVS. Et facta est consors Redemtionis, 9. Redemtionis.
, vt nullus à culpa, aut pœna liberetur, nisi Ip-
cooperante. In 5 Prouidentiæ, gemmam 10. Prouidentiæ.
bat vocis BENEDICTVS. Et omni-
futurorum ei prouidentia communicata est.
oniam per ipsam datus est orbi. 1. Filius Dei,
Verbum, & 3. Sapientia Patris, 4. qui factus est
bis Redemtor, & 5. Prouisor.

Ad vltimum venit in *tertium imperium Spiritua-* III.

In cuius 1. regno Sanctus Spiritus, offerebat
ellam: FRVCTVS. Cuius gratia pote- 11. S. Spirit.
s illi facta est in omnes Spiritus superos ac in-
ros. In 2. Doni, dabat stellam VENTRIS. 12. Donorum Dei.
uius gratiâ nuncupabatur Regina omnium
onorum Dei, quæ ipsâ mediante forent exin-
e elargienda. In 3. Missionis Sancti Spiritus, 13. Missionis.
ellam TVI offerebat; pro qua appellatur Regi-
a omnium missionum seu rerum gerendarum
n cœlo, aut in terra. In 4. Bonitatis, pro stel- 14. Bonitatis.
a IESVS per eam oblata, fit Regina omnis bo-
itatis conferendæ vnquam seu cælitibus, seu
errigenis. In 5. Conseruationis, obtulit stel- 15. Conseruationis.
am cum titulo CHRITVS.) Fitque Regi-
na conseruationis; vt nullius natura, vel gratia,
vel gloria, nisi adiuuante MARIA, sit deinceps
conseruanda. Quoniam per ipsam datus est or-
bi 1. fructus Sancti Spiritus, 2. donorum maximus 16. SS. Trinitatis totius.
largitor, Idemque 3. Missus, 4. IESVS, 5 Ser-
uator Christus.

16. SS. Trinitatis totius.

Denique se sanctissimæ Trinitati æternùm dicatam supplex sistebat: pro quo facto dicebatur ei: *Ego ero in te tota, & tu tota in me mutata, non assumtione, vt Christus; sed singularißima glorificatione: vt extra tuam voluntatem nil à Me sit vnquam agendum.*

17. AVE Maria deuotos sibi saluat.

His ita peractis, Regina trium Imperiorum, regnorumque XV orabat supplex. Sanctissimam Trinitatem; vt, quicunque Fideles Salutationem Angelicam ritè recolerent; idem & dictorum fierent secum consortes regnorum. Et exaudita est. Hæc per visum: ad hominis captum: pro declarando Salutationis merito in cælestibus. Quæ sicut tantam, ex fructu meritorum, gloriam contulit, quantam præ se tulit, & significat gratiam in sensu verborum: ita hodieque in nobis par & gratiæ, & gloriæ pondus operatur, dummodò ritè oratur.

Eidem porrò in eadem visionis ecstasi posito res diuinæ, mereque Spiritales, sub humano & corporeo schemate fuerunt exhibitæ. Vt intelligeret nimirum liquidius: retineret firmius: sentiret certius: affirmaret constantius: instantius prædicaret, quanta Mariani cultus, in hac Salutatione vis inesset, seu ad flectendum Numen iratũ: seu ad culpas & pœnas peccatorum tollendas: seu ad gratias alias super alias cumulandas.

AVE Sanctissimam Trinitatẽ propitiat peccatoribus.

Meis in compendium vocata verbis huc subiciã ea, quæ dictus Alanus prolixâ styli simplicitate notata reliquit. Ergo Iratum Deum propitiat Salutatio. & quidem Patris potentiam in vindicando, flectit: Filij Iustitiam in iudicando, vincit: S. Spiritus Veritatem in arguendo, lenit. Non vt harum quæque minor fiat; sed mitior: & vt pœnas ob peccata ab vnaquaque inflictas aut minuat, aut penitus tollat.

1. *A patris Potentiâ* infligitur peccatoribus pœna quin-

quintuplex: Maledictio hominis, 2. Ignorantia Quas de-
u cæcitas intellect', 3. Obduratio seu obstinacia cernit pœ-
luntatis, 4. Vacuitas boni spiritus seu affectus, nas Deus
Seruitus actionis. 2. *A Filij Iustitia* decernitur
ccatoribus. 1. Exitium vagæ vanæque vitæ, 2.
famia nominis, 3 *Destitutio* intercessoris, 4.
misericordia facinoris, 5. Mala fortuna Actio-
s. 3. *A Sanctißpiritus Veritate* dictatur peccatis
Infructuositas operis, 2. Infœcunditas gratia-
m, 3. Paupertas fortunarum, 4. Captiuitas ani-
arum, 5. Mors pessima, & vltima rerum.

Iam verò deuotus *S*alutationis vsus Deiparam (Has auertit AVE promerēs patrociniū B. Virgin.)
oque precatori demeretur: hæc autem pœnas
as ab irato Deo deprecatur minuendas, aut tol-
ndas. Quin imò peccatores ad pœnitentiam
dducit: abducit Patris Potentiam à pœnæ gra-
itate: Filij Iustitiā à sentētiæ asperitate; *S*piritus
ancti Veritatem ab examinis seueritate. (Et confert bona totidem,)

Et hoc amplius, præstat sospitatrix Virgo per
alutationem suam ritè conciliata. Nam vt ma-
depulit; mox bonis implet.

Ac primùm vertit Dei potentiam à pœna ad (1. Benedictionem. 2. Illuminationem. 3. Gratiam. 4. Perfectionem. 5. Libertatem. 6. Gloriam cælestem 7. Famam bonam. 8. Patrocinium. 9. Pietatē. 10. Fortunam bonam.)
eniam: *I*ustitiam à culpa ad gratiam: Veritatem
discussione ad amnistiam. Hinc porrò impe-
rat 1. vt conferatur pænitentibus & Almæ Ma-
ris *S*alutatoribus à Patris potentia pro maledi-
tione benedictio, ob AVE: pro obcæcatione
lluminatio, ob MARIA: pro obduratione gra
ia, ob GRATIA: pro Vacuitate plenitudo, ob
PLENA: pro seruitute libertas, ob DOMINVS.
2. Vt donetur à Filij Iustitia pro exilio patria,
ob TECVM: bona fama pro infamia, ob BE-
NEDICTA: pro seueritate mediatio, ob TV:
pietas pro immisericordia, ob IN MVLIERI
BVS: pro infortunio fortuna bona, ob ET BE-
NEDICTVS. 3. Impetrat denique Virgo, vt con-
cedatur à S. Spiritus Veritate fructuositas pro in

11.Fertilitatem. 12.Fœcunditatem. 13.Diuitias 14.Salutē. 15.Vitam.

fructuositate,ob FRVCTVS:pro infœcunditate fœcunditas,ob VENTRIS;pro paupertate vbertas,ob TVI:pro captiuitate salus,ob IESVS: Vita pro morte,ob CHRISTVS.

Ecce mutationem dexteræ Excelsi! Ecce vim efficaciamque Salutationis Angelicæ admirandam! Ista,inquam,spiritalia DEVS sub specie Reginarum totidem exhibere per visum spectanda dignatus est Alano; Viro talium, si quisquam, digno.

CAPVT VIII.

COMPENDIVM SVASIONIS S. Dominici, itemq; P. Alani,ad piè frequentandam in Rosario Salutationem Angelicam.

VTi suprà capite 4. ita & hic paraholicōs S. Dominicum prius;dein historicōs P.Alanum,dabo loquentes.Et S. quidem Dominicus(teste religiosissimo Alano;qui,quod sibi contigit,in aduersaria coniecit,quæ ipso iam humato reperta sunt posthuma,typis vulgata,cęterisque ipsius scriptis iam tum à viuente editis coniuncta.S.Igitur Dominicus suo huic filio & Confratri aliquando apparens, ita loquebatur: [Tu prædicas,fili; sed tibi caueas,ne potius laudem humanam quæras,quàm animarum fructū. Audi, quid mihi Parisijs contigit. Debebam in maiori Ecclesia B.MARIAE prædicare;& volebā curiosè:non iactantiæ causâ, sed propter æstantium facultatem & dignitatem. Cùm igitur, more meo,per horam ferè ante sermonem in Psalterio meo,] Rosarium intelligit, [quadam in

Alan.lib. de dignit. Psalt B. V. cap.18.

Humiliter prædicandum.

Ca pel-

Cappella post altare maius orarem, subitò factus sum in raptu, cernebam Amicam meam DEI Genitricem. Hæc afferens mihi libellum, ait; Dominice, etsi bonū est, quod prædicare disposuisti, sermonem tamen longè meliorem attuli. Lætus librum capio; lego constanter: vt dixit, reperio; gratias ago. Adest hora sermonis; adest Parisiensis Vniuersitas tota, Dominorumque numerus magnus. Quippe audiebant, & videbant signa magna, quæ per me Dominus operabatur. Itaq; ambonem ascendo, (Festum erat S. Ioannis Euāgelistę,) de eo aliud nō dico; nisi quod custos singularis esse meruit Reginæ cæli: dein Auditores sic alloquor.

Domini, & Magistri præstantissimi: aures reuerentiæ vestræ solitæ sunt curiosos auscultare sermones. At nunc ego non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione Spiritus & virtutis loquar] Cætera compendio reddam. — *Effecta & Merita Salutationis Angelicæ.*

I. Quæro, si hostilis esset terra vobis peragranda, num Saluum conductum velletis, & circūspiceretis? Atqui in medijs hostibus agimus, & Salutatio Angeli Salutis est Symbolum, iuxta hoc verbum, AVE. Hoc saluo conductu liberabimur: quia orbis est liberatus à maledictione Euæ per Aue. — *I. Seruat ab hoste.*

II. Est eundum per cauernas & obscura loca? Lucernam præferimus. At omnes per humanæ mortalitatis latebrosas tendimus cauernas: quare Lucernam, MARIA, dictam igne deuotionis accēdamus, & illuminabimur; ipsa enim est stella maris. & illuminatrix. — *II. Illuminat mentem.*

III. Fac ita esse: Regem Francię diris facinoribus tuis habeas offensissimum; an non egeres Reginæ gratia, Regis ad offensam placandam? Nos sumus, qui in multis offendimus omnes Deum: Nunc Regina cæli potest, & vult reconciliare; — *III. Placat DEVM.*

 tantum

tantum illius à nobis recolatur GRATIA, & honoretur. [Suadeo igitur, vel hodie arripiatis Psalterium: cras fortè non omnes viuetis].

Poena contemtorum Rosarij.

Et verò sic accidit. Nam Artium studiosi quatuor, improbis moribus, eum, vt perorauit, despicatui habentes, aiebant: [Magna quædam expectabamus: & ecce, lectionem puerorum audiuimus] Nocte proxima perpotant ijdem, & scortantur. In amplexibus scorti, iram extimulante libidine, ad rixam, ad arma ruunt: duo internecione occiduntur, alijs duobus ad mortem vulneratis. A Vigilijs hi ambo in carceres retrusi, paulò post ibidem inter blasphemias animam exhalant. Porrò ita S. Dominicus, summatim.

VI. Replet bonis.

IV. Qui iter cogitat per loca sola, per terras incultas, & humani victus egentes; is aliunde sibi plenè de commeatu prouideat necesse est. Hæc nostræ peregrinationis terra inops est bonorum cælestium, inanis & vacua: quare de plenitudine illius accipiamus, quæ est PLENA.

V. Tutatur in periculis.

V. Turbat terra bellis, aut infestam habent latrunculi, vt nulli sit vsquam tuta salus, præterquã in vno castro inexpugnabili: ad hoc quis, nisi cõtemtor vitę, non confugiat? Talis est terra, in qua mortales agimus: & Dominus est refugium nostrum: Hunc requiramus in Salutatione, persæpè dicentes: DOMINVS.

VI. Dat præsentem haberi Deum.

VI. Omnes peccauimus, & egemus gratia: peccatores in tenebris ambulant, idq; in terra beluarum plena: Væ soli. Ductore eges, & defensore: Ora igitur Dominam, & assume eam TECVM.

VII. Seruat ab infamia.

VII. Infames domos & loca defugimus: aut soli nõ adimus; sin' autem, periculũ honoris incurrimus. Quis tam infamis, ac Mundus hic? Et transcurrendus est nobis. Comitem ergo S. Mariã assumamus, dicẽtes illi sępius: BENEDICTA.

IIX In

VIII. In Schola qui est, cuius linguam ignorat, hanc addiscit. Nos in ea sumus, vbi nescimus, odio an amore digni simus. Oremus ergo AVE, in quo hoc, TV, nobis id demonstrabit. *VIII. Meretur scientiam.*

IX. Si stipem ostiatim colligeretis in terra, vbi viri omnes duri forent; mulieres autem natura mitiores: de harum misericordia vobis demerenda laboraretis. MARIA est mater misericordiæ: etsi omnes Angeli, ac Dii per nostra in Deum peccata aueni forent à nobis; non tamen illa Virgo: quare meritò eam benedicamus IN MVLIERIBVS. *IX. Misericordiam S. Mariæ meretur.*

X. Cùm, teste S. Gregorio, quotidie ambulemus vias mundi amaritudine plenas; gratissimus is comes nobis fuerit, qui à consolatione suauissimus. Hic is est, & adesse vult nobis, cui dicimus; BENEDICTVS. Quin igitur cum nobis deuincire studemus in Psalterio? *X. Consolationem præstat.*

XI. Quid in itinere positis, labore fessis, fame sitique exhaustis, ac destitutisque præsidio sui recreandi, quid his euenire posset gratius; quàm vt in arborem optimis plenam fructibus, & manantem sub ea fontem incidant? Nobis in vitę via inaquasa B. Virgo occurrit arbor benedicti FRVCTVS, cum fonte vitæ. Hanc igitur cum Angelo salutemus. *XI. Refocillat defectos viribus.*

XII. Fingamus, è vobis aliquem illi regno dădum esse Regem, in quo steriles omnes, nemo pater, mater nemo fieri posset: gemma tamen Regi nouo demonstraretur, cui vis inesset omnes fœcundandi; hanc is, si sapit, minimè reijciet. In suo quisque corporis regno Rex est; sed id in terra est maledictionis & spinarum: hanc tamen fœcundabit, qui gemmam Salutationis piè vsurpabit VENTRIS dictam. Nam Virgo parens omnem orbi sterilitatem abstulit: tollet & tuam. *XII. Fœcundat steriles.*

XIII. Donat opibus.

XIII. Dictum est nobis: Negotiamini, donec veniam. Sed mendicus & pauper sum ego; quisque dicere potest, aurum & argentum non est mihi; vnde igitur negotiabor? Sit ergo Regina, quæ te copiosè donare pecunijs velit; non illius ambibis gratiam? Maria est, cui dicendum est: TVI: in quo intelligimus omnia ipsam possidere. Tibi possidet, vt subueniat tibi: illi tu famulare in Psalterio.

XIV. Liberat captiuos.

XIV. Si quis vinculis nexus, & carcere clausus detineretur, oblatamque nollet clauim, qua apertis euadere foribus licitè & gloriosè posset: cùm is demens, tum in sese foret iniquus. Nos vincti sedemus in mendicitate & ferro: quin ergo clauim Dauid accipimus, qui est IESVS, Hic per quam fuit conceptus, per eandem Salutationem accipitur.

XV. Præseruat à morbis.

XV. Agenti super terram pestiferam & tabificiam nil perinde opus est, ac certum antidotū, seu vnguentum, quod aduersus omnem luem valeret. Hoc autem est CHRISTVS, cuius, sicut vnguentum effusum nomen est. Huius pigmentaria est Maria, quæ Christum dedit orbi: dabit & tibi: tantùm Salutatione Angelica ipsam ritè venerare.

Fructus huius suasionis.

Hæc summa breuis, longæ suasionis parabolicæ S. Dominici, ad sæpè, pièque Salutandam Virginem MARIAM. Quæ si cui minus persuaserit: sibi imputet. Vt cui dissimilis ab illo sit Spiritus, in quo ea dicta fuit; & tanto cum fructu dicta; vt magnæ sint animorum consecutæ mutationes apud auditores; imprimis inter studiosam iuuentutem, quæ abdicato mundo, multo se numero Ordini Prædicatorum dicauit, S. Dominicum secuta vitæ magistrum. Quo tempore Conuentus nostri Parisiensis fundamenta iaci cæpta sunt, vrbe, inprimis Academia tota, adiuuātibus.

Para-

Parabolicam Patris excipiat historica filij ad Salutationem, zelosè in Psalterio recitandam oratio. Ea verbatim sic habet. [Virginis MARIAE Epithalamium, ipsa cooperante, signis plurimis, nedum antiquis, verum etiam nouis est supra modum magnificatum. Nec immerito: cùm ex tali exordio sit VERBVM DEI factum Caro. *Alanus cap. 45.*

Aspexi aliquoties quadam in Ecclesia peccatores in hoc saluberrimo antidoto talem habere contritionem, ac vim lacrymarum: vt dubium non sit, Virginem id Mariam effecisse, quia AVE dicebant. *I. AVE Maria meretur. 1. Contritionem.*

2. B. Maria cuidam indocto scientiarum copiã contulit, & sapientiam, & intelligentiam, vt putares eum in scholis fuisse exercitatissimum. Quia MARIA, id est, Illuminatrix orabat. *2. Scientiã.*

3. Clarissima mundi Aduocata cuidam adhuc viuenti contulit, pro gratiarum munere, omni die sentire in se aliquod gaudium paradisi, excedens omne gaudium mundi. Quia, GRATIA: orabat. *3. Gaudiũ spiritale.*

4. Dulcissima Angelorum Regina cuidam Matronæ valdè miserabili & egenti, temporibus nostris, in Francia, diuitiarum maximam copiã contulit; in tantum, vt esset mater & nutrix pauperum. Quia orauit PLENA. *4. Diuitias.*

5. Eadem Maria hisce diebus captiuos de carcere liberauit, quando votum acceperunt Psalterij. Quia DOMINVS orabant. *5. Liberationem à captiuitate.*

6. Felicissima Maria Psalterij istius virtute quẽdam delirum & rabidum, in tantũ, vt alios laceraret, per appositionem Psalterij in ipsius collò, mox liberauit, & tãquã agnum mansuetũ effecit in Picardia, me præsente. Quia: TECVM: orarat. *II. 6. Sanationem phrenesios.*

7. Gloriosa MARIA cuidam non loquenti per multa tempora, reddit loquelam Cum enim *7. Loquelã muto.*

Psal-

Psalterium oscularetur, & collo aptaretur, mox perfectum linguæ accepit beneficium. Quia BENEDICTA orarat.

8. Liberationem à cæcitate.

8. Honorabilissima mundi Imperatrix cuidam cæco ab annis multis Psalterij remedio subuenit, perfectum illi restituēdo visum. Quia. TV, quod est demonstratiuum, oraret.

9. Liberationem à supplicio capitis.

9. Pijssima Maria cuidam in Francia ad mortē condemnato inauditam, per Psalterij huius votū, præstitit clementiam. Nam ille carceres, & vincula talia confregit, quæ vix fabri frangere possent multo labore, & euasit. Quin & alium patibulo suspensum Psalterij voto Maria liberauit. Mox enim post votum de patibulo lapsus, & per mediam cōstipationem clientum currebat, quousque libertatem in Ecclesia accepit. Quia, IN MVLIERIBVS benedictam colebat.

10. Liberationem ab iniquo Iudice.

10. Charissima hæc Domina his diebus cuidam pauperculæ Psalterij voto se astringenti, in iudicio contra ditissimos sententiam optimam concessit, nolēte Iudice. Tribus enim vicibus, cùm se Iudex æstimaret contra eam ferre sententiam, semper pro muliere causam approbauit. Quia BENEDICTVS orabat: Christus enim est Iudex benedictus.

III.

11. Suscitationem à mortuis.

11. Laudabilissima Maria Psalterij huius fructificatione cuidam mulieri sterili præstitit filium, qui postea moriens Mariæ meritis redijt ad vitā: quem & vidi in partibus Hollandiæ. Quia, FRVCTVS orabat.

12. Gratiā ad Pœnitētiæ opera.

12. Misericordiæ Regina huius Psalterij virtute cuidam meretrici tantā contulit gratiam, vt nunc in Picardia stans semper cum cilicio & catena ferrea ad corpus, & super terram dormiens, ieiunando in pane & aqua, horrendissimam cunctis faciat pœnitentiam. Quæ & Spiritum prophetiæ, & sanctorum consiliorum in multis dignoscitur habere. Quia, VENTRIS Ma-

riæ


riæ virginitatem colebar. 13. Nobilissima Maria temporibus nouissimis, potestate cuidã abiecto, & spreto ab hominibus, potentiam super omnes tantam præstitit inimicos, vt ad suam voluntatẽ viuerent, aut morerentur. Quia TVI orabat. Qui enim est Mariæ, inquit Anselmus, de Mariæ potestate participabit. 14. Pijssima Mater Dei Psalterij virtute concessit dudum Catharinæ Virgini & Martyri sponsam esse Filij Dei. Et idem S. Catharinæ Senensi Ordinis Prædicatorum, indicibilibus cum signis & prodigijs concessit. Quia, IESVS orabant, qui est sponsus animarum, secundum Augustinum. 15. Clementissima Regina cuidam morienti istis temporibus apparuit, qui hoc Psalterium orabat; & dæmonia ab eo fugauit, supra modum lætificando eum, & horam mortis denunciando. Qui cum deuotione tanta obijt, vt nesciam me audiuisse, aut vidisse de tam deuotè moriente nostris temporibus. Ipse enim, tanquam secundus Martinus, dæmonia videbat, & eorum paruipendens tentamenta, doctus è cælo, deridebat. Sicque videns Christum aduenientem libera voce dixit: In manus tuas commendo Spiritum meum: Et hoc dicto, quasi ridens expirauit. Quia orabat CHRISTVS. Qui habet dare vnctiones Sacramentorum, atque benè viuendi & moriẽdi potestatem, His cognitis, laudate MARIAM in suo Psalterio.] Hactenus Alanus. Quæ Rosarium prædicare instituenti quantam syluam rerum dicendarum aperiant, nemo est qui non de plano cognoscat.

13. Potentiã in hostes.

14. Sponsationem cum Christo.

15. Felicem mortem promeretur AVE.

C A-



CAPVT VIIII.

DE SEPTVAGINTA DVOBVS Excellentijs Salutationis Angelicæ.

SAepius commemorato Deus reuelauit Alano mira Salutationis Angelicæ magnalia; quæ ipse vel in publico prædicauit: de reuelatione tamen ipsimet facta certi nihil, nisi post ipsius mortem, compertum est: idque in hæc verba. [Dulcissima Mater,] (vox CHRISTI est, Alano cum Deipara sua apparentis:) [placet mihi te laudari in tua Salutatione Angelica. Propterea de summa laude tua, quæ in illa contenta est, sponso tuo arcana tuæ dignitatis reserabo:] Dixit: mox versus ad Alanum ita fatur. [Idcircò, dulcis fili, visibiliter apparens tibi pando, quid Matri meæ offers nescius, cum AVE MARIA profers deuotius.] Ad quem deuotè Alanus, [O cordium amor, & gaudium, dulcissime IESV, de tua summa gratia, & pietate, qua me indignissimum peccatorem dignatus es visitare, gratias non, vt debeo, refero; sed vt valeo: quin etiam quàm plurimùm rogo, vt promissa, O Magister Veritatis dulcissime IESV, edisserere digneris de laubibus tuæ Matris:] Ad hæc IESVS: [Dilecte fili, audi, quas Salutatio Angelica in communi continet excellentias, per simile ad maxima mundi facta collatione.

Ala. lib. de dignit. Psal. B. V. ca. 10.

EXCELLLENTIA. 1 [Hæc SALVTATIO est mundi paradisus, in quo secun-

ſecundus Adam & Eua ſunt poſiti ad regenerationem mundi. Sic Bernardus.

2. Eſt ea cælum ſidereum, omnibus ſtellis virtutum, & gratiarum, & ſcientiarum, & meritorum ad ornatum. Sic Auguſtinus.
3. Eſt Sol mundi, quo regitur, illuminatur, & accenditur igne caſtitatis. Sic Anſelmus.
4. Eſt fons vitæ Eccleſiæ; quo lauantur, fideles animæ ab omni ſcelere; curantur infirmi; potantur ſitibundi, & conſcientiarum horti irrigantur. Sic Auguſtinus.
5. Ipſa eſt arbor vitæ ſuſcitans mortuos, ſanans infirmos, conſeruans viuos. Sic Hieronymus.
6. Eſt arbor ſcientiæ boni & mali; cuius guſtu docentur boni declinare omnia mala, & facere bona. Sic Anſelmus.
7. Eſt ea hortus amœnitatis; ex quo flores omnis generis virtutum colliguntur, ex quibus vnguenta fiunt in ſalutem viuorum, vt defunctorum. Sic Anſelmus.
8. Eſt minera omnium metallorum: è quibus & ditari, & armari poſſitis: & ab hoſtibus defendi. Sic Albertus Magnus.
9. Et lapifodina omnium lapidum pretioſorum cunctarumque virtutum, quibus ornantur, & coronantur animæ fidelium, & Spiritus cæleſtes. Sic Bernardus.
10. Eſt ſtella maris, per quam in mundi fluctibus, & tenebrarum peccatis dirigimur, & illuminamur, atque ad portum ſalutis ducimur. Sic Bernardus.

11. SALVTIO ANGELICA eſt corona gloriæ ex lapidibus pretioſis cunctorum meritorum, & ex auro charitatis compoſita, qua dulciſſime Virgo MARIA, MATER mea toties coronatur, quoties

per

per eam ſalutatur: præualetque hæc corona omnibus coronis Regum terræ. Sic Auguſtinus 12. Salutatio Ang. eſt veſtis regia, qua induitur V. Maria; animæque peccatorum illa teguntur; & Sancti omnes illa ornantur. Sic Bernardus. 13. Eſt caſtrum Trinitatis, in quo reſidet maieſtas Deitatis; caſtrum non lapideum, ſed ſidereum. Sic Bernardus. 14. Eſt ciuitas Dei ex lapidibus pretioſis, & auro conſtructa, in qua tota continetur Eccleſia militans atque triumphans. Sic Bernardus. 15. Eſt viridarium omnis amœnitatis, in quo eſt omne genus fructuum omnis gratiæ & virtutis; in quo etiam columba S. Spiritus dulciſſimè requieſcit, pulloſque donorum gratiæ nutrit. Sic Bern. 16. Eſt templum Salamonis, in quo ſacræ Hoſtiæ, & fidelium vota, & Eccleſiæ Sacramenta Deo offeruntur: per quod iniquitates delentur populorum; tribulationes pelluntur fideliũ; auxilia recipiuntur Sanctorum; melodia percipitur Beatorum: denique in quo Filius Dei aduenit, & ſalutem oſtendit mundo. Sic Auguſtinus. 17. Eſt ſtella Iacob, qua in cælum conſcenditur, & tota cæleſtis Curia promeretur & poſſidetur. Sic Hieronymus. 18. Eſt vitis Engaddi, quæ balſamum mundo attulit, Me Dominum Ieſum Chriſtum: quo viuentes vtuntur, & defuncti, pariterque beati, cuncti ſanantur, & illuminantur vniuerſi. Sic Auguſtin. 19. Eſt arca teſtamenti, in qua tabulæ Legis diuinæ Sapientiæ, & manna cæleſtis conſolationis continetur. Sic Bernardus. 20. Eſt arca Noe, per quam totus mundus à diluuio peccatorum liberatur, & ab inundatione tribulationis protegitur ſic Anſelmus.

21. SALVTATIO ANGELICA eſt Iris clementiæ Dei; in qua diſignatur pax mundo oſtenſa; pulcra manifeſtantur & vtiliſſima. Hominibus quoque ſanguinum, & ſuperbis, in

in auro croceis, in vanis rebus elatis, & humanæ scientiæ lumine fulgentibus grata per hanc data est clementia. Sic Augustinus. 22. Est mons Dei verus, quo terrena relinquuntur; homines in bono firmantur; sursum corda eriguntur: & hostes deuincuntur. Sic Hiero. 23. Est campus seminum omnium virtutum. Sic Basilius. 24. Est organum, cuius modulatione ætherea cuncta lætantur agmina. Cythara est, cuius melodia Ecclesia summa repletur lætitia. Est Symphonia, cuius suaui concordia peccatorum fugantur crimina. Sic Ambr. & Beda 25. Est sylua totius recreationis & deuotæ solitudinis; in qua sidereę mansiones consistunt: animalia & feræ sub iugo pœnitentiæ commorantur, inque contemtu mundi properant cursu veloci ad regnum cælorum. Sic Damascenus. 26. Est pratum admirabilis viriditatis; in quo pascuntur, & nutriuntur armenta & greges IESV Christi Redemptoris. Sic Anselmus 27. Est flumen immensæ suauitatis, infinitę fertilitatis, copiosæ fœcunditatis, quo terra militantis Ecclesiæ fouetur, ambitur & irrigatur. Sic Basilius. 28. Est mare infinitarum diuitiarum, nullarum turbationum, omnium bonarum fortunarum: in quo semper nauigant ad sidera amatores bonorum. Sic Albertus. 29. Est hospitium Trinitatis, nobileque triclinium. Sic Richardus de S. Victore. 30. Est statera, in qua cuncta viuentium ponderantur opera. Sanctus ergo est, qui vitam suam ad hanc mensurat. Sic Damascenus.

31. SALVTATIO ANGELICA est omnium scientiarum bibliotheca diuina & humana. Sic Ambrosius. 32. Est gazophylacium diuinorum thesaurorum; ex quo Deus pauperibus sua dona distribuit, & filios suos pascit. Sic Damianus. 33. Est fabrica mirabilis, per quam

DEVS fabricauit mundum, Sic Augustinus. 34. Est vallis, per quam ad profundum venimus humilitatis, & ad immensam pertingimus fertilitatem. Sic Haymon. 35 Est horreum diuinæ misericordiæ, ex quo nutriuntur fideles animæ. Sic Gregorius. 36. Est altare DEI Viuentis, in quo quieuit nouem mensibus Hostia totius humani generis. Sic Origenes. 37. Est thymiama sanctæ fragrantiæ & odoris; per quod cuncta opera nostra offerimus in odorem suauitatis. Sic Beda. 38. Est liber vitæ, in quo scribuntur humanæ creaturæ. Sic Damascenus. 39. Est via cælorum, per quam fideles tendunt ad paradisum, & pertingunt ad omne bonum. & euitant omne malum. Sic Anselmus. 40. Est scutum validissimum, in quo omnia ignea tela nequissima facillimè extinguuntur, vincitque pauper potentissimè omnia aduersa. Sic Bernardus.

XLI. SALVTATIO ANGELICA est arcus & sagitta, quibus hostes vulnerantur: lancea, qua confodiuntur: gladius, quo puniuntur: arma, quibus securè muniti semper proteguntur, & ad cunctorum Imperatorem cum fælici triumpho perducuntur. Sic Basilius.

42. Est camisia mundissima castitatis: velum virginalis honestatis; zona regiæ dignitatis: annulus cælestis desponsationis: monile nobilissimæ doctis: sandalium puellaris pulcritudinis. 43. Est sertum florum, quo beatorum animæ coronantur: Virgo ipsa mecum plurimum adornatur. Ex ea enim tota laus & virtus habentur. Sic Augustinus. 44. Est ianua cælorum, per quam intrant animæ saluandorum. Sic Albertus, 45. Est clibanus, in quo decoctus est panis Angelorum & hominum, qui dat vitam mundo. Sic Bernardus. 46. Est

murus

murus & ſeps ciuitatis, quibus mundus, niſi ſit ingratus, munitur. *Sic* Anſelmus. 47. Eſt nubes rorida, quæ mundum irrigat, eumque facit germinare, florere, & fructificare. *Sic* Auguſtinus. 48, Eſt apotheca omnium charisma-tum, qua ſanantur omnium infirmitatum gene-ra. Sic Bernardus 49. Eſt ſpeculum puritatis & mundiciæ, in quo æthera videntur bona. *Sic* Anſelmus.

L. SALVTATIO ANGELICA eſt microcoſmus, per quem mundus iſte ex-terior eſt reformatus. In illo etiam omnia ſunt merita, & cuncta genera virtutum.

51. Continet in ſe DEI Patris potentiam, Filij ſapientiam, Sancti ſpiritus bonitatem. Sic Bernardus. 52. Eſt beatorum Seraphin ciuitas immenſa, ratione diuinæ Sapientiæ incarnatæ ad reparationem eorum. Sic Auguſtinus. 53. Eſt iuſtitiæ thronus, quia per hanc iuſtitia DEI in hominum ſalute eſt quietata. *Sic* Ori-genes. Eſtque Dominationum cæleſtium do-minium ſummum ſecundum omnium virtutum genera. *Sic* Baſilius. 54. Eſt potentia ſumma cœleſtium poteſtatum contra poteſtates tenebra-rum. *Sic* Damianus. 55. Eſt Principatuum cæ-leſtium nobiliſſimum directorium: cùm fideles per eam deſtinantur ad cælum ſidereum. *Sic* Petrus Bleſenſis. 56. Eſt prouidentia maxi-ma, per quam ſingulariter prouinciæ & regna diſponuntur ad ſumma bona. *Sic* Auguſtinus. 57. Eſt Angelorum inſpiratio, per quam ho-mines ad bona facienda incitantur. *Sic* Bernar-dus. 58. Eſt Patriarcharum ſpes prima, propter Filij Dei Incarnationem. *Sic* Auguſtinus. 59. Eſt Prophetarum Regina, ad quam cæteræ ſemper ſunt ordinatæ Prophetiæ. *Sic* Hierony-mus.

60. SALVTATIO ANGELICA est Apostolorum fides,per quam innumera fecerunt magnalia.Sic Ambr. 61. Est martyrum fortitudo & constantia,per quam cuncta vicerunt supplicia.Sic Albertus 62. Est doctorum scientia, per quam iudicant se,& regulāt in omnia scibilia.Sic Dionysius.63.Est Pōtificum potestas, per quam acceperunt virtutem super Ecclesiæ Sacramenta. Sic Albertus.64.Est Confessorum perseuerantia, per quam ex immensis tribulationibus peruenerunt ad regna cælestia.Sic Rabanus. 65. Est Religiosorum vita, per quam mundo moriuntur, & transferuntur in Deum.Sic Cassiodorus. 66. Est Sacerdotum dignitas, per quam acceperunt in Corpus Domini veram & mysticam potestatem. Sic Beda.67.Est Virginum puritas,per quam Deo sunt desponsatæ.Sic Hieronymus.68. Est mundi principium & regula, & hominum cuiuscunque conditionis mēsura. Sic Bern. 69. Est pænitētium tolerantia Sic Augustinus.70. Est Incipientium adiutrix. 71. Est Proficientium robur. 72. Est Perfectorum contemplatio.]

Atque ista Seruator ipse Alano reuelauit.Erras, quisquis summam Veritatem reuelantem indigere longo putas sermone,aut vti solere. Non ita: Innumera vno citius momento effatur ac docet. Nec enim eget tempore temporum Conditor Deus.Simul memineris ista Salutationis præconia tropicè accipienda esse. Addidit porrò istis Reuelator,eadem S.Dominicum olim didicisse; S.Iacobo maiore reuelante: Eaque reuelatione penitus reualuisse; cùm id temporis in Hispania ad mortem vsque decumberet.

(∴)

CA



CAPVT X.

RATIO ANTECEDENTIVM, cum vlteriore Salutationis Angelicæ commendatione.

TAm magna, tamque varia de vna affirmari Salutatione Angelica posse, mirum fortè non nemini accidet. Sed nemini, nisi minus consideranti, qualis Vetus inter ac Nouum Testamentũ media fiet eadem Salutatio. Eadem quippe finis est illius, & huius principium: Vt summa vtriusque in hac vnâ constat. Ex quo satis intelligitur quæstio iam olim agitata, *Quemadmodũ sacræ Scripturæ verba rectè ad Salutationem Angelicam, seu ad Psalterium applicari poßint?* Quod perinde est, ac si percuncteris: Qua ratione, quæ hactenus dicta sunt, aliaque talia, verè sese tueri queant? Quod super hoc quæsito in Apologelico libro Psalterij, ad Episcopum Tornensem Ferricũ dat responsum Alanus; hic reddam idem. Is ita cap. 7.

[Primò: omnia in figura contingebant illis. In figura scilicet venturi Christi, inquit glossa. Atqui hæc in factis, & dictis, seu prophetijs rectè conuenire debet cum re figurata: ea scilicet, quæ per Salutationem fuit annunciata. Secundò, quoniã Christi Incarnatio est effectus quodammodo, secundum D. Thomam, veteris Testamenti: effectus autem per causam exponitur, iuxta Philosophum. Tertio, etsi non ad literam omnia, quæ sunt in specie Psalterij Dauidici, possunt aptari ad Psalterium Angelicum, nihilominus tamen

possunt vniuersa etiam, quæ in totis Biblijs sunt eidem verè aptari aut allegoricè, aut tropologicè, aut typicè; prout Doctores Sancti fecerunt. Inde ad Annunciationem Christi Albertus Magnus super, Missus est, adduxit totum mundum, & omnem scientiam ac virtutem. Nec mirum; quia IN VERBO INCARNATO SVNT OMNIA. Vnde, sicut Verbum Incarnatum est infinitum: ita Salutatio Angelica, per quam Verbum Caro factum est, habet infinitatem quandam dignitatis, & significationis potestiualis; in tantum; vt si omnes homines essent doctores, quantus fuit Augustinus, vel Ambrosius; nequaquam tamen omnes simul capere possent mysterium Christi generationis siue æternalis, siue temporalis: iuxta illud Prophetæ: Generationē eius quis enarrabit?

Mira dignitas Salutationis Angelicæ.

Isa. 35.

Demum etiam, Christi generatio est causa finalis Psalterij Dauidici, (omnes enim Prophetæ propter hanc prophetabant:) Causa verò finalis potest exponi veridicè per suos effectus.] Sic Alanus. Quare Salutatio, quæ coniuncta cum Incarnatione fuit; eiusdem esse Psalterij Dauidici finis censenda est, tanquam effectus suæ causæ. Potest igitur idem cum sui similibus figuris, dictisque propheticis Angelico Psalterio ritè accommodari. Vnde non verè minus, quam scitè, etsi non prosodicè autor anonymus, sed pius tamen ac bonus, in libellulo de Rosario ita canit:

Sunt IESVS & MARIA
Duo ter augustissima
Salutis plena Nomina;
Quæ omnis Prophetia,
Et omnis Sacra Historia
Respicit & Scriptura

Præ-

Praeterita, & futura.
Personae hae, & Nomina,
In vno simul omnia
Coluntur AVE MARIA.
In vno AVE MARIA
Est omnis Sacra Pagina.

Quæ cùm ita sint, liquidò satis intelligere est, qua ratione, quamque iustâ apud S. Patres subinde, sæpè autem in Alani scriptis hæc *Salutatio Euangelium* appellatur. Enimuerò, quis ignorat, quòd Annunciatio latinè idem sit, quod Euangelium greeè? Atqui & Salutatio Angelica, & Annunciatio res eadem inter sese est. ergo & Salutatio idem est, quod Euangelium. Item verò Euangelium lux est totius præteritæ vmbræ; & Veritas omnis figuræ; & impletio cunctæ Prophetiæ; & terminus veteris Scripturæ. Quocirca prædicat Salutatio apertè, quod Scriptura Vetus olim ostendit, & prædixit rectè. Salutatio Ang. rectè dicitur Euangelium.

Totius autem Noui Euangelij fons est & origo, Angelica Salutatio. Quare quidquid ex hac, & post hanc porrò seu dictum, seu factum, seu scriptum, & à Spiritu Sancto dictatum promanauit; omne illud ad fontem suum, & fontis caput, quod est Salutatio Angelica, retrò referri potest, & referendum est. Est compendium vtriusque Testamēti.

Sicut omne genus humanum ad vnum hominem Adamum, vnde descendit, rectè reducitur, velut indiuidua plura ad Vnam speciem: ita omnia de CHRISTO, deque Christianis in Sanctis Scripturis aut Patribus vnquam dicta, facta, scriptaque, velut numerica, ad vnam suam speciem, ac fontem, Salutationem Angelicam reuocari possunt. An verò non in minimo grano sinapi latuit antè, quantacunque pòst inde arbos enata? Eodem quoque Comparatio declarat. Et simile.

 modo

modo ad tantulam verbis, mysterijs tantam Salutationem vis totius Sacræ Scripturæ, vt veteris quæ præcessit, & Nouæ quæ successit, referenda est.

Iidem fuerunt prædicatores Euangelij: qui & Psalterij,

Atque hoc est, quod S. Dominicus, eiusq; Fratres, vitæ & laborũ ipsius comites ac testes, Maiores nostri egerunt seduli. Nimirum, dum Psalteriũ Mariæ commendabant; Euangeliũ prædicabant. hoc est: sicut ego interpretor, Euangelicarũ Senteniarum explicationem referebant ad Salutationem, in Psalterio Deo Deiparæque offerendam.

Singulæ partes psalterij sunt compendium Euangelij.

Neque ad vnam duntaxat Salutationẽ isthanc totum à sese prædicandum Euangelium referre opus habebant. Habebant namq; in Psalterio & Symbolũ Apostolorũ: à quo quæ pars, quis penè apex abest Euangelij? Habebant & Crucis signũ: In quo quanta non insunt Euangelij mysteria? Habebant & Mysteria quindecim vitæ seu Christi, seu Mariæ: In quibus quid desideres, quod in Euãgelio requiras? Habebant Orationem Dominicã: hoc est: totum in vna Euangelium. *Neque enim* inquit Tertullianus (a) *propria tantum orationis officia complexa est, venerationem Dei, aut hominis petitionem: Sed omnem penè sermonem Domini; omnem commemorationem disciplinæ. Vt reuera in Oratione Breuiarium totius Euangelij comprehendatur*: Et verò Tertulliane tibi etiam S. Cyprianus accedit. (b) *Qualia, inquit, Fratres charißimi, sunt Orationis Dominicæ Sacramenta quàm multa, quàm magna breuiter in sermone collecta: sed virtute spiritualiter copiosa: Vt nihil omninò prætermissum sit, quod non in precibus, atque orationibus nostris cœlestis Doctrinæ Compendio comprehendatur*. Ita S. Cyprianus. Cum igitur in Psalterio hoc vnaquæque partium ipsius quoddã sit totius Euangelij Breuiarium: prædicatores sanè Psalterij vel solius, verissimè totius Euangelij prædicatores appellabantur.

a. *Tert. lib. de orat. Dominic.*

b. *Cyp. lib. de Orat. Dom.*

 Ex hoc

Ex hoc tam beatæ vbertatis fonte Psalterij animos irrigabant audientium: omnemque prædicationem suam dirigebant ad commendandam auditoribus orationem: Vt ex hac imploratam mererentur pij Fideles gratiam porrò ad virtutum operationem. Atque illâ ratione Patres auspicabantur, & fœliciter prosequebantur morum inter homines, vitæque innouationem, per prædicatam Angelicam Salutationem. Quippe per quam DEVS cœpisset quondam totius orbis, ac salutis humanæ reparationem.

Vnde & nomen quoque sibi inuenerunt *Prædicatores* ijdem, vt voce populi, (quæ vox Dei dicitur,) *Fratres Mariæ* audirent. Inde verò postea & Oraculo, & scripto Pontificum; moxque totius orbis acclamatione, *Prædicatores Euangelij* re, & nomine sunt appellati. Est ergo vna perbreuis salutatio & totius Euangelij annunciatio; & Veteris Testamenti repræsentatio.

A prędicatione Psalterij Fratres Mariæ dicti.

Sed quid in re, velut de plano notâ, longius immorari attinet? Fecit tamen ipsius veritas, & authoritas; vt eam à silentio & obliuione studiosius vindicarem. Atque tametsi volo, vt, quæ scribo, veritatem habeant aut ex me, aut per me ex optimis autoribus clariorem: habent tamen ipsa autoritatem ex sese, exque testatâ veritate. Quare vnum hanc in rem insuper istis addam ex Alano, planè Cedro dignum. Sic ille scribit: postquam multis suasisset, Psalterium etiam à Parochis esse prædicandum. (a)

Dictorum fides est in ipsis, non fit ab autore.

Pijssimâ Virgo gloriosa veritatis amica, aliquoties reuelauit. Siste Lector: reuelauit, inquam, non ipsi soli, sed & alijs idem; ipso teste, *in cap. 10. Apologetici*: vbi iuratus sic ait: [Et nedum hoc scio de illa persona:] quâ scilicet; [Sed plurimi viuentes certissimè de illa agnoscunt; non humanâ; sed reuelatione *Dei* solâ. Vt sic audentius dicere audeā,

a. Alanus in libro Apologetico Psalterij. B. V. s. 15 sub finē

Reuelationis co re- statio. De

 quæ

hac vide li. 2. de ortu & progressu Fraternitatis ca. 17.

quæ dixi. Verùm, quia persona illa adhuc viuit, non possum eam in singulari manifestare, &c.] Itaque ait, [Pijssima Virgo reuelauit, quòd semper Salutatio Angelica in maxima fuit reuerentia, etiam in primitiua Ecclesia, inter Domini Apostolos. Cuius rationem ipsa Veritatis Magister reddebat, dicens:

Apostoli orarunt AVE Maria. & cur?

1. Agnouerunt enim ipsi Dominicæ Annunciationis virtutem multò amplius, quàm moderni. 2. Et cognouerunt se per ipsam primitias Spiritus accepisse: vtpote fonti Veritatis & luminis propinquiores. 3. Cognouerunt etiam, quòd ipsa fuit Causa Secunda in Nouo Testamento statim sub Prima. Ideò perpenderunt clarissimè; quòd nil donorum habebant, nec habere poterant; nisi medio Virginis Mariæ.] Necessariam hic parenthesim inijcio.

Quid audio? inquiet hæreticus: [Non habere poterant, nisi medio Virginis Mariæ?] Quorsum igitur CHRISTVS IESVS Mediator est Dei & hominum? (b) Audi, inquam, post alios S. Patres, & ante Alanum, D. Bernardum, ita asserentem (c) Signum magnum apparuit in cælo: Et quidem poterat sufficere CHRISTVS; siquidem & nunc omnis sufficientia nostra ex eo est. Sed nobis bonum non erat esse hominem solum: Congruum magis, vt adesset nostræ reparationi sexus vterque; quorum corruptioni neuter defuisset. Fidelis planè & potens Mediator Dei, & hominum CHRISTVS IESVS: Sed diuinam in eo reuerentur homines Maiestatem. Non sola illi cantatur misericordia; cantatur & iudicium. Quia etsi didicit ex his, quæ passus, compassionem, vt misericors fieret; habet tamen & iudiciariam potestatem. OPVS EST MEDIATORE AD MEDIA-

b. 1. *Ti* 2. 5.

c. *S. Bern. in serm de isto Apoc. 12. Signum magnum.*

Quod S. Maria sit verè Mediatrix.

DIATOREM ISTVM: NEC ALTER NOBIS VTILIOR, QVAM MARIA.

Crudelis nimium Eua; per quam Serpens antiquus pestiferum etiam ipsi viro virus infudit. Sed fidelis MARIA; quæ Salutis antidotum & viris & mulieribus propinauit. Illa enim ministra seductionis: hæc propitiationis. Illa suggessit præuaricationem: hæc iniecit redemtionem. Quid ad Mariam accedere trepidet humana fragilitas? Nihil austerum in Ea, nihil terribile: Tota suauis est: omnibus offerens lac & lanam. Reuolue diligentius Euangelicæ historiæ seriem vniuersam: &, siquid forte increpatorium: siquid durum: si quod denique signum vel tenuis indignationis occurrit in MARIA: de cætero suspectam habeas, & accedere verearis.

S. Maria neminem abijcit peccatorum.

Quod si, (vt verè sunt,) plena magis omnia pietatis & gratiæ: plena mansuetudinis & misericordiæ, quæ ad eam pertinent, inueneris: age gratias EI, QVI TALEM TIBI MEDIATRICEM benignissima miseratione prouidit: in qua nihil possit esse suspectum. Denique omnibus omnia facta est, sapientibus & insipientibus copiosissima charitate (d) debitricem se fecit, omnibus misericordiæ sinum aperit: vt de plenitudine eius accipiant vniuersi: captiuus redemtionem, æger curationem, peccator veniam, iustus gratiam, angelus lætitiam: denique tota Trinitas gloriam, Filij persona carnis humanæ substantiam. (e) Vt non sit, qui se abscondat à calore eius.] Hæc ille. Docet porrò, quòd Sola contriuit vniuersam hæreticam prauitatem: & beatam eam dicunt omnes generationes.

d. 1. *Cor.* 9.

De eius plenitudine accipiūt omnes, vt à Mediatrice.

e. *Psal.* 18.

Deinde

Deinde sic admonet: Amplectamur Mariæ vestigia: fratres mei: & deuotissima supplicatione beatis illius pedibus prouoluamur. Teneamus eam, nec dimittamus; donec benedixerit nobis. Potens est enim. Nempe Vellus est medium inter Rorem & Aream, Mulier inter Solem & Lunam, MARIA inter CHRISTVM & Ecclesiam constituta.]

Hortatur adorare mediatricem: At hyperduliæ cultu, non latriç.

Et sub finem sermonis. [Iam te Mater misericordiæ, per ipsum sincerissimæ tuæ mentis affectum, tuis iacens prouoluta pedibus Luna, MEDIATRICEM SIBI APVD SOLEM IVSTITIAE CONSTITVTAM deuotis supplicationibus interpellat, vt in lumine tuo videat lumen, & solis gratiam tuo mereatur obtentu, quam verè amauit præ omnibus, & ornauit, stolâ gloriæ induens, & coronam pulchritudinis ponens in capite tuo. Plena es gratiarum, plena rore cęlesti, innixa super dilectum, delicijs affluens. (f) Ciba hodie pauperes tuos Domina; (g) Ipsi quoq; catelli de micis edant: nec (h) puero Abrahæ tantum, sed & camelis potum tribuas de superfluenti hydria tua: quia tu verè puella es præelecta, & præparata Altissimo Filio tuo; qui est super omnia Deus, benedictus in sæcula (i) Amen.] Hactenus vnus instar omnium Bernardus de Mediatrice Maria.

Ecclesiæ oratio ad Mediatricem V. Mariam.

f. *Cant.* 8.
g. *Matt.* 15.
h. *Gen.* 24.
i. *Rom.* 9.

Pergit Alanus porrò talia de Angelicæ Salutationis vsu prodere, quæ penè incomparabilem Ipsi dignitatem conciliare debent. Et verò sunt illa prorsus admirabilia: non tamen incredibilia. Factu possibilia fuerunt: facta fuisse, non improbabilia sunt. Captum nostrum haud excedunt: cū ratione procedunt: à veritate nihil discedunt: ad fidem humanam de plano accedunt. Quæ, inquies, ista? ista inquam. Viua adhuc Genetrice Dei Salutationem eius vsurpasse Ipsammet: Apostolos

Quædam noua & mira Alano reuelata.

los, Christum, Angelos. Mirum: exclamas, & nouum hoc! Ita quidem: At docet id Alanus testimonio Deiparæ reuelantis: & ratione quoque Theologiæ in nullo sese lædi cōquerentis. Quod accepit: tradidit. Sic autem, & istud acceptum prodit, loco superius allegato.

Addebatque, (scribit) *Virgo Maria: I. Quòd APOSTOLI vtebantur hac Oratione, etiam Maria Virgine viuente; referendo Salutationē ad Mariā* (consideratā) *sub Esse gratiæ*, (qua plena erat:) *& futuræ gloriæ*; (cuius certa erat) *atque ad Illam sub esse diuinæ prouidentiæ: pro quo ab æterno in Deo Maria habuit idæam.* Atqui verò illa Mariæ & Gratia tum præsens, & Gloria futura, & idęa præcedens erant, si quicquā, honore dignissima. Præsertim cùm, (vt Alanus ipse subdit) *hæc idæa, secundum D. Thomam quæ est Maria deifica non est aliud à diuina Essentia re, sed tantum ratione.* Aue Maria vsurparūt Apostoli.

II. Imò addebat: Quòd IPSA, sciens virtutem Annuntiationis Dominicæ, deuotius illam dicebat. Nam inquam ego, secundum Esse naturale humanum orabat Ipsa Mariam secundum Esse diuinum & gratiæ, & gloriæ. Et verò dignum hoc & iustum, vt positā in sese à Deo Gratiam honoraret. *Planè* ingrati simus, nisi & nos virginis exemplo Gratiam Dei in nobis honorificemus. Nam etiam isto modo Deus in nobis desiderat glorificari. Istum ad modum, sed longè altiore, Christus quà Homo cùm orabat Deum, suam quoque secundam in Deitate Personam *Ipse* adorabat. Mater Christi mortalis immortalem in sese gratiam, (minimè adorabat;) sed verbis *Angelicis* nunciatam ac declaratam recolebat, colebat, & ritè gratias Deo persoluebat. Ipsa Deipara.

III. Et adiungebat: Quòd DOMINVS IESVS frequentissimè in mundo hoc Eam (Salutationem) *orabat: non necessitate; sed Exemplarite; & singnanter in-* Ipse Christus Iesus.

ter in ordine ad Mariam diurnalem, pro vt est in diuina Intelligentia. Nimirum sic laudabat Deum Patrem in Sancta sua Matre Maria æternùm in Deo effigiata. Ita quoque suam ipse *Seruator IESVS* in Deo præexistentem Humanitatem dici potest veneratus fuisse.

Angeli & Cælites vsurpant.

IV. Subiunxit etiam: Quòd Sancti in cælo ANGELI, & HOMINES offerunt Mariæ Virgini hoc Salutare: (id est Psalterium:) *non voce, sed mente. Sciunt enim, quòd tali auxilio est ruina Angelorum reparata; DEVS homo factus est; & mundus renenatus.* Hæc ad Alanum Deipara. Subdit ipse: *Hæc verò,* inquiens, *sunt admiranda: & homines multùm mouere debent ad tale Psalterium. Noui hominem, cui hæc breuißimè dicta, multòque plura sunt reuelata.* Ecquis ille? Ipsus inquam; vt alubi testatus doceo. (k) Cui duo in ipsius vitæ gestis reperio solennia fuisse. Alterũ, quòd, quæ à Deo, Deiparaque doctus accipiebat reuelata, & prędicabat; eadem in personam tertiã, velut aliam ab ipso, referret. Alterum, quòd multis clarus miraculis, sic ea tamen Prædicator Rosarij patrabat; vt ipsa ad Rosarij potius virtutem, quàm in Alani personam referenda viderentur.

Alanus sua reuelata & miracula celat & propalat.

k. *Lib. 2. de Ortu Frat. cap. 18.*

Quædam cautè prædicanda, & cum grano.

Memor tamen Rosarij esse Prædicator debet; vt ista talia non, nisi cum circumspecta diligẽtia ad ineruditas ac pingues aures populi afferre secũ constituat, & quãtum satis disertè explicare non omittat: aut dicere talia facessat. Loquendum namque vt multi: sentiendum vt pauci.

Istud tamen, apud eundem Alanum quod proditum reperio, quin securè prædicetur, non est quòd quisquam adhæsitet. Ita sua ad eum planè familiriaris illi Virgo Maria.

l. *Alanus li. de Psalt. V. M. ca 11. sub finem.*

(l) *Secretum iam pandam tibi diuinæ Prouidentiæ. Scias enim, & securè intelligas; quòd & indilatè alijs pate-*

patefacias: Quod videlicet signum probabile est, & propinquum æternæ damnationis, horrere, & attædiari, & negligere Salutationem Angelicam, totius mundi reparatiuam. Habentibus verò deuotionem ad hanc; signũ est ordinationis & prædestinationis permagnum ad gloriam. Propterea qui tenet Me in hac Salutatione, semper me teneat, donec ad me in paradisum veniat. Ob hoc dicit Bernardus: Quemadmodum per Salutationem Angelicam Salus & vita vniuerso mundo est collata; sic per eandem, ab vnoquoque singulatim frequentata, virtus, & gratia, & gloria conceditur. Hæc Alanus. Nunc retrò longius ascendamus, atque è S. Patribus, pauca de innumeris penè repetita libemus. Vt etiam, quis ipsis fuerit aduersus Angelicæ Salutationis excellentiam sensus, intelligamus; simul Rosarij prædicatoribus campum aperiamus in quem eorum salubriter excurrere possit industria.

Ex AVE Maria capi signum prædestinationis potest.

Per id orbis reparatus.

CAPVT XI.

QVALEM S. PATRES DEIPARAM Virginem contemplati fuerint ex S. Scriptura, ac venerati, antequam illa esset homo nata. Scilicet vt & talem nos quoq; orabundi intueamur eandem.

QVò vsque retrò CHRISTIANA respicere memoria potest; Quid? Quantùm humana etiam cognitio, quin & cogitatio: hocque amplius; quantùm ECCLESIAE Fides ire retrò & ascen-

& aſcendere poteſt; Semper à Deo, à Diuis, ab hominibus iuxtà, eximiè cultam Virginem Deiparã ſeu futuram, ſeu iam factam, reperimus. Vnde SS. Patrum & Fides, & ſcientia, & pietas de Eadem talia prædicant, ac ſcriptis commendant: quibus produnt, ſeſe animis Ipſam concipere ac intueri 1. nunc vt æternam, ac ſuo quodam modo diuinã: 2. Aliàs vt ante omnia creatam. 3. Rurſus vti Angelicam. 4. Mox iterum vt Propheticam; 5. Deniq; vt in tempore natam, vitã in humanis ſupera homines agentem: 6. Demum ſupra cælos, Cæleſque euectam Deo proximam: Reginam omnium, quæ in cælis, quæ infra cælos ſunt: clementiſſimam, Generis Chriſtiani Matrem: Mediatricem, ac Opitulatricem: rebus noſtris præſentem, à Deo eſſe conſtitutam, ac ideò venerandam, planeque hyperduleuticῶs adorandam. Hic ſenſus, hæc Fides eſt omnis retrò Eccleſiæ Dei.

1. B. V. eſt Aeterna.

1. Contemplati ſunt S. Patres, ac venerati, primùm quidem vt AETERNAM in mente ac prouidentia diuina: idque modo prorſus tam ſingulari præ cęteris creaturis, quàm Ipſa demum nata incomparabilis extitit.

Demonſtrationem iſtorum hic nemo requiret à mè, neque expectabit. Habent tamen & ſuam iſta declarationem eccleſiaſticam, nec omninò non ſcholaſticam quoque: Sat commodam & luculentam. Enimuerò primùm huc iſtud Sapientis interpretantur Doctores nec pauci, nec obſcuri, quo dictum legimus: *ab æterno ordinata ſum, & ex antiquis, antequam terra fieret.* Quæ tametſi de Chriſto præcipuè: ſecundariò tamen & de Matre Chriſti dicuntur. 2. Galatinus ſanè docet, (c) Eiuſmodi verba, quæ ex Prouerbijs, aut Eccleſiaſtico ab Eccleſia in laudem Deiparæ petuntur: ne poſſe quidem diuinæ Sapientiæ æternę omnia tribui: ſed quædam rectius Matri Meſſiæ aptari. 3. S. Epi-

a. *Prou. 8.*

c. *Gal. li. 7. de arcanis Cathol. Veritatis ca. 1.*

S. Epiphanius verò (d) negat diuinis literis consentaneum videri, vt iam dicta Prouerbiorum sententia ad Christum referatur. Atque idem fuit S. Gregorij Nazianzeni (e) & Basilij (f) iudicium. 4. Adeoque probabiliter affirmat Rupertus Tuitiensis, (g) totum Canticorum librum Dei in Sponsam suam Mariam, amores celebrare. Idem & Andreas Cretensis censet. (ff)

Si Ecclesiam prætendas notari: *dico* cum Aponio: (g) *Qui non credit Deum per Ecclesiam facere, quod fecit per Mariam, infelix est. Dico rursus* cum Ruperto: quædam illic eius esse generis; vt ad Ecclesiam, & personam aliam, nisi ad Mariam, vix possint accommodari. Itaque ab ęterno ordinata fuit in mente diuina, vt esset prorsus incomparabilis & eximia. Qualis autem fuit, iamque est, æternùmque erit: talis & in DEO per idæam pręextitit ordinata.

II. Coli etiam ac apprehendi mente VIRGO potest, Vt CREATA ANTE OMNIA: Non id quidem ordine temporis; sed respectus & dignitatis: qua præ cæteris apud Deum præpollebat. Atque hoc sensu istud Salomonis Ecclesia semper vsurpauit, & ad Deiparam retulit; quo ait: (g) *Ab initio, & ANTE SAECVLA creata sum.* Itemq; & illud: (h) *Dominus possedit Me ab INITIO VIARVM suarum, Antequam quicquam faceret à principio.* Per VIAS intelliguntur (i) Creaturæ: per quas, vt per vias, ascendit intellectus ad Creatorē. (k) *Inuisibilia enim Ipsius à creatura mundi per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur; sempiterna quoque eius Virtus, & Diuinitas.* Fuit quidem Christus, quà Homo, is propriè, quem possedit Dominus Creator initio viarum suarum, vt Patri fuerit primus creaturarum: *At* post Christum omninò proximam fuisse Matrem Domini, mihi planè necessè videtur. Adeò pares vtrobiq; causæ militant: licet analogicæ.

d. *Epiphan. Contra Ariomanitas Her. 69.*
e. *Greg. orat 2. de Theol.*
f. *S. Basi. lib. 4. contra Eunom. Vide Marial. Cant. l. 1. ca. 12.*
g. *Rup. lib. 6 de gloria Trinit. cap. 13.*
ff *Andr. De dormitione B. M.*
g. *Apo. in Appendice Comment. ad Cantica*
II. B V. est ante omnia creata.
g. *Eccl. 24.*
h. *Prou 8.*
i *Osorius tom 3. Concione 3. de Concept. B V. M.*
k *Rom 1. 20.*

Nam quòd Christus quidem Caput omniũ sit hominum, rerumq; creatarũ: ac proinde in creationis quoq; dignitate primus extiterit, id tribus ex causis potissimum constat apud D. Thomam: (l)Ex Christi ad Deum Ordine Perfectione in se: Ex Virtute in nos. *Primò*, inquit, *Secundum Propinquitatem ad Deum, gratia eius altior est, & prior; etsi non tempore. Quia omnes alij receperunt gratiam per respectum ad gratiam ipsius: Secũdum illud Rom. 8. Quos præsciuit, hos & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui; Vt sit ipse Primogenitus in multis fratribus. Secundò verò Perfectionem habet, quantum ad plenitudinem omnium gratiarum: secundum illud Ioan. 1. Vidimus eum plenum gratiæ & Veritatis. Tertiò Virtutem habet influendi gratiam in omnia membra Ecclesiæ: Secundum illud Ioan. 1. De plenitudine eius nos omnes accepimus.* Hæ Doctori Angelico sunt causæ, cur Christus Caput sit hominum; & consequenter creaturarum fuerit primus.

l. *S. Thom. p. 3. q. 8. a. 1.*
Christus est Creaturarum primus primariò.

Iam verò Deipara Virgo & ipsa. 1. *Secundum Ordinem* fuit, estque Filio propinquissima. Quippe gratia eius altior erat omnium: Secundum illud: (m) *Multæ filiæ congregauerunt diuitias; tu supergressa es vniuersas.* 2. *Secundum Perfectionem*, corporis animæque donis Illa omnibus erat absolutissima Pandora. Vt docet id diuinitus, instar omnium vnus, B. Albertus Magnus, in libro de laudibus Mariæ Virginis. Ipsa enim erat GRATIA PLENA; quin imò, Dominus cum ea Benedicta in mulieribus. 3. *Secundum Virtutem* denique is Illa Aquæductus erat, estque, de cuius plenitudine accepimus omnes. Per quæ cùm tam similis Mater Virgo fuerit, sitque Filio Christo, quàm quæ simillima; quid est, cur non Ipsam quoque, post Christum omnium Caput, Maternum esse caput omnium dicamus: cùm Mater sit viuentium? Ac proinde cur non, antequam quicquam facere

Et B. V. M. est prima sed secundario.
m. *Prou. 31. 29.*

ret à principio Deus, ab eo fictam mente informatamque Illam, ac creaturarum primam, secundum Christum, fuisse cum SS. Patribus sentiamus, colamus ac prædicemus?

III. Vt ANGELICAM quoque, MARIAM prædicamus ac suspicimus. *1.* Cùm ob beatã omnium charismatum, diuinarumque gratiarum redundantiam; qua VnamDeus præ cunctis ornatã Angelis ac locupletatam, cunctis eandem antecellere voluit, quantum *Sol* stellas panomphæus antestat. Quò de inferius. 2. Tum ob actã in terris vitam Eiusdem Diuæ plusquã Angelicam. 3. Accedit, quòd ab Angelis in Deo *præuisa*; quòd *culta*; quòdque *prædicta* fuit. *I. Præuisa* quidem vnà cum Christo; quando Dei Filium Carnem assumturum ex Virgine Angelo cognouerunt. Vnde, sicut Incarnatio Christi fuit quoddam generale principium, ad quod omnia eorũ officia ordinantur; vt *S.* Thomas loquitur: (l) Cognitio autem de Incarnatione Filij infert secum cognitionem de *Matre* filij: (sunt enim relatitiua:) *I*ta quoque præuisio Matris Dei fuit operum Angelicorum quoddam generale principium secundariò. (m) *Omnes enim sunt administratorij Spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis*: Quorum primus est Christus homo Deus: altera Deipara: dein cæteri vocati ac præordinati.

B. V. quomodo sit Angelica? nimirum. I. Angelorum præuisione.

l. *S. Tho.* 1. p. q. 57. a. 5. ad 1.

m: *Heb.* 1. 14.

2. *Deinde, vt præuisa, sic & culta* cum Christo fuit ab Angelis. De Christo Apostolus: (n) *Cùm introducet Primogenitum, &c. dicit; Et adorent eum omnes angeli Dei.* Atque hoc operum fuit primum angelicorum Qua in adoratione Filij, Matris abesse aut negligi reuerentia non potuit. Alterum Angelorum opus (post cognitam eam humanæ naturæ in CHRISTO exaltationem futuram,) erat; quòd pro ea contra superbos Angelos pugnarint; At cum Filio MATER erat

2. In Angelorum Veneratione.

n. *Heb.* 1. 6.

 exaltan-

exaltanda supra omnes Cœlites, Deo proxima: quare hanc cum Illo in tanti honoris societatem venturam vt præuiderunt, sic & ritè venerati fa-uerunt.

3.In Angelorum prænunciatione.

o.Gen.3.15.

3. Quin & Archangelus Michael, in causa omnium grauissima Dei Vicarius tunc & *Legatus*, venturam prædixit eandem Mulierem, vnà cum Semine eius, & vtriusque inimicitias cum serpente, cuius *Ipsa* caput esset contritura. (o) 4. Verbo, qualis primi Adæ cum Eua consociatio, Deo reuelante, fuit ab Angelis visa; talis & præuisa eodem fuit tempore secundi Adæ cum Maria coniunctio: quanquam hæc felix, infelix illa. Non igitur solũ vt Angelicam *S*ancti Patres eam rectè intuentur, ac venerantur; sed etiam vti Reginam Angelorum, assistentem à dexteris Regis eorundem etiam antè, quàm homo nata esset, & ex eâ CHRISTVS processisset.

IV. B.V. est prophetica.

IV. Præterea ijdem sunt eam vti PROPHETICAM contemplati. Quippe quam Deus in mente sua existentem; in Angelorũ quoq; impressam intellectus & affectus; eandem in Patriarcharum insuper pijs esse votis, inque desiderijs versari voluit; in Prophetarum spiritu viuerè: audiri in voce Vatum; in certis Personis velut *S*pirantem repræsentari ac cerni: adũbrari in Figuris; in Signis, illustri genere ipso singularibus ac plurimis, significari. *I*n quibus omnibus necdum nata, viuebat tamen Deipara summa omnium in expectatione simul & veneratione. *Ecce Virgo concipiet, & pariet Filium*: *Egredietur VIRGO de radice Iesse*; inquiebat *I*saias. (p) Libet breuissimè collecta ponere, quæ admiranda sacræ literę de ea proponunt: Vt eòdem quoque nostræ aduersus eam venerationis oculus subinde respectare queat.

1. Prædicta à Prophetis.
p.*Isa.* 7. & 11.
2. Ostensa in Figuris.
q.*Gen.*6.
r.*Exo.*3.

1. *Præfigurauit eam DEVS* (q) per Arcam Noë, extra quam nulla salus: per (r) Rubum Moysis in-

com-

combustum: per (s) Arcam fœderis: per (t) Virgã Aaronis: per ( ) vellus Gedeonis: per (x) Thronũ Salomonis: per (y) Templum eiusdem: per (z) Portam orientalem clausam: per (a) Montem, de quo lapis abscissus est. Magna hæc & miranda omnia.

s. *Exod.* 25. t. *Num.* 17. u *Iud.* 6. x. 3. *Reg.* 10 y. 2. *Par.* 2. z. *Ezec.* 44 a. *Dan* 1.

2. *Sed & in illustribus fæminarum personis eam Deus repræsentauit*; per (b) Rebeccam *Isaaci*: per (c) Rachaelem Iacob: per (d) Abigail Nabalis: per (e) Abisag intactam à Dauide puellam: per (f) Victricem *Iudith*: per (g) seruatricem Hester. Quibus quid gloriosius?

Repræsentata in fæminis.

b. *Gen.* 14. c. *Gen.* 30. d. 1. *Reg.* 25. e. 3. *Reg* 1. f. *Iudith.* 14. g. *Hest.* 2.

III. *Iam quibus eam Symbolicis nominibus non appellat Deus?* Vocat eam (g) Stellam ex Iacob: (h) Solem ac thalamum: (i) Reginam à dexteris suis: (k) Tabernaculum Altissimi: (l) Terram benedictam: (m) Ciuitatem Dei: (n) Domum Sapientiæ. (o) Mulierem fortem: (p) Totam pulcram: (q) Matrem pulcræ dilectionis: (r) Virginem: (s) Virgam Iesse: (t) Nubem leuem, hoc est (u) Matrem Domini.

Appellata Magnificè

g *Num.* 24 h. *Psal.* 18. i. *Psal.* 44. k. *Psal.* 42. l. *Psal.* 84. m. *Psal.* 86. n. *Prou.* 9. o. *Prou.* 31. p. *Cant.* 4. q. *Eccl.* 24. r. *Isa.* 7. s. *Isa.* 11. t. *Isa.* 19. u *Luc.* 1.

IV. *Res verò quas non in comparationem cum Ea, in Canticis vocat idem DEVS*: Similem esse, agnosciq; vult (x) vino & oleo effuso: Odoribus tabernaculi Cedar, Soli: Viti: Fasciculo: Botro Cypri in vineis: (y) Flori campi, Lilio conuallium, Malo inter ligna syluarum, Cellæ vinariæ, Columbæ in foraminibus petræ, (z) Virgulæ fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris & vniuersi pulueris pigmẽtarij, Filiabus Sion, & Regi Salomoni in die desponsationis suæ, (a) Oculis columbarũ, Capillis caprarum, Fragmini mali punici, Turri Dauid, Monti, Myrrhæ, Libano, Fauo mellis distillanti, Lacti & melli, Odori thuris, Horto concluso, Fonti signato, Paradiso malorum punicorum cũ pomorum fructibus, Fonti hortorum, Puteo aquarum viuentium, Aquiloni & Austro, (b) Fructibus

Comparata honorificè.

x. *Cant.* 1. y. *Cant.* 2. z *Cant.* 3. a. *Cant.* 4.

b. *Cant.* 5.

ctibus pomorum, Comæ palmarum, Columnis marmoreis, Ebori & sapphyris, (c) Cortici mali punici, Reginis & adolescentulis, Auroræ cōsurgenti, Lunæ, Soli, horto nucum, pomis conuallium.

c. *Cant.* 6.

(d) Comparatur Deipara Sapientiæ Altissimi, Lumini orienti in cælis, Nebulæ obtexenti totam terram, Columnæ nubis, Gyro cæli, Profundo abyssi, Cedro libani, Cypresso mōtis Sion, Rosæ in Iericho, Oliuę speciosæ in campis, Platano iuxta aquam in plateis, Cynamomo & Balsamo, Myrrhæ electæ, Storaci & Galbano, Vngulæ & guttæ: alijsque similibus hic innumeris mihi. Vide *Mariale Canisij lib. 1. ca. 2.* & alubi.

d. *Eccle.* 24

Summa omnia in vnam cōconueniūt Mariam.

Quò tandem ista, inquies? Huc, inquam: Vt intelligamus, adeòque ipsis sensibus percipiamus, qualem Deus Diuis, hominibusque venerandam proponat Virginem: qualem S. Patres sint intuiti, ac venerati; qualem nos venerari oporteat. Vt intelligamus, nihil de ea dictum, nihil prædictum, nihil ostensum vnquam fuisse, quod non in vna Salutatione Angelica multò contineatur illustrius, & prædicetur efficacius. Verè Verbum Salutationis Angelicæ abbreuiatum, totius scripturę Compendium; à Sanctissima Trinitate, (quę sola potuit,) excogitatum & concinnatum; ab Angelo annunciatum; nunquam satis laudatum, aut vsurpatum? Sed non id laudet os meum; quia (e) *non est speciosa laus in ore peccatoris.* Dilaudent Sancti id Patres post S. Scripturam. Hic ò quæ, & quanta fundunt istimaria? Huc ego pauxillas ex ijsdem guttulas duntaxat refundam, aut potius aspergam.

e. *Eccl.* 15. 9

CAPVT XII.

QVAE E PLVRIMIS PAVCA SS. Patres de ipsa Salutatione Angelica?

EX trium verbis vna Deiparam Salutandi formula componitur. 1. Archangeli istis. AVE (MARIA) GRATIA PLENA, DOMINVS TECVM: BENEDICTA TV IN MVLIERIBVS. 2. Elisabethæ istis: ET BENEDICTVS FRVCTVS VENTRIS TVI: 3. Ecclesiæ verbis istis: IESVS CHRISTVS. S. MARIA *Mater Dei ora pro nobis peccatoribus, nunc, & in hora mortis nostræ. Amen.*

S. Iacobus Apostolus, & frater Domini, in sua Liturgia, post multam Deiparæ inuocationē, his eam verbis salutat, & orat: (a) *Aue Maria gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui; quia Saluatorem peperisti animarū nostrarum.* Similiter (b) S. Chrysostomus totidem eam verbis, in composito à se Missæ Canone, vsurpandam præscripsit. Quamq; insuper solennem vterque in Sacrificio precandi, & Deiparam inuocandi formulam conceptam ordinarunt obseruandam; eam etsi memoria dignissimam, hic tamen prætereo. (c) Sat est monuisse: Apostolos, vt ad orationem Dominicam; sic & ad Salutationem Angelicam S. Sacrificium Missæ patrare consueuisse. Præter hosce Liturgicam formulam edidit Sanctus Basilius Magnus; huic & ipse quàm religiosissimè eandem inseruit Salutationem.

Aue oratur in Canone Missæ.

a. *S. Iac. in sua Missa.*

b. *S. Chry. in Liturgia sua.*

c. *Canisius in Catechismi Autorit. quæst. 15 & in Marial. lib. 5 ca. 16.*

d. *Idem in Mariali lib. 3. cap. 11.*

Omnis Orientalis Ecclesia tres istas formulas piè recepit, ac multis porrò sęculis in vsu sanctè custodiens, (d) teste Canisio, ad eas Sacris est operata.

Ratio illius instituti.

Cuius instituti sui rationem illi quidem Græci constituebant eam, quæ ad Salutationis Reuerētiam & efficaciam declarandam valet plurimū. Sentiebant enim DEI Verbum Carnem factum fuisse vel in ipsa Salutionis pronuntiaone: vel continuò post eam peractam. Nam ita S. Chrysostomus *in sua Liturgia*; quem Græci sequuntur: *Gabriele dicente tibi, Virgo, AVE: cum voce incarnatus est omnium DEVS in Te sacrosancta Arca.* His S. Petrus Alexandrinus Martyr consonat, ita loquens in Concilio Ephesino (e) *Angelus sacram Virginem eiusmodi oratione salutauit: Aue, gratia plena, Dominus tecum, hoc est; Dei Verbum nunc tecum est.* Sic illi. Quanquam alij rectius sentiant, Deum incorporatum fuisse post expressum MARIAE consensum.

e. *Vide tom. 2. Concil.*

Dignitas Salutationis.
1. à Sancti tate.
2. Ab mysterijs.
f. *Pet. Dam. serm. 1. de Natiuit. B. V.*
3. Ab Autore Deo.
4. Ab eo quòd sit sola.

Declarant tamen Græci illi, proximum dignitatis ac Sanctitatis locum, post ter sanctissima Consecrationis verba, tenere Salutationem Angelicam oportere. Simul docent, quem in modū eādem piè, rectèque vti deceat in Ecclesia; cum grata videlicet memoria summi *beneficij atque mysterij*. Quippe in qua, vt B. Petrus Damianus ait, (f) Incarnatio Dei, Redemtio hominum, & Renouatio mundi contineatur.

Qui eandem quoque *rugitum altißimæ vocis* appellat; eo quòd ipsa sit inuentum Sanctissimæ Trinitatis, & Altissimi vox atque pronunciatum. Addit ibidem, duo esse nunciata orbi verba, qualia in terris nec dicta vnquam, nec dicenda sint: Alterum, *Aue Gratia &c.* Alterū, *In principio erat Verbum.*

Hanc laudem Salutationis singularem Sanctus quoque

quoque vidit Ambrosius, & cum admirante eam ipsamet Virgine admiratus est, dum ita scribit: (g) *Maria Benedictionis nouam formulam mirabatur, quæ nunquam lecta est, nusquam comperta: soli Mariæ hæc Salutatio seruabatur.* Ac multò vetustior (h) Origenes eandem veneratur nouitatem, vt cui similis in omni Scriptura nusquam reperiatur.

g. S. Ambr. in 1. cap. Lucæ.
h. Orig. ho. 6 in Lucam.

Quin & ipsi quoque Archangelo summæ ipsam venerationi fuisse Sophronius, Ierosolymitanus Senior, tradit, (i) Quocirca pari eam cum reuerentia Gabriel ad Mariam pronunciauit. Nec temere (k) Chrysologus annotauit, in hac voce, Aue, non simplex officium Salutationis: sed muneris potius oblationem inesse. Id quod Sophronius disertè scripsit. (l) *Non simplex fateor, vel consueta fuit illa Salutatio: sed omni admiratione digna. Siquidem. 1. Venerationis fuit delatio: 2. Oblatio muneris. 3 famulatus obsequij.* Quia, inquit Laurētius Iustianus, (m) *gratiæ plenitudinem in Maria cælestis Nuncius persensit; salutat illam, tāquam sibi Dominam, honoreque dignissimam, ac à Deo singulariter electam, & dilectam.*

5. A Nuncio.
i. Soph. ser. de Assumpt. Virg.
k Chrysol. serm. 140.
l. Soph. vbi suprà
m. Iust. ser. de B. Virg. Annuncia.

Plures iustæ admirationis, venerationisque causas, quæ tunc in Angelum inciderant, S. Epiphanius expressit, illud *Aue gratia plena*, sæpius ingeminans: (n) ac demum ipsius Salutatæ plusquam angelicam excellētiam ita commendans. *Quid proloquar? Quo pacto prædicabo gloriæ Radicem? Solo enim Deo excepto, cunctis superior existis. Naturâ es formosior ipsis Cherubin ac Seraphin, & omni exercitu Angelico: cui prædicandæ cælestis ac terrena lingua minimè sufficit: imò verò nec Angelorum.* Quarè verè & scitè Andreas Hierosolimitanus: (o) *Decet lætis præconijs ita Reginam salutari, quàm simul Organum lætitiæ & immensi gaudij Genitricem appellar.* Hoc gaudium Angelus Mariæ, hoc gaudium an-

6. Ab excellentia Virginis.
n. S. Epiph. in serm. Encomiastico Virgin. verso per Ioan. Ricum Parisien.
o. S. And. serm de Salut. Ang.

nunciauit vniuerso mundo. Neque verò tum solum, sed & etiamnum idem Angelus eadem Virginem Salutatione in cœlis honorat. Nam quin honoret, quis ambigat? Quin aliud potius, quàm hanc salutationem eidem applaudat, quis se nosse præ se ferat? Quis illi vel affingere audeat vllam acclamationem seu gratiosiorem, seu gloriosiorem, seu lætiorem, seu diuiniorem? Quippe quam Magistro Deo, haustam ex Deo, à Deo promtam condidicit.

7. Quia Angeli eam cōcinunt.

k S. Athan Orat. de sā Hiss. Matris Dei laudib9

Quod nil ea absolutius habeāt. Sitque propria Angelorum.

Nec ipse solus Gabriel; verùm etiam, (si S. Athanasio Magno credimus,) (k) omnes Angelorum Chori ijsdem summi honoris ac gratiæ plenissimis verbis Deiparæ gratulabundi in cœlis acclamant. Quid enim aliud Ipsi diuinius accinerent; quàm hoc præconium ab ipsa Diuinitate inuentum, & dictatum? Atque per illud ita Reginè suæ gaudium ac gloriam concelebrant; vt pene non tam hominum, quàm Angelorum sit proprium, eulogio tali MARIAM collaudaret. Id quod idem Sanctus affirmat Athanasius: Et addit: Tres Angelorum hierarchias non sine magnâ & sono: â voce in verba Gabrielis identidem decantare.

Quod quidem si exemplorum testimonijs illustrare huius loci foret atque propositi; ea vel ex vnius nostri P. Alani reuelationibus, vt alia sileam, repetere satis possem. Sed rationis potius compendium, quàm exemplorū sequar prolixitatem. Nam quia Salutatio ea dicitur Angelica, ipsam quoque etiamnum Angelorum esse oportebit. Quin fuerit; infitiari nemo debet. Quòd esse desierit, nemo docere potest. Vti nec illud, quòd aliâ, quàm diuina illa gratulatione ei applaudant. Sequuntur igitur Angelorum cætus suum illum principem Gabrielem: sequuntur

Imitantiū præconem DEVM,

Deum

Deum in sua diuinæ ad Deiparam gratulationis verba: applaudentesque repetunt encomium in immensum, quod ex immenso Deo promanasse venerantur.

Idem testatur maximus ille Diaconus S. Ephrem, & affirmat, (l) hac Salutatione melos Angelorum contineri, quod Gabriel ille primus acclamans decantauit. Cuius dicti sui geminam quoque rationem adiungit, Nimirum; 1. quòd ea sit vna omnium maximè congrua; & cum Deo, tum Deipara, denique Angelis longè quàm dignissima ode. 2. Adhæc, quòd in ipsa mundi salus quodam modo contineatur, cunctarumque animarum tutela, secundum DEVM, constat.

l. S. Ephræm orat, de laudibus matris Dei. 8. Est aptissima Virgini.

9 Saluberrimaque hominibus.

Quam salutem quia Fideles omnes cum Angelis sibi communem esse volunt; suarumque tutelâ animarum opus inprimis habent: ea propter & mortales vel maximè suis Mariam laudibus cælo lapsis venerentur: Et intelligant etiam, planeq; sibi persuadeāt, vel istius gratiâ allatā in terras ab Angelo salutationem fuisse; vt annunciatam in ea salutem sibi quærant, & cum Deo cooperentur. Vnde sic Damascenus hortatur. (m) *Piorum labia Dei Genitrici Angeli vocem sine intermissione modulantes, cum exultatione clament: Aue gratia plena, Dominus tecum.* Vnde sic Athanasius precatur: (n) *Ad te clamamus, recordare nostri sanctissima virgo, quæ etiam à partu virgo permansisti. Aue gratia plena, Dominus tecum. Beatam te prædicant omnium Angelorum & terrestrium hierarchiæ. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Intercede hera, & Domina, & Regina, & Mater Dei pro nobis.* Vnde sic quoque Augustinus eam supplex obtestatur: (o) *Sancta MARIA, succurre miseris*

Est Fidelibus vsurpando,

m S. Dam. in Cantico ad S. Genetricis Dei Annuntiationem.

n. S. Athã. ser. super Euangeliũ de sanctissima Deipara.

10. Patres eam frequentant.

o. S. Aug. serm. 2. de Annũtia. Domin.

miseris: iuua pusillanimes: refoue flebiles: ora pro populo: interueni pro Clero: intercedere pro deuoto fœmineo sexu: sentiant omnes tuum iuuamen, quicunque celebrant tuam commemorationem.

Quare auro, Cedroque digna est S. Bernardi admonitio talis: (p) *Ne auertas oculos à fulgore huius Sideris, si non vis obrui procellis. Si insurgant venti tentationum, si incurras scopulos tribulationum: respice stellam, VOCA MARIAM. Si iactaris superbiæ vndis, si ambitionis, si detractionis si æmulationis: respice stellam, VOCA MARIAM. Si iracundia, aut auaritia, aut carnis illecebra naniculam concusserit mentis, respice ad MARIAM, MARIAM inuoca. NON RECEDAT AB ORE, NON RECEDAT A CORDE: Et, vt impetres eius orationis suffragium, non deseras conuersationis exemplum. Ipsam sequens non deuias: Ipsam rogans non desperas: Ipsam cogitans non erras. Ipsa tenente non corruis: ipsa protegente non metuis: ipsa Duce non fatigaris: ipsa propitia peruenis: Et sic in temetipso experiris, quàm meritò dictum sit: Et nomen Virginis MARIA.* Hæc S. Bernardus, vt omnia solet, optimè.

p. *S. Bern. hom. 2. super Missus est.*

Addam illi æuo vno inferiorem Innocentium Papam III. ob exquisitam sententiæ doctrinam, quæ talis est. (q) *Illa dicta est Eua: huic dictum est AVE: quia per hanc mutatum est nomen Euæ. AVE, inquit, GRATIA PLENA, DOMINVS TECVM: quasi diceret: Illa fuit plena peccato; sed tu plena gratia. Illa fuit maledicta in mulieribus; sed BENEDICTA TV IN MVLIERIBVS. Fructus ventris illius fuit maledictus Cain: sed BENEDICTVS FRVCTVS VENTRIS TVI IESVS.*] Et sub finem. [*Ipsa est ergo Aurora consurgens, pulcra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt Castrorum acies ordinata* (r) *Luna lucet in nocte, aurora in diluculo, sol in die. Nox autem est culpa, diluculum pœnitentia: dies gratia. Qui ergò iacet in nocte culpæ, respiciat Lunam, deprecetur Mariā,* vt

q. *Innocent. serm. 2. de Assum. B. V.*

1 Est ea salutaris probis & improbis.

r. *Cant. 6.*

vt ipsa per Filium cor eius ad compunctionem illustret. Quis enim de nocte inuocauit eam, & non est exauditus ab ea? Ipsa est mater dilectionis, & Sanctæ spei.(ſ) *Qui verò ad diluculum pœnitentiæ surgit; respiciat Auroram, deprecetur Mariam; vt ipsa per Filium cor eius ad satisfactionem illuminet. Quis enim deuotè inuocauit eam. &c. Quicunque sentit impugnationem ab hostibus vel à Mundo, vel à Carne, vel à Dæmone: respiciat Castrorum Aciem deprecetur Mariam: vt ipsa per Filium mittat auxilium de Sancto, & de Sion tueatur.* Aduerte doctrinam doctissimi Papæ. Docuit Quam, Quâ formulâ, Quid, Quomodo precemur. Salutationem præscribit: Salutatam proponit; ad precandum illud Dominicum, *Dimitte nobis debita*; Et, *Nos à malo libera*, inuitat.

ſ. Eccl. 24.

In quem sensum scribens etiam Fulgentius, ad Salutationis vsum vocat pios; & ait: (t) *Tria mala Euæ à tribus bonis Mariæ probantur exclusa. Nam Euæ dictum est: in doloribus, & in tristitia paries, & ad virum conuersio tua, & ipse dominabitur tui.* En dolor, tristitia, seruitus. *Maria autem è contrario quàm præclarissimis tribus bonis sublimetur ausculta. 1. Salutationis Angelicæ, 2. Benedictionis diuinæ, 3 & plenitudinis gratiæ Sic enim legitur eam salutasse. Aue Maria, gratia plena, Benedicta tu inter mulieres Cùm dixit: Aue: Salutationem illi cœlestem exhibuit. Cùm dixit: Gratia plena: Ostendit ex integro iram exclusam primæ sententiæ, & plenam benedictionis gratiam restitutam. Cum dixit: benedicta tu inter mulieres: Virginitatis eius benedictum fructum expressit: Vt ex ea benedicta dicatur inter mulieres, quæcunque perseuerauit Virgo* Ita Fulgentius. Similiter Cyrillus Hierosolymitanus (u) & Martyr Irenæus (x) Mariam cum Eua comparant, & Salutationem commendant.

t. S. Fulg. serm. de laudibus Mariæ ex partu Saluat.

12. Tria mala pessima corrigit.

u. S Cypr. Cateche. 12. ad Illuminatos.

x. S Iren lib. 5 aduersus hæreses. serm 2. de Annunciat.

Sed quid plura consecter? Mariam venerantur, Salutant, & inuocant S. Patres cùm alij, tum

(y) S.

(y) S. Athanasius Magnus, (z) Gregorius Nazianzenus, (a) Ioannes Chrysostomus, (b) Ephrem Diaconus, (c) Ambrosius Mediolanensis, (d) Augustinus Hipponensis. Quibus (e) Fulgentium, (f) Damascenum, (g) Anselmum (h) Bernardum, multosque alios Ecclesiæ Doctores volumus esse annumeratos. Qui omnes Salutationem Angelicam & ipsi religiosissimè DEO Deiparæque obtulerunt, & cunctis frequentandã impensè commendant?

At quæ omnes cunque scribant de Virginis Almæ laudibus; quibus eam cunque verbis consalutent alijs, quàm ipsius Salutationis Angelicæ; omnes, inquam, verbis scribere aut loqui possunt alijs: *aliud* autem non possunt. *Adeò Salutatio est pauca verbis, alta mysterijs*; vt suprà cap. 7. ex Alano dictum est. Aliud non canit annis plus mille celebris Poeta Sedulius, cùm ita Virginem celebrat.

(i) *Salue Sancta Parens; enixa Puerpera Regem. &c.*
Nec primam similem visa es, nec habere sequentem.

Aliud non prædicat Cyrillus Alexandrinus coram S. Ephesini Concilij Patribus, in templo Deiparæ, quam ita compellat. (k) [Salue Sancta & arcana Trinitas, quæ nos omnes ad hanc Deiparæ celebritatem conuocasti. Salue & Tu quoq; Dei Genitrix: Tu lampas inextingubilis, tu Virginitatis corona, tu rectæ Fidei sceptrum ac norma, tu templum inuiolatum. Tu Virgo & Mater: per te benedicimus, qui venit in nomine Domini, in E-

y. *Atha. in Euang de Sanctißima Deipara.*
z. *Greg: in Tragœd. Christus patiens.*
a. *Chry. in Liturgia, & in Orat. de laudibus Deiparæ.*
b. *Ephr. Orat. 2. ad Missam præparatoria.*
c. *Amb. ser. 18 de Sanctis. Et libr. Medit. cap. 24.*
d. *Aug. s. de laudib. Virg.*
e. *Fulgent. ser. de laudib. Mariæ.*
f. *Da. In carm. de Annunci. Mar.*
g. *Anselm. lib. de Excellentia Virg. caput. 12.*

h. *Ber serm 4. in Assumt.* Virg. & *Rom 2. de* B. Virg.
i. *Sedulius lib. 2. carminum.* k. *Cypr. hom. 6. contra Nestorium dicta.* Mira & vera laus Deiparæ.

in Euangelijs appellatur. &c Salue, per quam & S. Trinitas sanctificatur, & veneranda Crux colitur, & in vniuerso terrarum orbe adoratur. Per te cælum exultat: per te Angeli & Archangeli lætantur: per te dæmones fugantur: per te diabolus tentator è cælo decidit: per te prolapsum plasma in cælum recipitur: per te vniuersa creatura idololatriæ vanitate occupata, ad veritatis cognitionem deducta est: per te sacrum Baptisma, & oleum exultationis obtingunt credentibus: per te vniuerso mundo fundantur Ecclesiæ: per te gentes & infideles ad pœnitentiam adducuntur. Et quid multis morer? Per te Vnigenitus Dei Filius ijs, qui in tenebris & vmbra mortis sedebant, tanquam lux vera resplenduit. Per te Prophetæ futura prædixerunt: per te Apostoli salutem gentibus prædicarunt: per te mortui resuscitantur: per te Reges, Sancta Trinitate Duce, regnant.] Quanta hæc? At num maiora Salutatione Angelica? Alijs eadem verbis, non alia prædicatur. Similia Damascenus (l) *Salue ô Deipara: Tu paradisi claustrum nobis aperuisti; tu aditum nobis ad cælum patefecisti; tu Filio ac Deo familiares nos reddidisti.* Et quæ horum similia ex Patribus collegit Canisius, (m) & ostendit ea ex vnâ promanasse Salutatione, aut certè ad vnam omnia S. Patres retulisse. Verùm quid hodie Nouatores.

l. *Dam. orat. de Dormit. Virg.*

m. *Petrus Can. in Mariali lib. 3. cap. 11.*

C A



CAPVT XII.

SECTARIORVM ADVERSVS Salutatam Virginem obbaubationes cinicæ.

ANtidicomarianitæ de Salutata Virgine quid? hoc est, Lutherani, & Caluiniani: (quos, vti hodie primipilos, erroris causa nomino.) Hi meras elatrant blasphemias, & calumnias: isti aliquas etiam laudes. Colligam huc paucas duntaxat, ordinem vitæ secutus, quã in humanis egit Maria. Vt enim omnis Marianæ laudis, ac vitæ summa breuis in vna Salut. Ang. compendio continetur: ita, quicquid aduersus hanc vnquam hæretica euomuit impietas, id omne eandem petit hostiliter Salutationem. Enimuerò in hac, velut aurora, rutilat Mariæ Sanctissima Conceptio & Natiuitas: splendet, vt luna, puellaris educatio & desponsatio: relucet, vt auricomus sol, votiua eiusdẽ Virginitas, virgineus partus, & materna reuerentia: terribilis est, vt castrorum acies, in plenitudine gratiæ, & cæteris totius vitæ virtutibus. Omnia hæc conuellere ac lacerare furor hæreticus non veretur.

a. Lut. in Postilla de Annunc.
b. *Epiph. serm. de laudib Mariæ: Et alij.*

Ac I. ipsum *Nomen Maria* Lutherus (a) mirè extenuat, vultque Ethymo suo id Hebræis sonare, quod nobis *aquæ guttula situlæ adhærescens, quæ,* inquit, *guttula si mari, aut magno fluuio comparetur, Nihil quicquam est.* At Epiphanius (b) eam interpretatur *Dominam ac Spem: Item Illustratam,* vocatque *Sponsam Trinitatis, & thesaurum dispensationis arcanum.*

II. ORS

II. ORTVS MARIAE Paracelso, medicorum Chimico bono, sed impio Christiano, sic describitur. (c) *Sequitur, Virginem, ex quâ noua Creatura prodijt filiam fuisse Abrahami iuxta promißionẽ: & non ex Adamo, nec ex eius semine.* Et infrà: *Virgo Maria Mater nostra, pura fuit absque carne & sanguine Adæ, & Euæ.* Idem comminiscitur Christum ex Virgine quidem; non autem de Virgine carnem sumsisse. Vt, qui ex vase vinum promeret; is ex vase, non autem de vase accipit. Erasmus fingit (d) de ortu Mariæ & Ioseph, quòd, an eiusdem, aut cuiusnã sit tribus, sub iudicè lis est. Lutherus inquit: (e) *Parentes eius obscurorum catalium, & vilis conditionis erant, priuati & plebæi.* (f) Origenes reprehendit Celsum philosophorum Epicuræum, quòd eam puellam nec fortunatam, nec regiam, adeoque suæ vix viciniæ notã; sed potius exosam fuisse scribat. Plura contra Mariomastyges pro gloriosis Natalibus & fortunis Canisius in Mariali.

III. CONCEPTIONEM EIVS, vt & omnem vitam à peccatis integram extitisse infitiantur. Et Sarcerius quidem quæstionem de immaculata conceptione Mariæ vult *otiosis ventribus esse relinquendam: quia nihil facit ad animarum salutem.* Attamen ait, (ff) *Tutius est credere, communi omnium hominum more conceptam esse. Nam & Christus ex peccatoribus nasci voluit.* Caluinus ait, (g) *De speciali V. Mariæ priuilegio, cùm cæleste diploma protulerint, credemus, quod iactant* Gulielmus Rosiegus (h) Deiparam ita loquentem inducit: *Ipsa in peccatorum sordibus concepta, & in mundum nata sum.* Centuriatores (i) omnem antiquitatem erroris arguunt secus sentientem, acerbèque flagellant. His suffragatur Hieronymus VVeller (k) sese cum Maria improbè conferens in his, quæ ad communem peccati rationem pertinent.

c Para li. 2. ca. 1.

d. Erasm in Annotat. noui Testa.

e. Luth. in Postilla de Annunc. Mariæ.

f. Orig. lib 1. & 2. contra Celsum.

ff. Sar in Postilla de Conce. B. V.

g. Cal. in Antidoto contra Concil. Trident.

h Rod in Orat. contra scholas Iesuitarum.

i. Centuria 11 c. 4 cent. 9. c 16. cẽt. 10 c. 4

k. VVel in Postilla de Annunciat.

At contra discipulos Magister Lutherus sensit prædicat, scribit. (l.) Itemque Erasmus (m.) Vide Canisij Mariale lib. I. cap. 8. Contra eosdem stant Turcæ in Alcorano; Vbi sic Azoara (n) *Nullus nascitur de filijs Adam, quem non tangat Sathan; præter MARIAM & eius Filium.*

IV. NATIVITAS MARIAE nihilo felicior est hæreticis, quàm Conceptio. Lutherus quidem sic pro imperio scepticè: (o) *Assumtionis, & Natiuitatis Mariæ festa planè reijcimus.* Quin (p) *Festa Sanctorum vniuersim aboleantur.* Hui, tolutim baptiza, vir bone. Ecquæ ratio? (q) *Cùm nullo Scripturæ testimonio nitantur.* At alubi quid cantas galle. (r) *Tertium præceptum docet dies festos celebrare: idcircò festa Apostolorum, & B. Virginis obseruari debent.* Iam Centuriatorum theoninam linguam satis exsecat radicitus Canisius lib. I. cap. II. vt & cap. 12. eorundem sarcasmum de trimula in templo oblata, grauiter redarguit: Petrus Martyr, aliàs Vermetius, vitam puellarem Virginis nihil à cæteris puellis hebræis absuisse confingit. (s) At Nouatori omnis obsistit antiquitas, apud dictum Canisium cap. 13.

Atque hæc, tametsi à nostro Salutationis proposito fortassè paulò remotiora, perstringenda tamen erant, ac præmittenda. Nunc ad rem propius. Cùm autem totius Salutationis duo quædam summa capita sint constituenda: Alterum Virginis, quæ salutata est: Alterum CHRISTI qui annunciatus est: cùmque vtrumque sit intuendum nobis piè Salutationem offerentibus, errores quoque erunt de vtroque in medium proferendi. In salutata porrò sunt spectanda tria: Virginitas, & Salutatio, & Maternitas. De singulis porrò singula per capita: hac de Virginitate Mariana.

V. VIRGINITAS MARIAE adstruitur isto I-

saiæ

l. *Lut in Postil. de Concep & de Annunc.*
m. *Era. in Apologia ad libros Alberti Pij.*
n. *Azoara. cap. 75.*
o. *Lut. libro de pijs ceremonijs obseruandis.*
p. *Lut. libro de formula Missæ.*
q. *In Euang de Natiuit. Mariæ.*
r. *In Visitatione Saxonica.*
s. *Pet. in scripto contra Smitthæum & cap. 4. ad Rom.*

Isaiç 7. *Ecce virgo concipiet, & pariet filium.* Iudçi hoc loco nomen *Alma*, vel *Haalmah* improbè volunt intelligi, de puellâ viro cognita Hoc verò Caluinus etiam illis vltrò largitur. Castalion, Caluinistarum interpres biblicus, sic vertit: *Ecce puella prægnans filium pariet.* Oecolampadius ita: *Ecce adolescentula illa prægnans & pariens filium* Erasmus (t) ait. *Si cum contentiosis agatur, quantumuis constet, Alma significare virginem, non tamen euincemus ex his verbis, Virginem fuisse, quæ concepit.* t. *Eras. Annotat. in I. Matt.*

At hic Valentinianizant illi, & Heluidianizāt contra S. Irenæum, qui ait (u) *Non est vera interpretatio hæc.* Contra Tertul. Cyprian. Lact. Iustinum, Eusebium, Basil. Chrysost. Cyrillum: Vnaque cum Ebionitis nomen, Virgo, obliterant: & cum Iuliano Apostata consentiunt, dicente: *Non erat Virgo quæ nupserat & priusquam peperisset, simul vocata est cum marito.* Mentitur iniquitas sibi. u. *Iren. lib. 3. c 24. contra Valētin.*

VI. DESPONSATIO MARIAE CVM Iosepho, quòd ab istis ad carnalem copulam interpretatur, haud magnoperè est admirandum; qui tam certum illud Isaiæ Vaticinium deprauāt. Centuriatores (x) scribunt: *Euangelistæ certò affirmant, Mariam Iosepho in coniugem fuisse desponsatam. Vnde liquidò constat, ita vtrumque fuisse affectū, vt statuto tempore, more aliorum coniugum, voluerint liberos procreare.* Hi secuti sunt Bucerum, qui (y) ex hoc: *inuenta est in vtero habens,* putat colligi vtriusque coniugalem congressum. Petrus Martyr (z) ait, eos more cæterarum Virginum contraxisse, & in copulam consensisse. x *Cent. 1. lib. 2. cap. 10.* y. *Martinus in 1 c. Matt.* z. *Pet. lib. contra Smythaum.*

At omnis veterum Theologia semper docuit, hodieque docet: Sanctam MARIAM verè in matrimonium ratum consensisse; minimè tamen in carnis copulam. Quòd ille consensus in societatem, absolutum constituat matrimonium; vt cuius essentia in eo consistat,

Virginitatem Mariæ cur extenuent hæretici.

Consummationem verò cur Sectarij vrgeant est, vt pij cælibatus in Ecclesia tollant exemplum Mariæ. Exemplo sit Zvvinglius (a) *Quòd Maria*, inquit, *perpetuò mansit Virgo, ne tu trahas temerè in exemplum quod imitari velis; nisi singulari ex reuelatione. Inter omnes mortales hanc vnam elegit* Deus Cur? *Quia, voluit Dominus desponsatam esse suam matrem, ad Coniugij sanctimoniam commendandam. Qua non est alia castitas homini possibilis maior, & Sanctis vtilior.*

a. *Zvving. in Explicat. in c. 1. Mat.*

At horum similes ex Epiphanio (b) Nicolaitas, & Gnosticos porcos epicureos describens S. Hieronymus, ait: (c) *Rarò hæreticus diligit castitatem. Et quicunque amare pudicitiam se simulant, venenato ore mella promittunt. Cæterùm, iuxta Apostolum*: (d) *quæ secretè agunt, turpe est & dicere.* Ac rursus. *Difficile est hæreticum reperire, qui diligat castitatem.*

b. *S. Epiph. hær. 25.*
c. *S. Hier. in cap 7. & 9. Oseæ.*
d. *Ephes. 5.*

Hæreticorum spurca castitas.

Testes sunt æui nostri hircissantes, barbatique capri Prædicantes. Vnus Hetzæus Anabaptista tredecim simul duxit vxores. Bernardinus Ochinus libellis in publicum editis polygamiam docere non erubuit. Eandem commendauit Bucerus, in nobilium coniugijs rescindendis. Caluinianis, & Lutheranis iuxtà est familiare penè, dissoluere matrimonia quoad thorum & tectum, aliasque superinducere. Quin & meritò vni duas subinde permittunt vxores. Sebastianus Flaschius è Lutherano cōcionatore Catholicus factus scribit; (e) *Ministris Euãgelicis* frequens esse abuti ancillis: aut etiã mutuò suas inter se cõiuges permutare. Lutherus audet de sese: (f) *Vt nõ est in meis viribus sitũ, vt vir non sim: tam non est mei iuris vt absq; muliere sim* Quia nam? *Nemo hominum ad Continẽtiam est creatus; sed omnes ad generandam sobolem.* Bellus Ebionita, & Iouinianista Gnosticus Lutherus est, ista & sentiens, & dicens; non docens.

e. *In Confes. de causis mutatæ relig.*

De hoc vide Theologos

VII. VO

in 3. D. Tho. q. 28. a. 4.

VII. VOTVM VIRGINITATIS MARIAE, Eiusdem Salutanti Nuncio data responsio docet: *Virum non cognosco.* Sic Augustinus. (f) *At Centuriatores* sic: (g) *Ineptum est, quod Augustinus, & alij hoc loco affirmant, Mariam castitatis voto obstrictam.* Ratio. *Testatur*, aiunt, *Lucas eam desponsatam fuisse viro; quæ res nequaquam per iocum, aut simulatè fieri potuit* His patrocinatur Caluinus: (h) à quo non solum infirmum, sed & absurdum, ridiculum, reprehensione dignum non leui reputatur, in Maria conceptum perpetuæ Virginitatis votum cõstituere. *Sequitur magistrum Beza:* (i) Petrus Martyr ait (k) *Figmenta sunt infeliciter continentium, qui de voto Virginitatis in Sanctissima Dei Matre comminiscuntur, Sic* & alij similis farinæ.

At contra hoc S. Scriptura, Ecclesia, & S. Patres, qui cũ Apostolis vixerũt, vt Dionysius (l) Martialis, (m) Ignatius (n) Philo, (o) Inque secundo post Christum sæculo, Clemens (p) Tertullianus (q) Origenes (r) Cyprianus, (s) Denique ipsis sui ipsi aduersantur hæretici. Vt Bullingerus; qui affirmat (t) æternam Virginitatem seruandam sibi firmiter proposuisse Mariam: ideoque fidenter dixisse: *Non cognosco.* Et addit: Propositum idem fuisse Iosepho. Quòd tamen illi nuberet, *dedit hoc Consuetudini: dedit autoritati parentum; & tamen Virginitas erat in Votis*; inquit Erasmus, (u) *Nam, Cognosco, animi propositum significat.* Polypus es, Erasme, & vir bilinguis. Distinguis Votum & Propositum; an confundis?

VIII. 1. *MERITVM VIRGINITATIS,* 2. *& in cælis præmium competere Mariæ* negat Lutherus. (x) *Quòd Virginitatem, & aureolas non nisi*

i 3 *nugas,*

f. S. Augu. lib. de S. Virg. ca. 4.
g. Cent. 1. l. 2 cap. 10.
h. Cal. in harmonia Euang. Et in Marborat Luc. 1.
i. In Scholijs in Lucā.
k. Pet. in Compendio historiarum
l. Eccl. Hierarch l. c. 6.
m. Mart. Epist. 2. ad Tolosatas.
n. Igna. Ep. ad Tarsen.
o. Lib. peri ton therateutidon.
p. Cle. lib 2. & 3. Stromatum.
q. Ter. in Exhort. ad Castit.
r. Orig hom. 17. in Num.
s. Cyp. lib de duplici Martyr.

t. *Bulling. in 1. Lucæ.* u. *Erasm. in Conc. Liturgica Virg. Lauret.* x. *Luth. in Postilla de festo S. Io. Bapt. Et in Exagesi. 7. c. 1. ad Cor. Et. lib. de votis monasticis.*

nugas, ac mera Sathanæ mendacia iudicari oporteat. Mali corui malum ouum, & ex ouo par pullus Antonius Coruinus ita cornicatur. (y) *Elisabeth laudat Mariam, tanquam electam filiam Dei, quæ à Deo ingentem gratiam, sine vllo merito, consecuta sit, & propter hanc glorificanda. Et hoc quidem modo Mariam nos quoque honorare, laudare & glorificare possumus.*

y. *Coru. in Postilla de Visit. Mariæ.*
z. *Cent.* 11. *cap.* 4.

Sic Centuriatores censent. (z) Sic Franciscus Lampertus: (a) *Si meritis suis nacta est gratiam: ergo non Christi. proinde nec facta est particeps gratiæ eius.* Sic impietas.

a. *Lamp. in Paraphrasi ad* 1. *Lucæ.*

At contra; I. Omnes Virgines in cælis præmiũ habent peculiare Virginitatis; sic S. Patres, (b) ex S. Scriptura. (c) Quia Virginitas est opus bonum: Sed minimum quodque remuneratur Deus: ergo & Virginitatem: multoque maximè Virginem Virginum Mariam. Deinde Maria meruit fieri mater Dei. Ita S. Patres apud *Canisium libr.* 2. *cap.* 6.

b. *Aug. lib. de S. Virginit. c.* 22. *Greg. parte* 3. *Pastoralis Admonit.* 29. *Sophron ser. de Assumt. B. V. Bern. ho.* 2. *de B. Virg. &c.*
c. *Apoc.* 7. & 14. *Isaiæ* 56 & *Mat.* 19.

3. Atque tametsi Beatæ MARIAE Virginitas perpetua è Verbo scripto solo euidenter doceri nequeat; asserenda tamen est, & prædicanda vel ob solam ECCLESIAE auctoritatem.

Hoc adeò coguntur sectarij nobis dare; vt fateantur, absque traditione Ecclesiæ non potuisse reuinci Heluidianos eadem pertinaciter negantes. Nihilo tamen minus inconstantes Traditionem hi aiunt esse fide tenendam: illi negant. Quin aliquando idem vtrumque asserunt ijdem. Vt Beza Pissiaci coram Rege Virginitatem S. Mariæ recitat inter articulos fidei. At, contra Brentium scribens, negat. Nos verò eam ante partum

partum Virginem fuisse indubitata fide tenemus.

IX. VIRGINEM IN PARTV PERMANSISSE item certi credimus, ac pij veneramur.

Quin cum S. Augustino exclamamus: (d) *Audiat omnis ætas, quod nunquam audiuit; genuit, adorauit.* Quòd mysterium quantum non est? Bene Theophylactus; (e) *Maius est Christum è Virgine nasci; quàm à mortuis resurgere.* Nimirum, illud factum est semel; at mortuos surrexisse, sæpius.

d. S. Augu. ser. de Natiuit. Dom.
e. Theod. in 1. Matth. Et Ambr. libr. de Instit. Virg. cap. 5.

Malè igitur Nouator Brentius: (f) *Mirabilius est, quod Adam creatus est manibus Dei è purâ terrâ, Eua è costâ viri absque peccato; quàm quòd Christus conceptus est de Spiritu Sancto è muliere Virgine quidem, sed ad generationem apta.*

f. Bren. in recognitione doctrinæ suæ.

Quid non excogitat impietas, vt reuerentiam: hæresis, vt fidem maximo imminuat mysterio? *Fide, ô homo, quæ dicuntur, apprehende; & noli ambigere;* Sanctus inquit Chrysostomus (g) *Crede, & anxiè noli perquirere.* Et Sanctus Bernardus, (h) *Indicibile inuenitur, vt nemo assequi possit; sed nec eloqui. Optimam partem elegit sibi MARIA. Priuilegium est,* Tantæ scilicet Virginitatis donum. Præsciuit hoc Isaias: (i) *Ecce,* Virgo *concipiet, & pariet filium:*

Virginitas Deiparæ credi debet doceri euidenter nequit.
g. S. Chry. Hom in Hypapanti Domini.

At modum conceptionis nesciuit. Hic Angelo reseruabatur annunciandus, isque talis: *Spiritus sanctus superueniet.* Consensit Virgo, stimul & concepit *habens virum, nesciens virum, quippe quam sermo Dei maritabat,* vt Sanctus AVGVSTINVS loquitur (k) Hæc fides docet.

h. S. Bern. serm. 4. de Assumt. Virg.
i. Isai. 7.
k. S. Au. se. 9. de Natiu. Domini.

Sed & quædam quasi ratio. Nam Virgini honorem non abstulit, quin attulit Partus is; qui Matri non intulit dolorem. Sic. S. Fulgentius: (l) *Dolores, inquit, Eua per serpentem accepit; per Angelum Maria suscepit honores.* Huius causam B. Petrus Damiani dat istam: (m) *Non secutus est dolor partum, quia non præcessit libido conceptum. Dictum namque fuerat Euæ: In dolore paries: quæ sententia in alijs matribus viguit: in Maria verò modum sui iuris amisit. In mulieribus fixa perstitit; in Virgine præualere non potuit.* Sed & huius quoque causam. S. Fulgentius assignat talem: (n) *Quandoquidem Ille, qui venerat triste lætificare sæculum, Ventris non contristauit hospitium.* Ea propter gratulabundus dicebat Angelus, Aue, hoc est, gaude, *Sic enim ostendit*, inquit Augustinus (n) *ex integro iram exclusam primæ sententiæ; & plenam benedictionis gratiam restitutam.* Quorsum hæc de re certâ, tam multa? Vt, inquā, certius credas; & impensius colas.

Neutrum satis hodierni Iouinianistæ Caluiniani: qui, vt Tertullianus loquitur: (o) *super Mariæ vterum disceptant:* & volunt, (vt S. Augustini verbis vtar, (p) *Virginem pariendo fuisse corruptam:* Vel, vt S. Ambrosij habent verba: (q) *Virginem concepisse; sed non Virginem generasse* aut peperisse. Nam ita Carolus Molinæus. (r) (quanquam hic ante diem suum vltimum ad Ecclesiam redijsse putetur:) Et Bucerus: (g) *Credendum est, quòd Christus naturaliter, ruptis obicibus, locis apertis,* Beza (t) *diuulsis vteri partibus exierit: Vel certè*, hoc vt Martyr ait, (u) *Inter ea, quæ necessariò credi debent, recipiendum non est.* Probat Caluinus & ait: (x) *Sanè non aliâ de causâ Dominus, quoad tempus fugiendi in Ægyptum, pepercit Mariæ; nisi vt, ex puerperio vbi conualuisset, iter posset facere tantò commodius.* Vah!

Non

Docetur tamen catenus.

Infitiantur hæretici.

l. S. Fulg. serm. de laudibus Mariæ ex partu.

m. Damianus.

n. S. Fulg. vbi supra.

n. S. Aug. ser. 2. de Natali Domini.

o. Tert. lib. de Carne Christi.

p. S. Aug li. de hæresib. ad Quod vult Deum.

q S. Ambr. libr. 10. Ep. 80.

r Mol. in Harmonia parte 3

s. Buc. parte 3. Vnioni S. Euangelicæ.

t. Beza cōtra Smidelinū.

u. Petrus in c. 4. ad Ro cōtra Richardū Smythe x. Cal. in c. 2. Mat.

Non hi quidem negant disertè Virginitatem Mariæ; at ea asserunt, cum quibus illa affirmari & consistere nequit. Sicut Caluinus Deum peccati autorem non dicit quidem; (z) dicit tamen ea, ex quibus id necessariò concludi debet. Verùm hi, causæ suæ tuendæ, quid non confingunt? Volunt Mariæ Virginitatem consistere in non cognoscendo virum: in conceptione sine viro: Non autem in effractione vteri per partū. Infandum, quàm hic infelix Beza curiosè scrutetur beatum Ventrem. Proh!

Miseri laborant ne, si clauso editum vtero partum fateantur: diffiteri nequeant: Christi Corpus cum alio corpore in eodem simul esse loco posse: eundem resurrexisse clauso sepulcro: intrasse ianuis clausis: esse realiter sub specie symboli in Eucharistia. Sed mittamus hos detractores Omnipotentiæ Dei, & Virginitatis hostes, collegas Apostatę Iuliani, ita sciscitantis: *Quomodo erat virgo, quæ nupserat? Quomodo pareret DEVM, homo existens?* Sane Erasmus Sarcerius quid simile nonnullos Euangelicos docere scribit, (a) quòd [ex Maria Christus vere natus non est: & per illam decurrit non secus, quàm per canalem aqua.] Quin expresse *Caluinistæ in orthodoxo consensu, pagina* 118. *&* 123 ita definiunt: *Christus verè incarnatus nunquam est; sed tropicè tantum & figuratè. Necessariò in illo Ioannis: Verbum Caro factum est: ad Tropum confugiendum est.*

Iam desine mirari, eos negare ex vtero clauso natum; qui negant, in vtero incarnatum. Nam ita Beza; (b) *Iam tunc Abrahæ sæculo Christi corpus extitit.* Et alius Minister vbi in Anglia ita publicè: (c) *Ex Mariæ sanguinibus, qui prodijsse Christum asseuerant singularem committunt blasphemiam, Deo diuinitatem & Aeternitatem detrahentes.* Nam, vt alios velit Sarcerius ait, (d) *Ex elementis Ipse formatum*

z. Bellarm. t. 3 controu. Generali. 2. li. 2. ca. 2. Et Martinus Becanus disputat: de Deo Caluinistarum.

Infitiationis eorum causa 1. est negata transubstantiatio. *Canisius in Mariali lib. 3. cap. 18.*

2. Est negata Christi vera Incarnatio.

a. Sarc. in Concione de Natali Domini.

b. Beza in Colloquio Mompelgartensi fol. 76

c. Caluino turcismus lib. 2. cap. 2. fol. 141.

d. Erasmus Sar. in Concione de Natali Domini.

matum corpus è cælo in Mariæ vterum detulit. O tempora! ô monstra! Similia cõplura apud Quirinũ Cnoglerum in Symbolo Caluiniano, art. 2.

X. *Virginitas Mariæ post partum* nouis quibusdam Heluidianis hodie fidem ægrè meretur. Exemplo sint tres. 1. Petrus Martyr, (e) qui ait: Nõ esse necessariò recipiendum, quod Maria semper Virgo perseuerarit. 2. Lucas Sternbergerus: qui blaterat: (f) Eam duos, vel etiam tres filios ex marito Iosepho suscepisse 3. Chytræus docet ita: (g) *Non læditur Christiana pietas, si Virginem Mariam post partum mariti consuetudinem admisisse credamus.*

At Christiana pietas, fidesque constans tenet; MARIAM suum illud, de non agnoscendo viro, Votum nunquam violasse; proindeque Virginem permansisse. Vnde *potior Virginum, quàm vxorum est conditio*: vt benè infert S. Ambrosius (h) ex S. Cypriano. (i) *Quòd illæ cum Maria ærumnis careant, quibus ex Dei lege mulieres astringuntur*: quodque partem optimam elegit MARIA, ab ea nunquam auferendam.

XI. *An Maria sit Christipara?* Negant Anabaptistæ, autore Mennone Simonis; (k) & pertendunt, ex Dei patris semine, non ex Maria, humanam Christi naturam sumtam descendisse. Suenckfeldius (l) carnem Christi non creaturalem; sed supernaturalem, spiritualem ac diuinam somniauit. Seruetus (m) eam ex substantia DEI genitam finxit.

Hisce ego hoc tantum: quod eorum maiores sint Archihæretici Cerdo, Marcion, Ebion, Appelles, Manichei, &c. cum quibus negant Mariam esse Christi Matrem. De hisce *Canisius in Mariali lib. 3. cap. 14 15. 16* Idem cap. 17. Nestorianos refutat, *Ipsam quoque Deiparam esse* negantes. Quibus accenset c. 18. Sacramentarios Lutheranos quosdam,

e. *Mart. in c. 4. ad Ro.*

f. *Canisius in Mariali li. 2. cap. 10.*

g. *Chyt. in c. 1. Matth.*

h. *S. Amb. libr 1. de Virginit.*

i. *S Cyp lib. de disciplina & habitu Virginũ.*

k. *Vide Colloquium VVismariense.*

l. *VVittenbergenses de persona Christi Bellarm. tom. 1*

m. *Caluinus de rebus ad Seruetum pertinentib.*

am, at Caluinianos, Christi realē in Eucharistia
præsentiam oppugnantes. *Nihil* igitur, clamat La-
timerus in Anglia, (n) *nihil ex eo, quod Christum pe-
perit, Mariæ dignitatis accessit; Fuit enim Sacculo croci
vel auri pleno similis, qui oppletus magni pēdatur; deple-
tus nihili fiat.* Idem (o) olim impius Imperator Cō-
stantinus Copronymus; qui & lege cauit, ne Dei-
para appellaretur, At viuus luit vindice Deo igne
æstuans interno, atque desperans. De eo Canisius
pluribus, & Cæsar Baronius. (p) Ista, aliaque talia
in Salutatam Deiparam hæretica impietas. De
ipsa verò Salutatione qualia? Varia isti; & nunc
calida, nunc frigida. Nos, ex hisce pauca in exem-
plum recitabimus: vt noster in Salutatione
Marianus cultus, per atras istas errorum nubes
emicet illustrior, ac in nobis perglıscat arden-
tior.

n. *Caluino-turcismus lib. 3. ca. 13.*
o. *Manasses in Annalib⁹ pag. 114.*
p. *Cæs. Bar. Annal t. 9. anno 775. Et Canisius in Mariali li. 5. cap. 17.*

At inquies, nimium isthæc procul ad sunt pro-
posito; procul Rosario, Rosarij Fraternitate pro-
cul. Atqui si æuum attendas nostrum hoc; si
Fraternitatem nosti; si vim precum ad Rosa-
rium obseruasti: iam prope nimis, nimiumque
heu! prope absunt istis illa nostris.

Hæretica orthodoxæ hic intermisceo do-
ctrinæ placita; eademque refello: Quia
primùm Prædicatorum Ordinis genuinum
est ac proprium hæresin eradicare, extirpare,
efibrare: Ecclesiæ Veritatem plantare, pro-
pagare, corroborare. *Deinde* Ordinis germana
Compar Fraternitas peculiare habet ac solem-
ne, Ordinem Confratrem ad istum conatum suū
precibus adiutare, & stare pro Domo Dei. *Deniq;*
vtriusque quà Ordinis, quà Fraternitatis mediū
est ac instrumentum Rosarium; quo vtitur ad suū
illud tenendum propositum, & finem obtinen-
dum.

Cur Autor tam multa de hæreticis.

Iā verò cū Ordinis vna sit functioni præcipua,
Rosarium;

Modus prædicandi Rosariũ.

Rosarium ; Fraternitatemque prædicare : prædicet necesse est, ac doceat horum amborum Institutum, Vsum, Vim efficaciamque aduersus hæreses pro Ecclesia quam in se habent, semperque habuerunt. Quare mihi quoq; de ijs scribenti viam præire prædicaturis quodam modo necesse videbatur. Simul vt omnes intelligant, planèque videant; minimè ieiunum esse vel angustum, non sterile, non humile de Rosario, deque Fraternitate prædicandi genus & argumentum.

Rosarium Fraternitatis sunt vngues vlceri hæretico.

Iam docui, luceque palam demonstraui totis penè libris duobus de Ortu, Progressu, Statuque Fraternitatis, hanc hęresum esse expultricẽ. Sic historiæ loquuntur: sic Scriptorum monumẽta testantur: sic Pontificum Maximorum oracula produnt; Bullæ consignant; Indulgentiæ sonant: priuilegia significant. Exemplum ex vno cape: Plenaria fit Indulgentiæ concessio? Continuò simul poscitur oratio. At pro qua causa? Iam audio: *Pro hæresũm extirpatione, & Ecclesiæ exaltatione.* Quæ igitur duo hæc in Ordinis, in Fraternitatis, in Rosarij Instituto, in Pontificum oraculo, in Bullarum exemplo semper esse coniuncta reperiuntur: seiuncta à me stylo persequi ac pertractari non debuerunt. Quam obrem instituum teneo, doceoque, quemadmodum ijsdẽ in rebus & nostra Coronariorum Rosarijque versetur ac proficiat pietas: hæreticorum autem ringatur & deficiat impietas. Ergò

Hinc Autori cõstat ratio instituti.

Mors Cacodoxorum VIRGO, mea Vita, faueto.
Optatique Tui sinuent mea carbasa Venti.
Nam Tua Res agitur: Maledicitur ore nefando
E Cœlo Tibi dicta SALVS. Da, vindice Eâdem.

Psal

ſallamus læti conſtanter: AVETO MARIA,
ratia Te replet: Dominus Tecum: Benedicta
u inter mulieres: benedictus Fructus IESVS.
ancta Maria, DEVM pro peccatoribus ora
unc, & ſuprema miſerorum mortis in hora, Amen.

CAPVT XIV.

ECTARIORVM DE SALVTATIONE *Angelica criſes & theonini dentes.*

PRincipiò dilaudant eam Lutherani nonnulli, vſurpandamque commendant. Ioannes pangebergius iſta: (a) *Hæc eſt Salutatio, qua S. rinitas Virginem Mariam dignata eſt alloqui; ideò & os non detrectemus eam eiuſdem verbis ſalutare. Ipa canit: Ecce ex hoc beatam me prædicabunt omnes enerationes. Si hæc verba ſunt implenda; neceſſè eſt rofecto eſſe homines, qui eam laudibus vehant ac orent. Elizabetha incepit, Luc. 1. dicens: Beata, quæ credidiſti: ſimiliter & mulier Luc. 11. Beatus venter, qui te portauit. Qui eam nunc beatam prædicabunt? Iudæi Turcæ, Gentes, hypocritæ, & pſeudochriſtiani procul dubio non faciunt: ſed ſumma ignominia & blaſphemia eam afficiunt. Proinde noſtri erit officij, qui Chriſti Euangelium profitemur. Quare peruerſe agunt, qui præ nimia Sapientia & ſanctimonia, ferre non poſſunt, vt hæc Salutatio recitetur.*

a. *Spang. in Poſtilla de feſto Annunciat.*

Lutherani commendant Salut. Ang.

Fidelium eſt ea vti.

Deinde obijcit ſibi, quod à Caluino, Bullingero, Luthero, & his ſimilibus Eccleſiæ obijcitur: *Verùm eſt,* inquit, *non eſſe orationem; nihil enim in illa*

Eſt oratio.

in illa precamur. Sed est Salutatio, qua S. Trinitas Mariam salutari voluit. Si ergo placuit S. Triadi, cur non itidem nobis placeat?

Postea mouet hanc quæstionem: Num hac Salutatione piè vti liceat? Respondet protinus: *Trifariam Salutatione vti licebit. Primùm, inde discimus initium nostræ salutis & redemtionis. Secundò, videmus quantam gratiam Mariæ Deus largitus sit. Tertiò, tam gratuitis Dei beneficijs in operibus accendimur, & adducimur ad orandum* Deum, *vt & nobis vel scintillam diuinæ impertiat gratiæ. O dictum bene; vt non viri boni!*

Quo fine vtendum Salutatione.

Colligamus totum istud in capita: 1. Vult ab omnibus credi, sic visum S. Triadi, sic Euangelij professioni congruere, vt Salutatio Angelica recitetur in Ecclesia. Id quod cum factitamus 2. vult Mariæ vaticinium impleri. 3. Euangelicam veritatem corroborari; 4. Salutis & redemtionis nostræ primordia recoli; 5. Mariæ dona cognosci; 6. animum ad orationem & gratitudinem excitari & accendi: 7. Nostri esse officij Virginem Salutare: 8. Denique hoc qui ferre nequeant, esse pseudochristianos. Ita censet vel ipse Ecclesiæ hostis Spangenbergius.

Nec solus. Consentit maior ipso Nouator Brentius. Hocque amplius: vt non commendet solum, sed & repetendam sæpius esse cēseat hanc Salutionem. Ipsius hæc sunt verba: (b) *Si absit superstitio, & impia opinio, non solum licebit; verùm etiam valde vtile est, hanc salutandi formam SAEPE RECENSERE.* Sic hæreticus: At archihæreticus Lutherus postquam in Catholicum Salutationis vsum debacchatus fuisset, dupliciter tamen eam tractari posse ita tradit: (c) *Primùm quidem, vt eam tanquam piam aliquam meditationem accipiamus: in qua donorum, quæ à DEO accepit Maria, fiat enumeratio, Deinde verò, vt CEV VOTVM*

b. *Brent. ho. 6 in 2. c. Lucæ.*

Et sæpè vtendum eadem.

c. *Luth. in Explicat. Salut. Ang.*

Atque etiā orandam esse.

ADDA-

DAMVS ET PRECEMVR; *omnes vt* *ant, & cognoscant, Eam talem esse, qualis hic præ-* *tur.* Hem; ad duo vult eam seruire nobis o- tere : *ad meditationem , & ad precationem.* cipio , proboque dictum ; autorem repro-

Quid Vrbanus Rhegius? (quem discipulum m Lutherus demortuum adeò Sanctorum alogo adscripsit.) Is in minore Catechismo (d) hoc Zytima ponit: *Cur Christiani hanc Salu-* *ionem Ang. quotidie recitant?* Respondet: *Ad re-* *iandam assiduè memoriam maximi illius mysterij,* *od Deus homo factus est: & quod promissiones A-* *bræ & Patribus factæ, exhibitæ sunt. Beatissima e-* *n Virgo Maria filia est Abrahæ & Dauidis. Quoties* *lutationem Repetis Angelicam, gratias agito ex to-* *corde misericordi & veraci DEO, qui sic dilexit* *s, vt filium suum Vnigenitum miserit in hunc mun-* *um, vt homo factus homines ab omni malo liberaret.* a Rhegius. Non secus eiusdem condiscipu- is Ioannes Conradus Vlmerus, (e) hac *lutatione compendium Euangelij , & redem-* *onis nostræ exordium contineri* apertè testa- ur.

d. *Edito, anno* 1540.

Ac indies sæpius repetendam.

e. *Vlm. in Enchiridio postorali.*

Sed qui ab hisce Lutheranæ Sectę antesigna iis prodierunt, infeliciter illi hac in pietate pro- gressum fecerunt; vt animis auribusque hanc espuant Salutationem, ac penè tantum non dirè xecrentur.

Hæretici Salutationem & Salutatores Mariæ flagellant calumniosè.

Ac primùm Brentius manifestis nos onerat calumnijs, dum scribit : (f) I. Hanc Salutationem à nobis vsurpari ad expianda peccata. Respondeo, Non aliter, atque ad idipsum Orationem Dominicam vsurpamus: de qua ita S. Augustinus: (g) *Delet omninò hæc oratio minima & quotidiana peccata. Delet & illa, à quibus vita fidelium* *scele-*

f. *Brent. ho. 6 in Lucam*

g. *S. Aug. in Enchiridio. cap. 70. tom 3.*

ſceleratè etiam geſta, ſed pænitendo in melius mutata, diſcedit.

Peccata vt expientur Salutatione Angelica?

2. Calumniatur, Salutationem quorundam opione tantum valere, quantum valet ipſa Paſſio D.N. *Ieſu* Chriſti: 3. Toties illam repeti, vt præ ea nullus penè locus Dominicæ precationi relictus fuerit. 4. A nobis exiſtimari, eam perituram eſſe ciuitatem, in qua non quotidie ea pulſu ſuo commendetur. *Reſpondeo*, dici hęc ab impudenti *S*ycophanta; ſed probari non poſſe vnquam ſic docuiſſe vllum aut ſenſiſſe orthodoxum. Non igitur noſtra pietas, ſed ſua ipſum ſcandalizat impietas, & calumniandi libido. Verùm [bonæ res neminem ſcandalizant, niſi malam mẽtem,] vt Tertullianus (h) dixit. Reſponſio hæc mea generatim hic data, ſequentibus docebitur *S*ingulatim.

h. *Tert. lib. de velandis Virgin.*

II. VVigandus Lutheranus, & *I*acobus *A*ndreas Smidel (i) mandatum diuinum à nobis exigunt, quo probemus, ad *S*alutandam Mariam omnes impelli. Nimirum ſic libet iſtis: Vt Eccleſiæ vel conſuetudini traditæ, vel autoritati nihil tribuant. Ergo deſipuit ipſis *S*. Auguſtinus, quando ſcripſit (k) *in re dubia ad Fidei certitudinem valere Eccleſiæ autoritatem.* Delirauit idem hanc legem tradens: *Multa ſunt facienda non iubente lege, ſed libera charitate. Et ea ſunt in noſtris officijs gratiora, quæ, cùm liceret nobis etiam non impendere; tamen cauſa dilectionis impendimus.*

i. *VVig. ſ. 10 cir. Catechiſmum.*

De mandato Salutandi *Ma*riam.

k *S. Aug. Contra Manichæos lib. de adulterinis Coniug. cap 14.*

III. Stephanus de Maleſcot, è Sacramentarijs vnus, *in noua ſua Cathecheſi*, nouum confingit morem *S*alutandæ Virginis, quem priſcis quondam Orthodoxis vſitatum fuiſſe fabulatur. Hunc ita obſeruatum videri vult, vt eſſet Euangelij quædã lectio, ex qua populus veram fidem de Mariæ Virginitate, & Chriſti incarnatione confirmare admoneretur: idque eo præſertim tempore cœptum,

Vanerari Mariam an ſit eam tantum imitari?

tum, quo hæc ipsa fides ab Manichæis, aliisque hæreticis non leuiter oppugnabatur.

At hoc solus dicit: & ex nullo docet: nec vnum potest vir mendax docere. Rectè quidem sensit nobiscum, moribus imitādam esse Virginem Mariam: at hoc illi negamus, Venerationem Virginis esse solam eiusdem imitationem. gat hoc omnis Patrū antiquitas apud Canisiū. Vnde nec Erasmus fateri dubitat: (m) *Sacræ Virginis cultum quatuor in rebus potissimum consistere: in laudibus: in honoribus: in inuocatione: & in imitatione.*

Canisius in Mariali lib. 3. cap. 11.

m. In concione, quam adiunxit Liturgiæ Lauret.

V. Caluinus in cælum os ponit, audet & blasphemat, dicens: (n) [Hanc Salutationem à Papistis quasi magico exorcismo in preculam versi.] Ergone S. Euangelij verba quasi magicus exorcismus erunt? Quid superest aliud, nisi vt ex Angelo Gabriele idololatram, aut magum faciat? Iam profectò pius est præ Caluino Lutheranus ille Ioannes Agricola; qui libidinosum procum facit, & amasium Angelum, dum ita scribit. (o) *Ingressus cubiculum puellæ Gabriel, adolescentis forma amatorium quiddam & nuptiale orditur, virginem, vt apparet, pellecturus ad concubitum. Aue inquit, gratiosa, cuius conuictum & consuetudinem plerique omnes ambiunt:* subdit Porrò: *Meditetur apud animum suum, qui volet, pia curiositate, quid sit videre comtulum Adolescentem solum cum puella, clauso cubilis ostio, dulciter alloquentem Virginem, quam se ambire nihil obscurè & gestu, & oratione declarat.*

n. De Annunciat in Lucā, apud Canisium.

Ex Aue, an quasi magicum exorcismum faciamus:

o. In annotat. ad 1. ca. Lucæ.

Prô pudor! tam obscænos Verbi ministros tam scurriliter in diuinis literis versari? Quis non dicat talibus: (p) *Vade retrò me Satana? non enim sapis, quæ sunt Dei*, quæ Deiparæ, quæ Angeli. Sceleratè hæc Agricola; sed blasphemè istud Caluinus. Num quid magicum inest in Salutatione? aut in Salutatore Angelo? Si nihil: ecquid

est, quod eadem in nostro ore, vsu, vel intentione efficere quasi magicum aliquid possit? An quod *eam in preculam vertimus?*

Salutatio Verbis nō est precatio.

At primum, si de verbis Gabrielis & Elisabethæ loquamur solis, non ea rigidè precationem; Sed *Salutationē* appellamus Catholici. His enim *gratiarum actio*, continetur, qua summè laudatur DEVS in donis suis, quibus *Deiparam* cumulauit. Quam quidem ALMAE Virgini felicitatem læti ac pij cum DEO, cumque Angelo gratulamur.

Ea tamen est gratiarum actio, hoc est, pars orationis. Idque docetur Exemplis. 1. Angelorum.

Deinde, cum *Salutatio* ea sit quædam gratiarum actio; hæc autem quædam sit pars Orationis Christianæ: quid est, cur *Salutatio* non etiam rectè quædam oratio dici possit? Est, omninò gratiarum actio, quædam oratio. 1. Etenim in cælis quin DEVM orent Angeli, dubium esse nemini debet: Neque tamen sibi quicquam vel mali deprecantur; vt qui infinito gaudeant Bono; proinde malum sibi nec metuere queant. Quare dum orant Deum, actis gratijs eum collaudant. In huius diuini cultus partem cum Angelis & nos homines venimus; quando grata *Salutationis* repetitione, diuina beneficia Virgini, generique humano præstita recolimus, & ea retrò ad fontem Deum refundimus. Iam, cum gratia gratiam pariat, quantùm ingratitudo fontem diuinæ bonitatis obstruit; tantùm laxat & effusionem in nos cum deriuat gratitudo. Cùm igitur in *Salutatione* gratias pro donis agimus; gratiam sanè meremur ampliorem, haud secus, ac si petitionem fecissemus.

2. Ecclesiæ. p. *Ephes.* 5. 10. q. *Act.* 16. 25. 3. Exēplis S. Scripturæ.

2. Ecclesia ipsa dum hymnis & Canticis Spiritualibus vacat, vt Apostolus fieri monet, (p) orare dicitur. 3. Sic Lucas (q) Paulum & Silam orasse scribit, vti ipse Erasmus vertit; dum προσευχόμενοι ὕμνουν, in hymnis Deum per

noctem

noctem laudauerunt. Sic par illud nobile sororum hoc tantem Domino: (r) *Ecce, quem amas, infirmatur.* Magna hîc virtute continetur petitio; at in verbis nulla. Sic leprosus orabat, quando solam Domini potentiam commemorabat dicens: (s) *Domine, si vis, potes me mundare.* r. *Ioan*, 11, 3. s. *Matth.* 8. & 9.

4. Sic rei, cùm supplices accidunt iudici; aut mendici, cum vel muti in publicum prodeunt, suamq; oculis præsefcrunt, oculisque subijciunt miseriam; tum sanè vel oris habitu solo, licet non voce, satis precantur. Ita & nos, dum supplices gratias agimus, tunc petimus gratiam. 4. Exemplis vulgaribus.

5. Quid, quòd Caluinus ipse docet, (t) orationis duas esse partes, Petitionem, & Gratiarum actionem? Est ergo Salutatio pars orationis; cum ipsa sit gratiarum actiò. Sed & animum ad petitionem beneficiorum illorum excitamus, quorum gratam commemorationem in Salutatione, gratiarum actione, celebramus. 5. Doctrina Caluini. t. *Cal. in Instit. c.* 16. *de orat.* 6.

6. Denique, istis Angeli, & Elisabethæ verbis Euangelicis Ecclesia, (quę & ipsa Spiritum Dei habet,) annexuit ritè precandi formulā simplicem, & rectam, salutarem bonis omnibus, cunctisque hæreticis irrefutabilem: quæ Salutationem non finit esse gratulationem meram; sed in piam quoque vertit preculam; absque vllo magico exorcismo. 6. Quia annexa est formatis precula.

V. Porrò sic Caluinus: (u) *Præterquam quòd sola gratulatio hic habetur; temerè sibi alienum officium vsurpant papistæ*, vt ait, *quod Deus non nisi Angelo iniunxit: bis autem stulta æmulatio, quòd absentem salutant.* Duo vir bonus obiectat. Alienum inuadi officium: Et absentem salutari. Prius quoque & VVigandus Lutheranus nobis exprobrat; vultque Gabrielis factum esse u. *Cal. in Harmonia Euangel.*

 singu-

ſingulare in Virgine ſalutanda; ac eius exemplũ ad alios non pertinere.

Nobis licet imitari Salutantẽ Angelum contrà, quàm Nouatores volunt.

Sed vterq; dicũt;& nõ docẽt. Eſto, dixiſſe ſit docuiſſe: At ſi omne, ꝙ à Chriſto, ſeu Angelis, aut alijs Sanctis factum in ſacra pagina traditur, ſit ipſis ſingulare fuiſſe cenſendum; iam iniquè nimis in arctum cogitur omnis, & deprauatur Scriptura; in qua (x) *quæ ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſunt ſcripta.*

x. *Ro.15.4.*
y. *Ro.2.3.*

Scilicet vt ſimus non auditores tantum, ſed etiam factores, & imitatores. (y) At verò qui eſſe poſſumus factores tales, ſi facta omnia ſingularia, ac proinde nobis minimè vſurpanda cenſebuntur? Sin autem non omne factum in S. Scriptura factoribus ſui ſingulare ſit; cur hoc Salutationis Angelicæ, Angelo ſoli tribuetur vt ſingulare? Canimus cum Angelis, *Gloria in excelſis Deo:* cur non cum Angelo ſalutemus Mariam? Salutabat Angelus triturantem Gedeonem, dicens: (z) *Dominus tecum.* Affamur & nos operantes ſalute dictâ, *Dominus tecum,* ſeu, vt in vernacula, Gott helff dir. Officioſam hanc imitari ſalutationem fas erit; & religioſa illa Deiparam angelicis verbis conſalutandi pietas nefanda eſſe ducetur? Raphael Tobiæ dixit: (a) *Gaudium tibi ſit ſemper. Pax tibi:* Num idcircò idem nobis vſurpare nefas eſt? At ſi licet imitari Raphaelem officioſè; cur non & Gabrielem religioſè? Similium plena exemplorum omnis eſt Scriptura. Quid igitur? Nefas erit veras dicere laudes Almæ Virgini, iam non ſolum gratiâ; ſed & gloriâ pleniſſimæ? Nec inter mulieres tantùm, ſed etiam ſupra Cælites omnes benedictæ? Eſt omninò cum Angelo benedicenda & Salutanda à nobis, per quam ad nos omnis peruenit Salus & benedictio. Commune habemus cum Angelis tam Deiparam, quàm Deum laudandi officium & obſequium,

z. *Iud. 6.12*

a. *Tob.1. & 12.*

velut

ut ex S. Ephrem, Athanasio, alijsque Sanctis ribus superius ostendimus. (b) Facessat igitur riæ laudis inuidus Caluinus, ac doceat, doceri od nunquā potest, à Deo munus illud Salutādi i iniunctum angelo sic fuisse, vt nemini id re- ere concedatur. b. *capite* 12.

1. Alterum, quod cauillatur Caluinus, est: ia *absentem salutamus*. At præsentem colimus, si in cælis illa existat. Nostris illa rebus interest, sæpe prę est; non minus ac Angeli: imò magis; Regina Angelorum. De Angelis testatur Aug. (c) *Sancti Angeli*, inquit, *sicut habent permanendi æ- ternitatem, ita cognoscendi facilitatem, & requiescendi licitatem. Sine difficultate quippe nos adiuuant, quo- iam spiritualibus motibus puris & liberis non labo- ant*. Ac alubi rursus: *Grandis est eis cura de nobis: magnus est affectus dilectionis erga nos*. Id quod cribens in psalmos pluribus & ipse (d) & S. Hi- arius (e) comprobant.

An absentem salutemus.

c. *S. Aug. li.* 11. *de Ciuit. Dei cap.* 31. *Et in Soliloquijs c.* 27

Angeli adsunt nobis.

d. *Aug. in psal.* 61.

e. *S. Hil. in psal.* 29.

Quantò magis Beatissima Virgo Mater omnium adesse vult, & potest omnibus? Id præter alios, S. Germanus Constantinopolitanus istis testatur: (f) *Spiritus tuus, ô MARIA, viuit in æternum, & caro tua in sepulcro corruptionem non sustinuit: omnia obseruas, ac contueris, & inspectio tua ad omnes se porrigit. Quamuis autem oculi nostri impediti detineātur, ne te videre queant; tu tamē, Sanctissima Virgo, dignis te ipsam patefacis, ac facilè manifestando insinuas. Caro enim tua Spiritus tui virtutem & efficacitatem nihil quicqnam remoratur*.

Ergo & S. Maria.

f *S. Germ. serm.* 11 *de Assumpt. B. V.*

Pulcrè quoque ille apud S. Bernardum ita scribit: (g) *Oportet vt nobis præsentem esse dicamus, quam præsentem salutamus: & vt totam animæ nostræ trinitatem in eam dirigamus, quam tam deuotissimis precibus exoramus. Agnoscit certè; & diligit diligentes*

g. *Autor serm.* 1. *Tractatus super Salue Regina*.

diligentes se, & propè est in veritate inuocantibus se: præsertim his, quos videt tibi conformes factos in castitate, & humilitate.

Obgannitio hæretica.

h. *Rodin. oratione contra Scholas Iesuit.*

Huic quam dissimilia effundit impius Lutheranus Guilielmus Rodingus, (h) dum sic ipsam loquentem inducit: *Desine me salutare, & salutando venerari: desine Sanctos & vita defunctos adorare. Istam tuam Salutationem, tuásque preces execramur. Tu vbi terrarum sis, quid agas, viuas denique an mortuus sis neque scimus, neque curamus; tantum abest, vt te precantem exaudiamus.* Ita Rodingi impietas.

1 At Saxonica Confessio docet ipsa, ex colloquio Moysis & Heliæ cum Christo, Beatos in cœlo curare Ecclesiam, ac orare pro ipsa. Vtpote cui & adsunt: & bene, esse volunt: & benignè faciunt. Quantò magis Beatorum beatissima Maria?

i. *S. Hiero. lib. aduersus Vigilantiũ.*

2. *Si Agnus vbique*: vt verbis S. Hieronymi (i) ratiociner: *ergo & qui cum Agno sunt, vbique esse credendi sunt.* Ac rursus idem.

3. *Cumque dæmones toto vagentur in orbe, & nimia celeritate præsentes vbique sint: &c. Non Martyres poterunt?* Quãtò magis Regina Martyrũ Maria?

k. *Euch. l. 4 in libr. Reg. cap. 20.*

4. Huic addo Eucherij (k) Achillem. *Helisæus*, inquit, *puerum suum absens corpore videt accipientem munera: quantò magis in illo corpore spirituali videbunt Sancti omnia?* Et verò quantò magis Sanctissima Maria? Quare voce hac, *Martyr*, in illã, *Maria*, mutata, dicam cum S. Maximo. (l) *Non clauditur locis, quod diffunditur meritis. Inuocasti vbique MARIAM: vbique te exaudit Ille, qui honoratur in MARIA. Moderante itaque eo, qui pensat vota tua, & dispensat munera sua, in tantum vicina præsentia efficacis præbebitur Aduocatæ: in quantum fuerit fides deuota suscepta.* Præsentem igitur salutamus MARIAM.

l. *S. Max. serm de SS. Nazario & Celso.*

VII. Geor-

III. Georgius Aemilius, non infimus Lu-
ri assecla, hæc Angeli verba, velut ad exci-
dam Virginis attentionem, & fidem dicta, ie-
è detorquet (m) Quasi studiosè caueat, ne ad
ARIAE dignitatem illa, quæ possunt & de-
nt, legitimè referantur. Delirat, item Eras-
is, Summam huius Salutationis in eo
tuens, (n) quòd MARIA sine meritis su-
n tantam gratiam, adque tantum opus susce-
ũ esse nuncietur. Marbachius quoque, eius-
m furfuris homo, vult non aliter Angelum
c salutantem intelligi; quàm qui voluerit, mo-
hominum consueto, in primo illam congressu
lutare, eique salutando fausta precari. Vnde
ocem, AVE, sic germanicè vertit; (o) Frewe
ich/vnd sey gutter ding: hoc est: Eia lætare, te-
que iucundam præsta. Vernaculæ tamen, nescio
quæ vis maior & genialis quædam emphasis in
est. Vah probra homullorum!

Finis Salutationis quis?

m. *Aemil. in Explicat. de Annunciat. Virg.*

n. *Apud Canisium in Mariali lib. 3. cap. 12.*

Modus salutationis qualis?

o. *Marb. lib. de miraculis contra Eysengrein.*

Itane verò libet tanti mysterij nunciam Salu-
tationem tam vilem abijcere; vt vulgari nostræ
similis blateretur? Quid hoc, nisi & ipsam Virgi-
nem, cogitantem (qualis esset ista salutatio:)
stolidè aut stupidè admirabundam propinare?
Aut summam Annunciationis grauitatem ac ma-
iestatem eleuare? *At* satis iam antè docuimus,
diuinum isthuc Angeli in re grauissima sermo-
nem, gratulatorium esse de summis MARIAE
virtutibus à donis eulogium.

Ex eâdem porrò impietate fingunt nonnulli,
Angelum non alia hîc imprecari bona Virgini,
quàm quæ ex hominum opinione dependent;
non quæ animi sint bona vera, quæque ad interi-
orem animæ iustitiam spectent. Quare Culman-
nus Angelum sic inducit salutantem: (p) *Aue
gratiosa, cuius conuictum & consuetudinē pleriq; omnes
ambiūt BENEDICTA verò seu Prædicata præ omnib⁹
mulie-*

Quibus à rebus Maria dicatur benedicta.

p. *Cul serm. 4 de Annūciat. virg.*

mulieribus, vt *DE QVA OMNES OMNIA BONA DICANT, AC LAVDENT vehementer*. Erasmus (q) pro *benedicta* interpretatur laudatam, de qua omnes benè loquantur. Brentio (r) benedictio hæc sapit hebraicam phrasim, bonamque Fortunam designat. Ergò, *Benedicta tu*: id est: Glück zu.

q. *Era. In annotat Noui Testament.*
r. *Bre. in Euang. de Annunc. Virg.*

Nimirum exemplo disce, qua fide ac licentia Euangelici scilicet S. Scripturam interpretentur ac tractent: Vt haud de nihilo S. Gregorius Nazianzenus (s) dicat, Hæreticos esse syllabarum, verborumque captatores.

s. *Greg. Orat. in laudem Cypriani.*

Quid sit κεχαριτωμένη.

VIII. Iam de vna voce κεχαριτωμένη, *gratia plena*, quæ non monstra illi Mariomastyges genuerunt, ac effuderunt? Erasmus, & post eum plerique Lutherani, dicunt: *Aue gratiosa*: Caluinus, *gratiam consecuta*; Beza, *gratis dilecta*: Bullingerus, *gratificata & dilecta*: Sarcerius & Aemilius, *grata DEO passiuè, quod ipsa sit in gratia*: Lossius, *cui DEVS faueat*: Castalion, *accepta*: Hemingius, *in gratiam à DEO recepta*: Lutherus, Holdselige; Id uernaculâ sonat non gratiâ DEI, sed fauore humano præditam; quin amatorium quid sapit, quo se amasiæ ab amasijs appellari vocabulo gaudent. De hisce, cui libet, is consulat *Canisium in Mariliali libr. 3. cap. 4.* & consequentibus: Vbi sub finem capitis sexti hæreticos ex suis ipsorum scriptis refellit. Verùm quicquid agas; manet, quod de sui similibus Caluinus dixit: (t) *In omnibus hæreticis reperiri, vt addicti sint suis commentis, ac sibi permittant libertatem, imò effrenem licentiam reijciendi, quicquid visum. Tam pertinaciter desixi sunt in suis erroribus; quia & suas nugas DEO præferunt.*

t. *Cal. in cap. 7. Ierem.*


Ingenium hæreticorum quale.

Et

Et verò præferre suum illos *gratiosâ*, *gratificata*, *&c.* illi DEI voci *gratiâ plena*, nemo non de plano iam videt.

Hactenus è tribus antè propositis Almæ Virginis adiunctis duo executi sumus, cum Deo, capitibus totidem: hoc, de Salutatione; isto superiore, de Virginitate. Superest tertium; Maternitas MARIAE. De hac capite sequenti. Nam ista tria erant, quæ in Salutata ab Angelo, & à Maioribus nostris spectata semper esse docuimus; quæque in eadem Salutanda à nobis, item & nos spectare, ac nosse oportet.

Verùm cùm istud: *Esse Matrem Dei*: latè se fundat ad & plurima, & multò maxima: cumque rursus ad idem se referant alia circumquaque varia: cùm etiam hæretica transuersum incurrant nonnulla: Seligam, quoad potero, singula: hæretica prælibabo primùm. In cæterorum varietate ordini, in magnitudine captui communi, cui hæc elaborantur, subseruiendum erit. Complectar autem omnia vno quæsito, ceu sequitur.



CAPVT XV.

QVALEM, QVANTAMQVE DEIparam in cultu Sui nos intueri oporteat & considerare; hæretica nihil obstante impietate.

Debita S. Mariæ adoratio.

NImirum hoc erat reliquum; nec inutile accidet, nouisse *orationis obiectum*; vt vocant, [*Cui.*] Quod quidem in Rosarij Salutatorijs precibus vltimum est Deus: medium verò Deipara, per hyperduliam adoranda: cùm ob rationem quandam ipsi extrinsecam; quatenus Christum attigit: ita tamen vt tota ratiò adorationis sit ipse Christus: (a) tùm verò maximè ob intrinsecã sanctitatem. (b) Atque hâc vt Maria non attingit a excellentiam Humanitatis Christi: ita omnem illam Sanctorum omnium longè antecellit. Ideoque exaltata est super omnes choros: & mediâ Deum inter ac Diuos est adoratione colenda: quippe quæ in medio excellentiæ statu consistit. Atque hoc est de fide: cõtra Collyridianos, eam, vti Deam, sacrificijs venerantes. Quos S. Epiphanius, & Damascenus refutant. (c)

a. *D. Thom. p. 3. q. 25. a 5.*
b. *D. Thom. p. 2. 2, q. 103 a. 4. ad 2. Vide Canisium in Mariali l. 5 c. 15*
c. *Canisius li. 5. ca. 16.*

Culta est ab Angelis.

Et in veteri Testamenti.

Fit autem verosimile, ab ipsis quoque Angelis, in principio suæ creationis, Deiparam cultam fuisse. Quoniam cùm CHRISTVM hominem fide cognoscerent: matrem ipsius pariter cognouerunt: conceptu vel communi, vel etiam proprio planèque particulari eam intuentes, quam erant Reginam accepturi. (d)

d. *D Thom. q. 30. a. 2. ad 3.*

Quin

Quin ab Ecclesia, ante CHRISTVM quæ extitit, ipsam ritè honoratam fuisse luculanter docet *Soarez*. (e) Hæc delibasse è fontibus Theologiæ Scholasticæ sat esto. Nunc; per Ecclesiasticam, seu Concionatoriam vela faciamus.

e. *Soar. to. 2. d. 22. sect 1. sub finem.*

Ac primùm à proiecta Caluini ad mentiendum, calumniandumque impudentia proueha- mur; quæ Ecclesiam Dei onerat atque proscindit ore isto: (f) *Eò progressus est*, inquit, *insanus fervor, vt CHRISTI propemodum nudati spolijs Eam ornarint. Quasi verò non habeat, quantum illi honoris debetur, nisi Dea fiat. Aut hoc illi sit honorificum, sacrilegis titulis ornatam in Christi locum subrogari. Atrocem ergo illi Mariæ iniuriam faciunt; quando, vt mentitis eam laudibus deforment, Deo eripiunt, quod suum est.*

Caluini in nos calumnia.

f. *Calu. in ca. 2. Ioan.*

Hic tuus est, Caluine, furor: vox tua mendax, & sacrilega. Sed nunquid & ista est tua: vti est, (g) & verissima, quâ sic ais? *Celebrari nequit allata nobis per CHRISTVM benedictio; quin simul occurrat, quam honorificè ornarit MARIAM DEVS, qui Vnigeniti sui Matrem esse voluit.* Vis haud satis Filium celebrari posse, quin MATER occurrat. Hoc vt ex parte largiar tibi: istud tamen vicissim repono Catholicum, planeque nostrum: Quòd citius in Deiparæ Filio reperiamus, quo eum absque Matris respectu celebremus: quàm in Matre, quo hanc citra Filij intuitum veneremur. Omnis enim excellentia Matris, Filij est: at non omnis, quæ Filij DEI, esse Matris DEI potest. Quare hanc vt adoremus, colamusque vel inuitus agnosce, & calumniæ Palinodiam cane.

Caluini in Mariam reuerentia

g. *Cal. in Harmo. Euangelica ad c. 1. Luc.*

Nostra in Christum & *Mariam* reuerentia

Sed

Lutherani de Mariæ gratia.

Sed non soli respondemus pro nobis; pars aduersa quoque Sectariorum Lutheri ita per suũ illum Lucam Lossium, si quæras: Quatenus sit colenda Maria? respondet; (h) Eatenus, quà est plena gratia, *scilicet* COMMVNICATA; *hoc est, ornata à* DEO *multis virtutibus præ cæteris mulieribus: Christus autem est plenus gratia incommunicatâ; sed propriâ quam alijs impertit, siue communicat.* Lutherus verò huius etiam communicatæ gratiæ diuitias ita exponit: (i) *Maria gratia plena est, per quod omnis peccati pura cognoscitur. Magnum hoc & sublime. Siquidem gratia Dei Ipsam* OMNIS BONI ABVNDANTEM *facit; & ab omni malo liberat.*

h. Loss. in Euangel. de Natali Domini.

i. Lut. in Postil. maiori de Annunc B.V.

Mariæ in nos beneficentia.

k. Serm. de Assumt. B.V.

Quare & supra omne, quod est, secundum DEVM, Ipsam quoque ritè veneramur: iuxtà gnari ac certi, (vti siue Fulbertus, siue Augustinus affirmat (k) *Eam plus omnibus, Liberatis impendere posse suffragium, quæ meruit pro liberandis proferre pretium.* Vtque protulit hoc, sic illud impendit: Vtrumque autem in ea perinde diuinum est. Ea propter honos illi quasi diuinus quoque rependitur. Quocirca vel ipse Mariomastix Lutherus de Ea sic testatur: (l) DEVS *cum ea est, hoc est,* OMNE QVOD FACIT, AVT OMITTIT, DIVINVM EST; ET IN EA A DEO PERFICITVR. Et verò istud Delphico verius.

Dei in Mariam operatrix efficientia.

l. Lut. in Postilla maiori de de Annunciat.

De Maria Censura Lutheranorum.

Sed quid est, quòd, quam laudant Deiparam, vituperant ijdem? Ita hæreticõrum ingenium est: vt, vbi consistant, nesciant. Nam ipse Lutherus suâ concubinariâ Catharinâ & sacrilegâ MARIAM nihilo sanctiorem facit. (m) Quodque immanius: *Omnes,* inquit sæpius (n) *euangelica fide renati, pares ei sumus in honore: tam San-*

m. Apud Costerum in præfat. libelli Sodalit.

n. Luth. in 1. Pet. 1. & serm. de Natiuit. Virg. Et in Postilla maiori Dominica proxi[illegible]a Epiphaniæ.

ancti sumus, atque ipsa; dummodò in CHRISTVM redamus. Brentius his horribiliora. *Fuit*, inquit (o) *Maria fœmina non tantum rudis, ignorans, & er-roribus obnoxia; sed ambitiosa etiam*; Et alubi: (p) *inciuilis, blasphema:* Rursus alubi: (q) *desperabunda, & aliorum grauium peccatorum rea*; Denique idem (r) *In morte Filij sui fuit scandalizata. Inferni dolores etiam in hac vita eam obruerunt.* Proh fidem Euangelicam!

Caluiniana num fortè religiosior in Deum: in Deiparam obseruantior? Eam ex ipso Caluino sic accipe. (s) *Fuit Maria fœmina superba, Deo ipsi sese præferens:* Tum (t) *intempestiuè festina:* Dein, (u) *plus iusto satagens:* Pòst (x) *importuna, & præposterè cursum Christi doctrinæ abrumpens:* Item (y) *quæ fines suos sæpe excessit:* Adde (z) *quæ non malignè minus Dei potentiam, quam Zacharias restrinxit.* Quin (a) *imò; quæ eo ipso tempore, quo morienti in Cruce Filio astitit inter turbas militares, quatuor lethalia in se crimina admisit, transgressa diuini Decalogi mandata, primùm, quintum, sextum, nonum.* Sic isti infandi.

Quantò verò sanctius de Regina cælorum, non dico Sanctissimi Patres: sed vel ipse Mahumetes! Sic enim ille apud Magdeburgenses Lutheranos: (b) *Spiritus Dei intrauit MARIAM, & IESVM ex ea genuit.* Et Alcoranus (c) *Omnium mulierum optimæ MARIAE, ab omnibus intactæ, animam suam DEVS insufflauit, & Illam, Filiumque eius manifestum gentibus MIRACVLVM POSVIT.* Et rursus (d) *Maria fuit omnibus viris & mulieribus splendidior, atque purior.*

Et

o. *Bren. ho. 21. in Ioan.*
p. *Hom. 48. in c. 8. Luc.*
q. *Idem hom. 17. in Lucam.*
r. *Hom. 12. in Lucam.*
De Maria Censura Caluinianorum.
s. *Cal. in Harmonia in cap. 2. Lucæ. 48.*
t. *Cal. in ca. 2. Ioan. 4.*
u. *Cal. in ca. 8. Luc. 19.*
x. *Cal. in cap. 12. Matth. 48.*
y. *Cal. in cap. 2. Ioan. 3.*
z. *Cal. in cap. 1. Luc 24.*
a. *Buny in Exercitu Christiano.*

De Maria Mahumetanorum pia sententia.

b. *Centuria 8. cap. 15.* c. *Azoar. 31.* d. *Azoar. 5.*

Et iterum (e) *Maria nunquam aliquid mali, siue malitiæ operata est.* Subdit D. Cnogierus (f) *Erubescite vos Caluiniani Phormiones, erubescite: Si vester tamen is est virtutis natiuus color.*

e. Azoar. 17
f. Cnogl. lib. de tribus symb. art. 3.
Symboli Caluiniani.
Cur & laudent & vituperent Mariam hæretici.
g. Rom. 10. 14.

Quid est tamen, quod eandem & laudent, & vituperent? Equidem ita censeo. Constituti Vertumni illi inter immensam hinc DEI beneuolentiam erga Mariam, inde suam maleuolentiam aduersus eandem, nunc illius clara luce verum cernere ac dicere coguntur; nunc ex huius atris tenebris, parthenicarum laudum splendori caliginem offundere tenebriones nituntur; perinde nescij, & quid credant, & quemadmodum colant. Etenim (g) *Quomodo inuocabunt*, Mariam, aut per hanc Deum, *in quem non crediderunt?* Mittamus ergo bilingues. & blasphemos; qui seu laudent, seu culpent; æquè nocent. Quin potius inquirimus;

Qualem pios ac Sanctos Deiparam intueri ac venerari oporteat?

I. Non tantum, qualem capite XIII & superioribus proposuimus; nec vt Matrem Dei duntaxat; verū etiā vt MATREM NOSTRAM OMNIVM CHRISTI FIDELIVM. Ita Origenes: (h) *Mariæ*, inquit, *Filius nemo fuit, nisi IESVS; & omnis verè Christianus Mariæ filius est.* Tum S. Augustinus adstruit, (i) Mariam corporalem simul, & spiritualem Christi Matrem esse: quia non modò Caput ipsum, & Saluatorem totius mystici Corporis enixa est: sed & Spiritu Matrem se membrorum Christi præbuit: eò quòd charitate sit maxima cooperata, vt fideles in Ecclesia nascerentur.

h. Orig to. 1. in Ioan.
i. S. Aug. li. de S. Trinit. ca. 6
Maria est dupliciter Mater Christi.

Quid, quòd ipse Lutherus, Euam, primam omnium

nium matrem, cum matre *Maria* conferendam esse docet? Vnde & hæc illius sunt verba: (k) *En puer ille, quem tu MARIA peperisti, meus est: sua Caro & Sanguis, mea caro & sanguis sunt; atque ideò etiam MATER MEA ES, Et pro tuo filio à te habebor.* Itaque nostri in Matrem cultus debitum, ad quartum Decalogi est referendum. Quantùm agnoscimus Christum & colimum Fratrem nostrum, & primogenitum in multis fratribus: tantùm quoque, post Christum quà Hominem, & Matrem nostram Viuentium colamus oportet.

k. *Luc in Natiuit. Christi de Euangelio Missæ ante lucanæ.*

Heb. 11.

II. MARIAM VT DIVIS CVNCTIS GRATIA SVPERIOREM intuemur, dum veneramur. Scitè ex Origene (l) Theologi *plenitudinem gratiæ,* sic distingunt: nimirum. 1. *Ecce plenitudinem sufficientiæ:* per quam Apostoli, & Stephanus plenus gratiâ Vocationi suæ fecerunt satis. 2. *Ecce plenitudinem Præeminentiæ,* seu, vt S. Bonauentura vocat, (ll) prærogatiuæ, quæ Matri Dei gratia plenæ singulariter præ Sanctis competit 3. Esse *plenitudinē* gratiæ omni ex parte *perfectissimam:* quæ soli Christo, S. Spiritus pleno, tribuenda est: vt de cuius plenitudine omnes accepimus. Est, inquiunt, plenitudo Christi quasi fontis; Mariæ, quasi fluminis: Sanctorum, quasi riui. De eodem pulcrè S. Bernardus, (m) ita monet: Fontem vitæ esse CHRISTVM: Mariam verò Aquæductum Ac fontis quidem plenitudinem à Patris æterni corde manare: sed ab hoc Aquæductum excipi primum: ac inde alijs porrò Spiritalis gratiæ fluenta communicari: tantum verò gratiæ hauriri à virgine, quantum alijs nullis propinetur.

Plenitudo gratiæ est triplex.

l. *Orig hom.* 29. *in Lucā.*

ll. *Bonau.* 3. *sent. dist.* 13. *Et D. Tho. p.* 3. *q* 7. *a.* 10. *ad* 1. & *q.* 27. *a.* 1. *c.* & *a.* 5. *o.*

Maria est Aquæductus.

m. *S. Bern. serm. de Natiuit. Mariæ.*

Verè igitur ipsa sic loqui potest: (n) *Ego sicut aquæductus exiui de paradiso.*

n. *Eccl.* 24.

Maria est thronus Salomonis.

Vere

Verè eam quoque præ omnibus Electis singularem gratiæ inuentricem comparat S. Bernardi discipulus Guericus cum illo Salomonis throno (o) de quo Scriptura, (p) *quia non est factum tale opus in vniuersis regnis.* Vnde Sophronius (q) *Maria cunctis tantò est venerabilior, quantò gloriosior. Et quantò virtute Altissimi extollitur ad sublimia, tantò clarior resultat in gloria. Plena siquidem gratia, plena Deo, plena Virtutibus non potest non possidere plenè gloriam charitatis æternæ, quam plenissimæ accepit, vt Mater fieret Saluatoris.* Ibidem. 1. *Verè plena per quam largo Spiritus sancti imbre superfusa est omnis creatura* Idem Chrysologus ex S. Hieronymo, tom. 2. repetiuit: (r) 2. *Benè plena; quia cæteris per partes præstatur; Mariæ verò simul se tota infudit plenitudo gratiæ.* Et Ambrosius: (s) 3. *Benè plena; quæ sola gratiam, quam nulla alia meruerat, consecuta est, vt gratiæ repleretur Autore.* 4. *ô nouum,* exclamat Petrus Damianus (t) *& in auditum, Salutationis obsequium! Plenam appellat gratia; quia Ipse in eam descendebat, per quem omni mundo collata est gratia. Nec mirum, si cunctorum merita transcendat mortalium; quæ & ipsam superexcedit celsitudinem Angelorum:* & *quæ,* vt S. Thomas ait, (u) 5. *plenum gratia pariendo, quodāmodo gratiam ad omnes diriuat.*

6. Eiusdem Magistri Alberti Magni regula est, quam principium per se notum appellat, (x) *Dubium non esse, quin Mariæ tribui conueniat; quicquid boni pura quæuis creatura vel fecerit, vel receperit.*

7. Regula quoque S. Bernardi, quæ ex illa Albertina euidenter infertur, est huiusmodi (y) *Quantum gratiæ Maria in terris adepta est præ cæteris, tantum & in cælis obtinet gloriæ singularis.*

o. Guerrius serm. de Annunciat. Dominica. Et Pet. Damianus ser. 1. de Natiuitate Mariæ.
p. 3. Reg. 10. 18.
q. Soph. ser. de Assumt. Virg.
Causæ cur Plena Maria gratiæ.
r. Chrys. serm. 142.
s. S. Ambr. in 1. c. & V. Beda in c 1. Lucæ.
t. Dam. ser. 3 de Natiu. Mariæ.
u. S. Tho. p. 3. q. 27. a. 5.
x. Alb. lib. de laudibus B. Virg. cap. 69. 70. 71.
Gratiæ est par gloria.

y. S. Bern serm. 1. de Assumpt. B. Virg.

8. Vt rectè Andreas Cretensis (z) illam Reginam omnis humanæ naturæ; (quæ, solo Deo excepto, sit omnibus altior;) appellet. Talem igitur ac tantem Ecclesia Mariam agnoscit, simul colit, & precatur. Maria est omni natura superior. z. *And. in Encomio de Dormitione Deiparæ.*

III. NEC SANCTIS SOLVM, SED ET ANGELIS VNIVERSIS GLORIOSIOREM PRAEDICAT MARIAM ECCLESIA. Hinc Bernardus: (a) *Quæ vel Angelica puritas Virginitati illi audeat comparari? Quæ digna fuit S. Spiritus sacrarium fieri, & habitaculum Filij Dei?* Et alubi: (b) *Quæ, dum peccati mortisque pareret Peremtorem, munus vitæ & iustitiæ omnibus obtinebat.* Idcircò, inquit, *decuit Reginam Virginum, singularis priuilegio Sanctitatis, absque omni peccato ducere vitam.* Maria est Angelis superior. a. *S. Bern. serm. 4. de Assumt. Virg.* b. *S. Bern. Epist. 174.*

Quo de argumento cùm multa Canisius scribit alia, tum ita ratiocinatur: (c) *Sanè quod ad Angelicos spiritus attinet perpetuam illi quidem puritatem ex conditione naturæ tuentur; &, quia cum carne commercium nullum habent, absque negotio purißimi perseuerant. Illud verò in Maria est admirabilius, quod neque carnis, nnque sexus, neque naturæ obstaret imbecillitas quò minus animum ab omni, vt vocant, fomitis perturbatione liberum purumque seruaret.* Quo quantò admirabilior, tantò & angelis fuit superior Maria. 1. Quia in carne sine carne vixit. c. *Pet. Can. in Mariali lib. 1 c. 10.*

Alubi porrò idem Canisius ita Philosophatur: (d) *Quod non Angeli, neque Archangeli, non Cherubin aut Seraphim sibi sumere vnquam possunt. Personam vt diuinam filij loco habeant, suumque Filium verè dicant: id Maria iure quodam modo facere potuit.* Quo certè tantum antestat Angelos Mater DEI, multoque amplius: quantum mater Regis, eiusdem ministros. Audi Bernardum. (e) *An non Deum & hominum & Angelorum Maria suum audacter appellat Filium, dicens: Fili, quid fecisti nobis sic? Quis hoc audeat Angelorum? Sufficit eis, & pro magno habent,* 2. Quia Deum genuit. d. *Can. lib. 3 ca. 13.* e. *S. Bern. hom. 1. de Maria Virg.* *Lucæ. 2.*

Psal. 103. quòd, cum sint spiritus ex conditione, ex gratia facti sint & vocati Angeli, testante Dauid, qui facit, inquit, Angelos, suos Spiritus. Maria verò Matrem se agnoscens, Maiestatem illam, cui illi cum reuerentia seruiunt, cum fiducia suum nuncupat Filium.

3. Quia Deo in cœlis est proxima.

Et propterea in cælis quoque, vt S. Hildefonsi verbis vtar: (f) collocatur in throno à dexteris Dei, sicut canitur in Psalmis: Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circundata varietate virtutum. Et alio loco: (g) Impertit præmia iustus Iudex Christus Dominus vnicuique iuxta opera sua: huic tamen sacratissimæ Virgini Genitrici suæ, sicut INCOMPARABILE EST, QVOD GESSIT, ET INEFFABILE DONVM quod peperit: ita est inestimabile atque incomprehēsibile præmiū & gloria, quam non dico inter cæteras sacras Virgines, verum etiā vltra omnes Sanctos PROMERVIT. Et, vt Sophronius scribit: (h) Post Christum gloriosa resedit. Sic enim vbique confidenter sancta Dei canit Ecclesia: quod de nullo alio Sanctorum fas est credere; Vt vltra Angelorum & Archangelorum dignitatem MERITO transcenderit.

f. S. And. serm. 1. de Assumt. Psal. 44. De quo & S. Athanasius ita Euang. de Deipara. g. S. And. ser. 2. de Assumt. h. Sophr. serm. de Assumt. Virg.

4. Ac penè immensa.

Proinde S. Anselmus nihil veretur, & rectè, (i) Mariæ gratiam, & gloriam, & felicitatem dicere immensam: quæ non Ipsam solam, sed etiam patriam cælestem sua glorificatione inæstimabiliter cohonestet, ac illustret. Demum S. Epiphanius in hunc modum exclamat: (k) Maria, solo Deo excepto, cunctis superior existis: natura formosior es ipsis Cherubim ac Seraphim, & omni exercitu Angelico: cui prædicandæ cælestis ac terrena lingua minimè sufficit, imò verò nec Angelorum: Columba pura, Sponsa indiuiduæ Trinitatis, & à Deo ipso in honore habita. Vidimus nunc, & Secuti sumus Deiparam supergressam vniuersos. Num erit, quò altius ascendat? Non hoc quidem; est tamen, quo nobis illa gloriosior appa-

i. S. Anselm. lib. de Excellentia Virginis c. 8

5. Estque glorificatissima & glorificās.

k. S. Epiph. in serm. de laudibus B. Virg.

ret, agnoſcitur, & colitur. Ecquod illud tandem? Deo quod proximum.

IV. MARIAM, VT SANCTISSIMAE TRINITATIS THRONVM, intuemur & adoramus. Ita Petrus Damianus (l) eam conſiderat, cum Guerico, vt dixi; & cum Salomonis throni magnitudine, ebore, auro, & incomparabili præſtantiâ confert Mariam. Similis comparatio Mariæ cum templo Salomonis, in quo DEVS habitat. Vnde meritò quis ita inferet: Ergo de ipſo Architecto throni ac templi iſtius DEO, non optimè iudicabimus; niſi de hoc opere ipſius magnificentiſſimè ſentiamus. Certè Damaſcenus ſic eam compellat: (m) *Tota Sancti Spiritus thalamus es, gratiarum pelagus, tota pulcra, tota Deo propinqua.*

l. Dam. ſer. 1. de Natiu. Mariæ.

m. S. Dam. orat. 1. de Nati. virg.

S. Thomas (n) docet, Sanctam Virginem triplici plenitudine antecelluiſſe Sanctis & Angelis. *Primum* gratia deuitandi omne peccati fermentum, & omnem virtutem exercendi. *Deinde* gratiam ex anima in corpus, quantùm in nullo alio redundaſſe. *Denique* non ſibi tantum, ſed ad ſalutem communem omnium fuiſſe gratia cumulatam. *Accedit* inquit, *& maxima, quæ illi cum Deo eſt, familiaritas, ne Angelis quidem obtingens; quæ illam totius TRINITATIS NOBILE TRICLINIVM, & omnium creaturarum quaſi Dominam fecit.*

n. S. Tho. in opuſculo

Triplex plenitudo Mariæ.

Deus eſt in & cum Maria.

Vnde Caſſianus illud Angeli dictum ſic explicat, quaſi dicat: (o) *In te, Maria, Dei maieſtas tota deſcendit; quia ex te naſcetur Filius Dei.* Nec temerè notat Sanctus Bernardus (p) dici, *Dominus tecum*; nimirum non ſolum IN, ſed etiam CVM Maria fuiſſe & Patrem, cuius Filium concepit, & Filium quem carne ſua induit; & Spiritū S. de quo concepit. De quo ita cenſet Caniſius: (q) *Nihil impedit, quo minus hoc dictum Dominus tecū, nō ſolū ad 2* ſed

o. Caſs. l. 2. de Incarna. Domini.

p. S. Ber. ho. 3. de B. vir. & ſer. 3. de Annunc.

S. Trinitas in Maria.

q. Caniſ. in Mariali l. 3. cap. 4.

ſed etiam ad 1. & 3. in Sanctiſsima Trinitate perſonam, cum S. Bernardo referamus. Neque Sanctorum vlli poteſt adſcribi, quod Angelus velut de tota Trinitate diſſerens, ſoli Mariæ tribuit: Virtus Altiſsimi obumbrabit tibi: Quod naſcetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei: ſpiritus S. ſuperueniet in te.

Heſychius Prysbyter Ieroſolimitanus, auctor peruetus & bonus, (r) appellat eam *Dei thronum, templum maius cælo, cathedram Cherubicam, Arcam vitæ.* Et addit: *Hæc eſt vniuerſum Trinitatis complementum: quandoquidem & Spiritus S. adueniebat, atque hoſpitabatur, & Pater obumbrabat, & Filius vtero geſtatus inhabitabat.* Quæ vt affirmantur omnia verè, ſic intelligantur ſanè: Vt nimirum S. Trinitatem quidem in, & cum Deipara per ſingularem gratiam ſuam fuiſſe; ſed perſonaliter tantum Filium incarnatum eſſe dicamus.

r. *Heſ. ſer. 2 de S. Deipara.*

V. MIRIFICAM MARIAE, ET CHRISTI SEV VNIONEM, SIVE VNITATEM QVANDAM admiramur, & colimus. De qua Scholaſticè quidem, ſed luculenter Dionyſius Richelius ita: (ſ) *Vnio ex amore procedit. Tantò itaque ſpecialius ac eminentius Deus dilexit & prælegit Mariam; quantò intimius propinquius, ac familiarius ſe illi vniuit. Sed huic Virgini Deus ſe coniunxit non ſolum per gratiarum chariſmata, per illuminationem, per dilectionem, aut adhæſionem extrinſecam; ſed etiam per Naturalem, & Realem quandam Identitatem. Quia factus eſt aliquid eius eo modo, quo proles eſt aliquid ſui parentis. Etenim aliquid ſubſtantiæ Virginis ſacræ aſſumſit, & hypoſtaticè atque realiter ſibi vniuit, & habitauit in medio eius.* Hæc ille.

ſ. *Dion. lib. 1. de præconio & dignit. Virgin. art. 21.*

Identitas quædam Mariæ cũ Deo.

Proinde omnes inter gratias in hanc Virginem effusè collatas, nulla vel eſſe, vel fingi maior poteſt, quàm quòd Cum ea Dominus eſſe dignatur. Vt illi meritò Angelus dixerit: *Dominus tecum.* Id quod Petrus Martyr Alexandrinus interpretatur,

Ea vnio eſt gratiarum.

tatur, (t) perinde ac si affirmasset: Dominus Verbum tecum in vtero tuo caro fiet. Quam interpretationem tanti fecit Cyrillus, vt eam repetere non dubitarit. (u)

t. *In Actione 1. Synodi Chalcedonensis.*

u. *Cyr in definitione primi anathematismi*

Quocirca Petrus Damianus Mariæ agnoscens præcellentiam, inquit. (x) *Quid grandius Maria; quæ magnitudinem summæ Diuinitatis intra sui Ventris conclusit arcanum? Attende Seraphim, & in illius superioris naturæ superuola dignitatem, & videbis, quicquid maius est, minus esse Virgine; solumque Opificem Opus illud supergredi.* Nec multò post de vna Mariæ cum Christo identitate sic scribit: *Hic taceat, & contremiscat omnis creatura, & vix audeat adspicere tantæ dignitatis, & dignationis Immensitatem. Dominus tecum, inquit, archangelus. Habitat In Angelis Deus; sed non Cum Angelis: quia cum illis non est eiusdem essentiæ. Habitat Deus In Virgine, habitat Cum illa; Cum Qua Vnius Naturæ habet Identitatem. Hoc est aurum fuluum nimis, quo Salomonis thronus est vestitus Quia tali modo Deus Virginem induit, & in Virgine indutus est, vt meliore non posset.* Hæc sanè non modò Mariæ dignitatem singularem; sed & maximam eius cum Deo affinitatem, & consequentem simul honorem haud obscurè declarant. Verissimum est enim, quod Bernardus docuit. (y) *Iure Maria perhibetur sole amicta, quæ profundissimam diuinæ Sapientiæ, vltra quàm credi valeat, penetrauit Abyssum: Vt, (quantùm sine personali vnione creaturæ conditio patitur,) Luci illi inaccessibili videatur immersa.* Quantùm ergo colenda est?

x. *Dam serm. 1. de Natiuit. Mariæ.*

y. *S. Bern. de Verbis Apostoli.*

Spectarunt certè veteres atque suspexerunt augustam, & arctissimam illam coniunctionem Filium inter ac Matrem Dei, quæ non solum ex parte carnis, sed etiam ob animorum consensionem inter eos intercessit, adeò vt nihil illis duobus

Christi & Mariæ vnio animorum maxima.

bus siue in terris, siue in cęlis cõiunctius esse posse videatur. Hinc illud S. Arnoldi Carnotensis: (z) *Vna est MARIAE & CHRISTI Caro, vnus Spiritus, vna charitas. & ex quo dictum est ei, Dominus tecum, inseparabiliter perseuerauit promissum & donũ: & Filij gloriam cum Matre non tam communem iudico, quam eandem.*

z. Epiph. Sermone, quem latine vertit Ioan. Picus Canonicus Parisien.

Iam verò huius maximæ Vnionis primordiũ post Salutationem Angelicam cœpit. *Ex qua*, vt Epiphanius affirmat, (z) *Angeli in stuporem deducti sunt; quòd mulieris filius sit, qui & Ipsius, & sæculorum est Pater.* Idcircò Hildephonsus *CHRISTI Conceptionem* nominauit (a) *omni miraculo mirabiliorem. omni opere potentiorom, omnique signo ac prodigio augustiorem.* Dionysius Richelius (b) *Mariam* ob eam ipsam causam, quòd Mater est Dei, tanta plenitudine gratiæ præditam censet, quantam ne Ipsa quidem, (nisi diuinæ naturæ, vt Theologi loquuntur, essentiæ adiuta Visione,) possit adspicere. Similia S. Bernardus. (c) *Quòd verus DEVS & homo prodijt ex Maria, abyssus est luminis; nec facilè dixerim, quòd vel angelicus oculus ad huius fulgoris vehementiam non caliget.* Non est huic alienum, quod S. Brigita testatur: (d) Eximiam *Mariæ* puritatem sic placuisse Deo, vt ea diuinitatem traxerit, & inflammata Spiritu Deum & hominem vtero conceperit.

a. Hild. lib. de Virginit. Mariæ c. 11.
b. Dion. li. 2 de præconio Virginis, art. 28.
c. S. Bern. serm Signum Magnum. &c.
d. S. Brig. l. 1 reuelationũ cap. 50. & 51.

Sed ad contractam inde vtriusque Vnionem reuertor. Huc refert Bernardus (e) illud, Dominus tecum: *specialiter enim est plus cum Maria Dominus, quam cum creaturis & Sanctis alijs: cum qua sola ei tanta fuit consensio, vt illius non solum voluntatem, sed etiam Carnem sibi iungeret, ac si sua Virginisque substantia vnum Christum efficeret, vel potius vnus Christus fieret.* Tum alio in loco: (f) *Ipsa est*, inquit, *Virginis nostræ gloria singularis, & excellens prærogatiua Mariæ; QVOD FILIVM VNVM, EVN-*

e. S. Bern. hom. 3. de B. Virg.
Mariæ Caro & Christi Substãtialiter vna.
f. S. Bern. ser. 2. de Incarn.
Maria cõmune ha-

EVNDEMQVE CVM DEO PATRE MERVIT HABERE COMMVNEM. bet filium cum Patre.

Vnde sic Origenes philosophatur: (g) *Qui in excelsis est sine matre, & in terra sine patre, is in cælis secundum Deitatem in sinu est Patris: & in terris, secundum corporis susceptionem, in sinu est matris.* En Dei Patris, ac Matris Dei communionem. De qua vnum istis addo Anselmum ista disserentem: (h) *Decens erat, vt ea puritate, qua maior sub Deo nequit intelligi, Virgo illa niteret, cui Deus Pater vnicum Filium suum dare disponebat, vt naturaliter esset vnus, idemque communis Dei Patris & Virginis Filius: & quam ipse Filius substantialiter facere sibi Matrem eligebat: & de qua Spiritus S. volebat & operaturus erat, vt conciperetur & nasceretur ille, de quo procedebat.* Est ergo summa Christi Mariæque coniunctio; quæ Ipsam facit summa cum religione, secundum Deum, venerandam.

g. Orig. ho. 1. ex collectis in vna variis.

h. S. Ans. li. de concepto Virginali & peccato originali cap. 18.

VI. PAR PER METONOMIAM EST COMMVNIO TITVLORVM, ATTRIBVTORVMQVE MARIAE CVM CHRISTO. De qua cum absolutè scripsit doctissimus PETRVS CANISIVS in Mariali, (i) ad eum te, Lector remitto.

i. Canisius in Mar. lib. 5. ca. 11. & 12.

VII. VT MEDIATRICEM ADORAMVS VIRGINEM MARIAM. At modo longè diuerso, quàm CHRISTVM Mediatorem, vt vltimatum & principalem, vt redemtorem ac propitiatorem nostrum per Sanguinem ipsius: qui nobis necessitate absoluta sit necessarius: quandoquidem nemo venit ad PATREM, nisi per Ipsum. Præter hunc autem omnis semper agnouit Ecclesia Mediatores alios inferiores, ac Saluatores etiam instrumentales. De quibus Theologi in

Mediatores differunt.

D.Thomam (k) commentatores. Et Bellarminus, (l) aduersus hæreticos; item Canisius capite 12. lib. 5. Quæ nos omittimus.

k. D. Thom. 3. q. 26.
l. Bell. to. 1. Controu. 2. lib. 5 cap. 1.

De Vna solummodò hic Deipara dicimus, tantò benigniorem, potentioremque nobis existere Mediatricem; quantò reliquis esse Mediatoribus Diuis superiorem ostendimus. Vnde Bernardus (m) *Deus totius boni plenitudinem in Maria posuit; & quicquid spei in nobis est, quicquid gratiæ ac Salutis; ab ea redundat, quæ delicijs affluens in cælum ascendit.* Quæ sanè dicta, intelligas sanè: nempe secundum communem ac certam Theologorum Regulam isthanc: *Multa per essentiam siue per excellentiam Deo principaliter competunt: quæ per gratiam, & participationem Diuis quoque secundariò possunt attribui.*

m. S. Bern. serm. de Natiuit. Mariæ.

Vnde subijcit Bernardus: *CHRISTVS frater tuus est, & caro tua. Hunc tibi fratrem MARIA dedit. Si forsitan maiestatem in ipso verearis diuinam quod, licet factus sit homo, manserit tamen DEVS: Aduocatum habere vis & ad Ipsum? Ad MARIAM recurre. Nec dubius dixerim, exaudietur & Ipsa pro reuerentia sua. Exaudiet vtique Matrem Filius, & exaudiet Filiũ Pater. Filialis hæc peccatorũ scala, hæc me maxima fiducia est, hæc tota ratio spei meæ. Quid enim. Potestne Filius aut repellere, aut sustinere repulsam Non audire, aut non audiri Filius potest? Neutrum planè* Sic Bernardus.

Acclamat Damascenus, (n) *Ideò te omnes post Deum veneramur, vt nostram.* Et alubi monet: (o) *Illam in patronam, ac Mediatricem assumamus, & certæ adiutricis loco habeamus.* Ideò appellat eam, (p) *Cælum animatum, vitæ thesaurum, gratiæq; abyssum quæ omnibus dominetur operibus: quoniam eius sit mater, qui Creator, Opifex & Dominus vniuersorum existit. Supplices Virginem adeamus.*

n. Damas. in suis Concionibus.
o. Idem hom. in Hypopanten Domini.
p. Serm. de Dormitione B. Virg.
q. Ber. serm. de Natiu. Virg.

Bernardus (q) *Totis*, inquit, *medullis cordium, toti*

pre

præcordiorum affectibus, & votis omnibus Mariam hanc veneremur. Subdit causam. *Quia sic est voluntas eius, qui totum nos habere voluit per Mariam.* Effectū alubi (r) *Per te enim cælum repletum: infernus euacuatus est, instauratæ ruinæ cælestis Ierusalem: expectantibus miseris vita perdita data est.* Etenim, vt Idiota dicit: (s) *Beatißima Virgo Maria, sicut est omnium Regina: sic & omnium Patrona, & Aduocata; & est illi cura de omnibus.*

r. Bern se. 4 de Assumt. Virg.

s. Idem. lib. contemplat. de B.V. c. 1.

t. Anselm. lib. de excellentia Virg. in fine cap. 8.

Quin S. Anselmus ait: (t) *Quòd idcircò propter nos in tantam celsitudinem eleuata sit.* Quare eam rectè matrem Misericordiæ, Vitam, & spem nostram appellari ac salutari docet Canisius libr. 5. cap. 13. Manet igitur inclytam Virginem Mariam Matrem CHRISTI, vt nostram quoq; Matrem Christianorum, vniuersis excelsiorem Sanctis, Angelis gloriosiorem, Sanctissimæ Trinitatis Thronum, Vnam cum Filio suo, & Mediatricem nostram agnoscendam esse, ac venerandam. Satis de eo, Quam, Qualem, ac Quantam: Nunc Quomodo eam nos venerari oporteat, paucis exequamur.

Summa dictorum.

(*⁎*)





CAPVT XVI.

QVO PROPRIE CVLTVS GENERE, modoque sit veneranda nobis MARIA?

Vilis Maria est hæreticis.

NOui, & heu nimium quàm noui, ad quantam plerique hæretici vilitatem seu conditionis ac fortunæ: seu vitæ ac morum: seu peccatorum etiam turpitudinem abijciant Mariam: vt diuersis apud Canisium (a) locis videre est. Nimirum, inquit Caluinus; (b) *Non magnoperè laborandum est, vt Mariam purgemus ab omni vitio.* In promtu causa est, inquit S. Hieronymus: (c) *Malorum enim solatium est, bonos carpere: dum peccātium multitudine putant culpam minui peccatorū* suorum. Et Cui Diuorum parcant: qui vel DEVM blasphemant? Verum hæretica impietas nostræ sit Cos, & incentiua pietatis. Ergo à caute impietatis veluti abruptam aliquam cotem huc primum in medium proponamus.

a. *Can. in Mariali lib. 1 cap 8. 10. &c. lib. 4. c. 6. 7, &c.*
b. *Cal. in Harmonia ad 1. c Lucæ*
c. *S. Hier. Epist. ad Furiam.*

Caluini vox mendax capitis superioris initio recitata est. Brentij est illa: (d) *Etsi nulla fuit mulier in terris, nec vlla futura est, cuius debeamus honestiorem mentionem facere, quàm V. Mariæ Matris Dei tamen non est ei tribuendus honor Meßiæ Saluatoris.* Bonum dictum? Et si viri non boni. Quid porrò: *Vidit Christus futuros hypocritas, qui relicto Se quæsituri sint in Maria salutem, & remißionem peccatorum suorum. Sunt & aliæ innumerabiles Idololatriæ, quibus solus mundus, circa Mariæ cultum, hactenus repletus fuit. Quare vt Christus his erroribus obuiam*

d. *Bren. Dominica. 2. post Epiph.*

Laudatur Brentio. Idololatriæ insimulamur.

obuiam iret, quantum in ipso erat, semper duriter tractauit Matrem suam, Cùm voluit esse socia officij sui.

Bullingerus ita: (e) *Impugnat hic locus grauiter superstitiosos, colentes pro Creatore creaturam: existimantes Dominum IESVM pietate in Matrem adigi, vt nihil eius Poßit negare precibus.* Similia Hemingius, atque Caluinus.

e. *Bull. in cap. 2. Ioan.*

Ecquod hisce vesanis cerebris helleborum admoueas? Equidum haud aliud, atque in capite superiore exposui. Sunt ea talia, tantorumque Sanctorum Patrum multò luculentissima testimonia: vt hisce admota hæreticorum ista calumniatrix insania, velut in põtum lapsa, extinguatur. Sed *Canisij* adeatur, cui libet, Opus Mariale, *lib. 3. cap. 20. &c. & maximè lib. 5. cap. 9.* 10. 11. 13. 14 &c. Nos hic de genere cultus Parthenici discipiciamus.

At respon derunt nunc S. Patres.

I. Latria Deo, Dulia Sanctis, HYPERDVLIA DEBETVR CHRISTI HVMANITATI, ET VIRGINI MARIAE. Quia modum cultus definire debet excellentia colendi: hæc autem cùm sit diuina in Deo, diuinum Latriæ: humana in mortalibus, humanum obseruantiæ: media in Sanctis, medium quoque cultum requirit Duliæ. Iam verò cum Christi Humanitas, & Deiparæ dignitas, vtpote finita, infinitam Dei excellentiam non exæquet: & illam tamen Sanctorum longissimè antecellat: rectè quoque debitum vtrique cultum Theologi Hyperduliam appellarunt: medium scilicet duliam inter atq; latriam. Is autem censetur in Ecclesia Duobus Istis Solis liberi, ob affinitatem, quam cum Deo, hypostatic illi vnita CHRISTI humanitas contraxit; & etiam Sancta MARIA à DEO traxit, cùm Is sibi ex ipsa humanitatem assumeret.

Hyperdulia debetur tantum duobus.

Hinc

Hinc de Christi quidem Humanitate Origines (g) Chrysostomus (h) & *Augustinus* (i) nobis illud esse mandatum affirmant: *Psal. 98. Adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est*; cùm & Angeli, & Beati Dominicam Carnem adorent. Atque tùm, inquit Athanasius (k) *non creaturam, sed Creatorem creato corpore indutum adorant.*

Cùm autem hæc Filij Caro fuerit & Matris, in Matrem quoque debita Ipsi reuerentia communicata redundat. Vnde Dionysius Richelius ita philosophatur: (l) *Ex qua Deus, quod erat, assumsit et induit; Ipsi, ni fallor, quod suum est, rependit. Assumsit autem ex ea naturam, gratiamque refudit.* Benè! Numquid melius Bernardus? (m) *Ex HOC beatam te dicent omnes generationes; quæ omnibus generationibus vitam & gloriam genuisti. In te enim Angeli lætitiam iusti gratiam, peccatores veniam inuenerunt in æternũ. Meritò in te respiciunt oculi totius creaturæ:* En hyperduliam; *Quia in te, & per te, & de te benigna manus Omnipotentis, quicquid creauerat, recreauit.* Et S. Germanus Constantinopolitanus: (n) *Quoniam,* inquit, *Deum inuisibilem, ex se incarnatum genuit, idcircò eam verè & propriè Dei Matrem veneramur, & quauis visibili & inuisibili creatura superiori reputamus.* Sanctus Thomas quoque (o) cum vniuersa Theologorum Schola hunc illi honorem decernit. De quo ita S. Gregorius Nazianzenus Theologus cecinit:

(p) *Admitte, Virgo ô inclyta, hic quando Tibi*
VERBI Parenti, sed SVPRA MODVM tamen,
LEGEMq; SOLVS INTER OMNES CONTIGIT HONOR.

Hunc illi cultum omnis Ecclesia semper exhibuit; & pluribus Institutis suis exhibendum declarat: de quibus pari copia, & grauitate *Canisius lib. 5 cap. 15*

g Orig. hom. 3. in Isaiam.
h Chrys. de Trinit.
i S. Aug. in psal. 93.
k Ath. ser. 5 in Arianos.
l Rich. lib. 1 de præconio Mariæ c. 6.
m S. Bern. serm. 2. de Pentecost.
n S. Ger. Epist. ad Ioan. Synodõ.
o S. Tho. p. 2. dist. 25. art. 5.
p S. Grego. in Tragœdia de Christo patiente, in Præsent. B. Virg.

cap.1.ita disseruit: vt nemo quicquam iure desiderare queat. Quibus hic addimus ex S. Thoma; Homero Theologorum, quod fidenter ille sic dicit, & docet, (q) vt sequitur. *q. S. Th. in 1. Sentent.*

II. *Quandam Infinitatem diuinitatis illi personæ, quæ Mater est DEI, attribui oportet.* Ratio. *Si enim, quò altior est Filius, eò dignior Mater censenda: quis iure ambigat, quin Filij infiniti auctoritas ac dignitas ad Matrem ipsam redundet: ac honorem immensum illi conciliet: quæ sola cum Patre Filio æterno dicere potest: Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Ita S. Thomas. Eò verius est, quod Cardinalis Cusanus monet: (r) *In eo, quod Matrem* Dei *asserimus, Omnem ferè laudem contineri, atque superari.* Quod maternum decus intuens Origenes, in has voces prorumpit: (s) *ô inenarabilis suauitas! ô ineffabile, magnumque Sacramentum!* Et Gregorius Nyssenus: (t) *O beatum vterum illum Mariæ, quæ Bonitatis præstantia, ad se traxit animi bona. In reliquis enim animus hominis purus S. Spiritus præsentiam capit: hîc autem caro fit spiritus receptaculum.* Id quod S. Damianus (u) *quandam dignitatis, & dignationis Immensitatem* appellat, *quam contremiscat omnis creatura & vix audeat aspicere* *r. Cus. in Dialogo de Annunc. Virg.* *s. Orig. orat. in Hypopanti Domini.* *t. S. Greg. Orat. de Nati. Dom.* *u. Dam. ser. 1. de Natiu. Domin.*

III. *Neque tamen ex Deipara creatura Deã facimus, aut diuinitatẽ illi adscribimus:* vt VVigandus, Caluinus, & Pomeranus nobis mendaciter imputant. I. *Sic enim Petrus Cluniacensis,* (x) totius Ecclesiæ nomine, profitetur: *Damnat Ecclesia Collyridianos, Mariam pro Deâ colentes.* Sic quoque S. Epiphanius (y) *Stultum est creaturam Deificare.* 2. Neque Deiparæ sacrificamus: licet in Liturgia Ipsam Aduocatã imploremus, sicut & Apostolos cæterosque Martyres. Variæ extant Liturgiæ priscæ, olim vsurpatæ: Vt Liturgia Iacobi Apostoli, Clementis, Basilij, Ambrosij *x. Clun. lib. contra Petrobusianos. ca. de venerat. S. Crucis.* *y. Epiph. hæresi. 79.*

brosij, Gregorij, Gelasij, Isidori. &c. Harum nulla memoriam omittit Deiparæ; nulla tamen ipsam Deam facit, sed patronam inuocat. 3. Etenim *non cælitus venit Maria cum corpore suo, neque Deus est;* vt S. inquit Epiphanius (z) Et rursus idem: (a) *Virgo ipsa erat, & honorata; non autem ad adorationem data.* Latreuticam intellige.

a. Epiph. cōtra Antidicomarianitas.

a. Hære. 79

Manet nihilominus, quod idem alubi docet. (b) *Maria, inquit, solo Deo excepto, cunctis superior existit.* Manet, quod Rupertus docet: (c) *Sic te honoramus, ô Virgo, vt veri Dei genitricem scientes; quia totus honor impensus matri sine dubio redundat in gloriam filij.* Manet, quod S. Bernardus profitetur. (d) *Quicquid in laudibus Matris proferimus; id ad Filium pertinere non dubium est. Et rursus, cū Filium honoramus, nos à gloria Matris non recedere. Nam, si iuxta Salomonem,* (e) *Filius sapiens est gloria patris, quantò magis gloriosum est, Matrem effici ipsius Sapientiæ.*

b. Epiph. 1. serm. laudatorio Mariæ.

c. Rup. libr. 6. in Cātica.

d. S. Bern. serm. 4. super Missus est.

e. Prou. 10.

Cultui Mariæ est iunctus plerumq; cultus Christi.

Hinc in Ecclesia nullas facilè reperies ad Deiparam conceptas, solennesque preces, in quibus non simul eiusdem Filij memoria celebretur & inuocatio. Exemplo nimirum Gabrielis Archangeli, qui, vbi dixisset, *Aue gratia plena*, addidit: *Dominus tecum* Exemplo Elizabetæ, laudem vtriusque iungentis: *Benedicta tu in mulieribus: Et benedictus fructus ventris tui.* Quos igitur Deus cōiunxit Matrē ac Filium; homo nō separet. Eam in cæteris, ob causam Matris quoque Corpus in cælos assumsit Sanctum, vt Suo esset coniunctum Sacratissimo Corpori, quod ipse prius ex illo formatum assumserat CRISTVS IESVS cum Matre benedictus in sæcula. Amen

Hactenus de Salutatione Angelica: multa illa quidem: sed fortè opinione magis, quàm rei veritate. Nam qui cùm vniuersim omnia, tum singula separatim propius inspexerit æquus rerum æstimator: equidem istam mihi ab ipso spo a

deo

spondeo sententiam: Me non multa: sed multùm scripsisse: Et multa tamen non tam dixisse, quàm comprehendisse: plura omisisse. Hoc dedita fa-ctum esse operâ: illud cum fide, & labore perfe-ctum. Quæ tamen scripsi, ea Rosarium, quo de agimus, haud paulò minus attinent; quàm ipsa Angelica Salutatio. Vt sine qua illud esse nullum queat; sine istis verò prorsus aut imperfectum, aut fortè etiam prauum & corruptum euadere debeat. Enimuerò quorsum, & quo cum fructu Rosarium orabis: si nescias, *in quod tendis, & in quod dirigis arcum?* Si ignores quemadmodum, aut quid Deiparam ores? 1. Ratio prolixioris tractatus de Salutatione.

Interea minimè infitias iuerim: multa hic potius Rosarium prædicaturis ad populum commoda: quàm id oraturis ad Deum Deiparamque, necessaria fore. Verùm vt istis res tot ac tantæ, in tam paucis, lectu minus iniucundæ, aut longæ videbuntur: ita hisce auditu, cognituque non inutiles accident. Simul vtrique intelligent, tam Salutatione Angelica, quàm Oratione Dominica Deum Opt. Max. coli, & necessaria nobis ab Ipso orari. 2. Causa. 3. Causa.

Istius item, quàm huius repetitionem in Rosario prorsus decuplò crebriorem consulere, quiuis intelliget, nostro in precibus tepori, (an torpori?) longas orationes citò fastidienti. Quantò enim breuior Angelica est, quàm Dominica Oratio: tantò libentius ordimur Rosarij pensum; in quo illius tantilla breuitate huius tantulam prolixitatem abundè compensamus. Quæ causa est, quod illa præ hac, toties repetatur in Rosario. 1. Causa repeti solitæ Salutionis in Rosario. De hoc vide infrà cap. 23.

Adhæc cognita non solum vtilitate, & commoditate: sed etiam dignitate Salutationis, locũ cum, qui patere posset, aut errori simplicium, aut furori 2. Causa,

furori hæreticorum, occupauimus, & ipsis præclusimus. Nimirum, ne vel opinentur boni, vel nobis affingant mali: in Rosarij precibus Deiparam præ Deo haberi, coli, & adorari tantò potius: quantò sæpius illius Salutatio, quàm huius Dominica repeti consueuit oratio. Cuius quidem repetitionis cùm illa est ratio, quam attuli: tum aliæ, de quibus inferius.

5. Causa. Neque etiam vnius crebrior repetitio, alterius esse minor æstimatio, rectè interpretari debet, aut potest. Quid enim, si vnius repetionem ad alterius minus sæpe iteratæ preculæ maiorem excellentiam vertero? Et è conuerso dixero: ideò illam Angelicam, non hanc Dominicam repeti, v illius dignitas multiplicatior, huius solitariæ præstantiam quodam modo exæquare posset: quo vna sola non posset, vtpote longè inferior? E quo Dominicæ Orationis vis & nobilitas decem parasangis Angelicam antecelleret Salutationem.

Verùm istud nec huius est loci: nec iudicij nostri: nec vllius pretij: Solius recte esse posse D Nos oremus, instemus: de Deo in simplicitate cordis sentiamus, & de ipsius bonitate, in omnibus inuocantes nomen suum, benè speremus. Po qui adhuc de singulis egimus: nunc de vtraque precula iunctim, quæ restant, paucis exequamur.

(∴)



CAPVT XVII.

DE ORATIONE DOMINICA; ET Angelica Salutatione iunctis, & inuicem comparatis.

HAud ſcio, priſca Eccleſiæ pietas Salutationem auxeritne prius ipſam antè, adiecto illo preculæ auctario: *S. Maria mater DEI ora pro nobis:* An iunxerit Orationi Dominicæ? Hoc ſcio, vtrumque olim factum reperiri in Liturgijs S. Iacobi Apoſtoli, Clementis Papæ, Baſilij Monachi, Chryſoſtomi Epiſcopi, ac cæterorum. Hi enim, ita ſolennes ſuas ſacrificandi formulas conceptis verbis compoſuerunt; 1. Vt, *pro more Apoſtolorum, ad Orationem Dominicam, oblationis Hoſtiam conſecrarent*, teſte S. Gregorio Magno, (a) 2. Vt & inter preces alias dictam quoque Salutationem recitarent; 3. Vt Salutationi adderent crebram Matris Dei inuocationem: teſtibus ipſis Liturgijs. Scio quoque iſtam precatiũculam, etſi multò vſitatam antè, ſub Epheſini tamen Concilij Oecuminici tempus ſolenniter, velut ex decreto, ad Salutationem vſurpari cœptam eſſe.

Aucta ſcitur Salutatio & ſubiuncta Orationi Dominicæ ſed quando neſcitur.

a. *S. Greg. in Regiſtro Epiſtola 63*

At quando Salutatio ad Dominicam Orationem recitari cęperit, vllum vſquam initij illius veſtigium adhuc neſcio. Cœpiſſe, & iam inde quidem à temporibus Apoſtolorum, *traditio eſt: nihil quæras amplius*, inquit Sanctus Chryſoſtomus.

b. *S. Proſper contra Callatorem. & Caſ Baro. to 5. anno. 431.*

c. Can. in Mariali lib. 5. cap. 10. Qua de re ita Canisius. (c) *Qui hodie Catholicam nomen profitemur non solum à Caluino, verùm etiam ab alijs aduersarijs incusamur quod solennem frequentemque morem, in Virgine Matre salutanda retineamus, atque defendamus. Ac longo quidem piæ vetustatis vsu comprobatum est; vt, qui Dominicam recitant precationem, Angelicam quoque Salutationem, quam isti petulanter arrodunt, statim adijciant.*

Cur Dominicæ orationi Angelica subijciatur oratio?

1. Quia, quę petitur salus in Dominica, cœpisse noscitur in Angelica.

Causam aduerte. *Etenim postquam diuina institutione formati, se per CHRISTVM adoptionis filios esse declararunt; &, quæ ad bona comparanda, malaque depellenda pertinent, à Patre suo cœlesti precati sunt; continuò ad sacrosanctam illius Virginis memoriã descendunt, quæ ipsis & mundo peperit Redemptorem, & humanæ salutis in Christo iecit quodammodò fundamenta.* Ecce, primam orantium intẽtionem, intueri Christum; alteram inde curam verti ad Christiparam consueuisse.

2. Quia Salutatio monet nominis Iesu in quo petendum est.

Huius porrò causam subijcit: *Etenim non satis est precari, nisi & eum, per quem impetret, precator obseruet: hoc est; vt Patrem oret in nomine Christi. Cùm verò Salutationem recitamus, statim CHRISTVS benedictus ille MARIAE Filius, omnisque gratiæ & eorum, quæ peti accipique possunt, perennis fons sese nobis offert; nostramque tum ad Orandum, tum ad obtinendum fiduciam auget vehementer.*

3. Quia reparatio Salutis per Christum & Mariam perfecta est.

Aliam eiusdem causam adijcit istam. *Deinde, cum Dominica precatione hanc Salutationem coniungimus, vt eò magis admoneamur, quòd, quemadmodum in lapsu humani generis sexus vterque concurrit, & communis mortalium perditio ex Adam & Eua profluxit: ita virum & mulierem, vt salus restituatur humana, diuinitus constitui atque adhiberi oportere.*

4. Quia gratias debemus Matri Redemtoris

Eiusdem causam rursus affert aliam. *Adhæc quoniam redemti sumus, & perpetuas Redemptori suo*

gratias

*tias agere debent, præsertim pro amplissimo Domi-
e Incarnationis Sacramento: commodè gratitudinem
ram hac Salutatione testamur. Nec MARIAM
m, & DEUM ipsum tanti beneficij Autorem ce-
amus, qui sanctissimam Virginem omnium cæle-
m donorum munere cumulauit, eamque perditis
s alteram Euam, hoc est, vitæ parentem donauit.*
tenus Canisius quoad causas sanctæ & Salu-
Consuetudinis de Oratione Dominica sa-
tioni Angelicæ subiungenda. Sequitur, vt de
usque inter sese comparatione agamus. Hanc
olim noster P. Alanus instituit, illa compul-
ccasione.

Iussu primùm ipsius Almæ Dei Genetricis;
etiam Filij Dei ipsi Alano vigilanti præsen-
e animo, apparentis, Psalterium Mariæ præ-
re cæpit Magnus ille cultor Mariæ, multis &
nis sequentibus signis, vt suprà liquet. (d) d. *Capite.* 4 & 8.
desitum diu Rosarium latè vulgauerat; &
, præter sermones varios & obtrectationes Apologiæ Alani occasio.
psum, accusationes quoque nec paucæ nec
æ de eo passim deponuntur: vt hisce demum
oscendis vni daretur negotium Ferrico de
iaco, Episcopo Tornacensi, viro iuxtà Re-
so ac docto. Hic Alanum rationem iubet
re ad nonnulla querelarum præcipua capi-
æ de ipsius prædicatione Rosarij iactaban-
lanus id etiam conscripto ad eum præstat
ogetico volumine.

eteris & ista obstringillabat querela. Quòd
mmendaret Salutationem Angelicam, vt
inicam Orationem posthabere videretur.
e de hoc ita ad Ferricum scribit, (e) [Cla- e. *Alanus in Apologia ca. 6.*
æ in Scientijs intelligentiæ ô Pastor ouium
ISTI. Fatua, vel potius curiosa munda-
a quærit auiditas.

Quid nobilius: Oratio Dominica: an Salutatio Angelica? si scirent Philosophi verbum dicentis, rerum comparationes esse odiosas; vtique digitum ori imponerent. Verùm, nulli contradicēdo, media ingrediar via. Quia medium tenuere beati.

Oratio Dominica præstat Salutationi

I. Dico istud, Venerande Præsul: Quod Dominica Oratio quinque modis præcellit Dominicam Annunciationem. *I.* Ex parte pronunciationis, quoniam Christus illam dictauit: hanc Gabriel. *II.* Quoniam Dominica Oratio verius habet rationē orationis; vt patet: loquendo theologicè, rhetoricè, & politicè; ex dictis Alberti & Thomę Angelica autē Annunciatio magis habet modum Salutationis. *III.* Dominica oratio explicitè continet cuncta à Fidelibus meritò petenda, & iustè fugienda: Non autem Angelica Salutatio, nisi implicitè. Ex dictis Augustini libro de Verbis Domini, & Alberti super Missus est. IV. Oratio Dom. manifestius fuit data Ecclesiæ ad orandum: vt patet *Matth.6.* quàm Dom. Annunciatio. V. Dom: Oratio magis aptatur humanæ affectioni, intelligentiæ, vtilitati, atque necessitati: Annunciatio verò Dom. concernit magis personam Christi & *Mariæ* Virg. quàm nostram, miseriam vel vtilitatem: ad minus explicitè.

1. Autore.
2. Genere Orationis.
3. Contēto
4. Fine.
5. Adiunctis.

Salutatio præstat Ora. Dominica.

II Sed Pro Annunc. Dominica quinque addo rationes, aliquomodo supradictam Orat. Dominicam excellentes. I. est Quòd Annunc. Dom. facta est in *Mariæ* Virgin. intemeratæ *Dei* Genitricis persona, siue pro ipsius persona: *Maria* autem multò maior est *M* litante Ecclesia, in cuius persona peroratur Oratio Dominica. Secundum Augustinum. *II.* Quoniam *Dominica* Oratio conuenit solum peccatoribus: ideò dicitur: Dimitte nobis: Et sic non potest verè conuenire Christo, nec *Mariæ* Virg. qui fuerunt sine peccatis.

1 Ob personam Cui facta est vtraque.
2. Quod ea vti etiam Christus possit.

itis: Nisi orare voluissent in persona Ecclesiæ: sed Dominica Annunciatio primariò est pro Christo, & Maria Virg. qui excedunt in immensum cunctos peccatores. III. ratio est theologica. Quoniam obiectum & finis, siue terminus formalis in Dominica Incarnatione fuit Vniri diuino supposito, siue Suppositum diuinum ipsum, quod fuit terminus generationis humanæ in Christo, & non Suppositum humanum. Hic autem terminus est infinitus formaliter: cùm sit Deus. Terminus autem formalis petitionis, Dominicæ orationis, est collatio bonorum creatorum, aut remotio malorum, quæ formaliter sunt finita & creata. IV ratio est naturalis, & metaphysica. Quoniam Annunciatio Dominica est per se index Christi, qui fuit principium Orationis Dominicę effectiuum: est & causa Orationis Dominicę, cùm sit initium totius Noui Testamenti: & non è contrà. V. est naturalis, & theologica. Quoniam Annunc. Dominica, per XXX. annos est prior Dominica Oratione. Et Christus & Virgo gloriosa in summis suis excellentijs dependentiam habent ex Annunciatione Dominica, Neuter verò eorum dependet in talibus ab Oratione Dominica. Primò non Maria: quia quodam modo fuit illius causa, propter Filium. Secundò non CHRISTVS: quia causa non dependet à suo effectu.

3. Ob obiectum & finem.


4. Est initium Euangelij.

5. Est prior tempore.

III. *Sed quid horum præponi debet in Psalterio Mariæ Virg. Dominica Oratio, an Salutatio Angelica?* *Respondeo*, quòd in huiusmodi ordinem ponere non volo necessitatis: sed tantùm congruitatis. Congruum enim est, ea, quæ sunt sponsi, præire illa, quæ sunt sponsæ.

Et si quæratur. *Cur magis dicantur. X. AVE MARIA semper Virgini Mariæ & vnum PATER NOSTER Saluatori?* Vel cur non potius contrà? *Ad primum dico,* quòd CHRISTVS est fundamentum Ecclesiæ, & omnium bonorum: fundamentum autem semper est vnum, secundum Chrysostomum: super ipsum plurima possunt fundari ædificia. *Ad secundum dico:* quòd Maria fidei non est fundamentum primum & potissimum, nec Dei donorum; ideò Psalterium non debet incipi per Aue Maria. Addimus etiam, quia multò longiora sunt Pater noster, quàm Aue Maria; ideò propter breuitatem, & hominum fragilitatem ponuntur plura *Aue* Maria, quam Pater noster.] Hactenus Alanus: simpliciter ille quidem, sed verè. In primitiua Ecclesia, scribit idem capite. 8. *Communitas Fidelium cupiens imitari exemplum orandi in Synagoga, in qua erant, C. & L. psalmi, accepit numerum eundem per Pater noster.* Hocque appellabatur Psalterium Christi. Pergit idem: *Sed quia hoc fuit nimis prolixum, tandem fidei feruore decrescente, defecit hoc Psalterium Christi maxima in parte:* successitq; Psalterium Mariæ: De cuius partibus egimus hactenus. Nunc de Partium Ordine atque ratione dicamus, donec iustum Rosarium totumque concinnemus.

Origo Psalterij Christi.



CA-

CAPVT XVIII.

DE PRECVM IN ROSARIO *dispositione, ac Numero generatim.*

PRincipiò Psalterium Mariæ definiendum est, ac diuidendum; tum ratio cuiusque assignāda. Sixtus Papa IV. id ita definit. (a) *Iste ritus, siue modus orandi Psalterium B.V. Mariæ vulgariter nuncupatur* in quo *quilibet, volens eo modo orare, dicit ad ad honorem Dei & Beatissimæ Virg. Mariæ: & contra imminentia mundi pericula, toties Angelicam Salutationem, Aue Maria, &c quot sunt Psalmi in Psalterio Dauidico: Videlicet, centies & quinquagies singulis decem Salutationibus huiusmodi Orationem Dominicam similiter præponendo:* Pius V. (b) *cum certis meditationibus, Domini nostri IESV Christi vitam demonstrantibus.* Similiter & alij definiunt Pontifices Romani. Partitur autem Iulius III. (c) ex Bulla Prædecessoris Clementis VII *Psalterium in tres partes diuidendo, videlicet in tres Quinquagenas:* quæ ipsius sunt totidem verba. Quid verò Quinquagena? Leo X. sic definit, (d) *Quinquagena præfati Psalterij*, seu vt Alexander: (e) *Rosarium, quinquaginta Aue Maria, & quinque Pater noster continet.* Ita Pontifices.

Istis addo libenter, malè Coronarios, verè Sexdecadicos, qui Rosarium aliud verbis, & benè, definiunt: aliud facto præferunt, inque sensus ingerunt. De quibus alubi differendum. Isti in suo Mannuali quodam SODALITATIS suæ ita describunt (f) *ROSARIVM apud Catholicos*

a. *Sixtus IV. in Bulla Ea, quæ ex fideliū. &c.*

Quid Psalterium?

b. *Pius V. Bulla: Consueuerunt Romani.*

c. *Iul. III. Sinceræ deuotionis affectus. &c.*

Quot partes Psalterij.

d. *Leo X. in Bulla: Pastoris æterni. &c.*

e. *Alex. in Bulla: Etsi gloriosos. &c.*

Rosarium quid descriptiuè?


f. *Man. Leodiense cap 2. parte 8.*

furori hæreticorum, occupauimus, & ipsis præclusimus. Nimirum, ne vel opinentur boni, vel nobis affingant mali: in Rosarij precibus Deiparam præ Deo haberi, coli, & adorari tantò potius: quantò sæpius illius Salutatio, quàm huius Dominica repeti consueuit oratio. Cuius quidem repetitionis cùm illa est ratio, quam attuli: tum aliæ, de quibus inferius.

5. Causa. Neque etiam vnius crebrior repetitio, alterius esse minor æstimatio, rectè interpretari debet, aut potest. Quid enim, si vnius repetionem ad alterius minus sæpe iteratæ preculæ maiorem excellentiam vertero? Et è conuerso dixero: ideò illam Angelicam, non hanc Dominicam repeti, vt illius dignitas multiplicatior, huius solitariæ præstantiam quodam modo exæquare posset: quod ex vna sola non posset, vtpote longè inferior? Ex quo Dominicæ Orationis vis & nobilitas decem parasangis Angelicam antecelleret Salutationem.

Verùm istud nec huius est loci: nec iudicij nostri: nec vllius pretij: Solius rectè esse posse Dei. Nos oremus, instemus: de Deo in simplicitate cordis sentiamus, & de ipsius bonitate, in omnes inuocantes nomen suum, benè speremus. Porrò qui adhuc de singulis egimus: nunc de vtraque precula iunctim, quæ restant, paucis exequamur.

(∵)



CAPVT XVII.

DE ORATIONE DOMINICA; ET Angelica Salutatione iunctis, & inuicem comparatis.

HAud ſcio, priſca Eccleſiæ pietas Salutationem auxeritne prius ipſam antè, adiecto illo preculæ auctario: *S. Maria mater DEI ora pro nobis:* An iunxerit Orationi Domini cæl Hoc ſcio, vtrumque olim factum reperiri in Liturgijs S. Iacobi Apoſtoli, Clementis Papæ, Baſilij Monachi, Chryſoſtomi Epiſcopi, ac cæterorum. Hi enim, ita ſolennes ſuas ſacrificandi formulas conceptis verbis compoſuerunt; 1. Vt, *pro more Apoſtolorum, ad Orationem Dominicam, oblationis Hoſtiam conſecrarent*, teſte S. Gregorio Magno, (a) 2. Vt & inter preces alias dictam quoque Salutationem recitarent; 3. Vt Salutationi adderent crebram Matris Dei inuocationem: teſtibus ipſis Liturgijs. Scio quoque iſtam precatiūculam, etſi multò vſitatam antè, ſub Epheſini tamen Concilij Oecuminici tempus ſolenniter, velut ex decreto, ad Salutationem vſurpari cœptam eſſe.

Aucta ſcitur Salutatio & ſubiuncta Orationi Dominicæ ſed quando neſcitur.

a. *S. Greg. in Regiſtro Epiſtola 63*

At quando Salutatio ad Dominicam Orationem recitari cęperit, vllum vſquam initij illius veſtigium adhuc neſcio. Cœpiſſe, & iam inde quidem à temporibus Apoſtolorum, *traditio eſt: nihil quæras amplius*, inquit Sanctus Chryſoſtomus.

b. *S. Proſper contra Callatorem. & Cæſ Baro. to 5. anno. 431.*

c. Can. in Mariali lib. 3. cap. 10.

Qua de re ita Canisius. (c) *Qui hodie Catholicam nomen profitemur, non solum à Caluino, verùm etiam ab alijs aduersarijs incusamur quod solennem frequentemque morem, in Virgine Matre salutanda retineamus, atque defendamus. Ac longo quidem piæ vetustatis vsu comprobatum est; vt, qui Dominicam recitant precationem, Angelicam quoque Salutationem, quam isti petulanter arrodunt, statim adijciant.*

Cur Dominicæ orationi Angelica subijciatur oratio?

1. Quia, quæ petitur salus in Dominica, cœpisse noscitur in Angelica.

Causam aduerte. *Etenim postquam diuina institutione formati, se per CHRISTVM adoptionis filios esse declararunt; & quæ ad bona comparanda, malaque depellenda pertinent, à Patre suo cœlesti precati sunt; continuò ad sacrosanctam illius* Virginis *memoriā descendunt, quæ ipsis & mundo peperit Redemptorem, & humanæ salutis in Christo iecit quodammodò fundamenta.* Ecce, primam orantium intētionem, intueri Christum; alteram inde curam verti ad Christiparam consueuisse.

2. Quia Salutatio monet nominis Iesu in quo petendum est.

Huius porrò causam subijcit: *Etenim non satis est precari, nisi & eum, per quem impetret, precator obseruet: hoc est; vt Patrem oret in nomine Christi. Cùm verò Salutationem recitamus, statim CHRISTVS benedictus ille MARIAE Filius, omnisque gratiæ & eorum, quæ peti, accipique possunt, perennis fons sese nobis offert; nostramque tum ad Orandum, tum ad obtinendum fiduciam auget vehementer.*

3. Quia reparatio Salutis per Christum & Mariam perfecta est.

Aliam eiusdem causam adijcit istam. *Deinde, cum Dominica precatione hanc Salutationem coniungimus, vt eò magis admoneamur, quòd, quemadmodum in lapsu humani generis sexus vterque concurrit, & communis mortalium perditio ex Adam & Eua profluxit: ita virum & mulierem, vt salus restituatur humana, diuinitus constitui atque adhiberi oportere.*

4. Quia gratias debemus Matri Redemtoris

Eiusdem causam rursus affert aliam. *Adhæc quoniam redemti sumus, & perpetuas Redemptori suo*

gratias

gratias agere debent, præsertim pro amplissimo Dominicæ Incarnationis Sacramento: commodè gratitudinem nostram hac Salutatione testamur. Nec MARIAM solum, & DEVM ipsum tanti beneficij Autorem celebramus, qui sanctissimam Virginem omnium cælestium donorum munere cumulauit, eamque perditis nobis alteram Euam, hoc est, vitæ parentem donauit. Hactenus Canisius quoad causas sanctæ & Salubris Consuetudinis de Oratione Dominica salutationi Angelicæ subiungenda. Sequitur, vt de vtriusque inter sese comparatione agamus. Hanc iam olim noster P. Alanus instituit, illa compulsus occasione.

Iussu primùm ipsius Almæ Dei Genetricis; tum etiam Filij Dei ipsi Alano vigilanti præsentique animo, apparentis, Psalterium Mariæ prædicare cæpit Magnus ille cultor Mariæ, multis & magnis sequentibus signis, vt suprà liquet. (d) Iam desitum diu Rosarium latè vulgauerat; & ecce, præter sermones varios & obtrectationes in ipsum, accusationes quoque nec paucæ nec paruæ de eo passim deponuntur: vt his de demum cognoscendis vni daretur negotium Ferrico de Cluniaco, Episcopo Tornacensi, viro iuxtà Religioso ac docto. Hic Alanum rationem iubet reddere ad nonnulla querelarum præcipua capita, quæ de ipsius prædicatione Rosarij iactabantur. Alanus id etiam conscripto ad eum præstat apologetico volumine.

d. *Capite.* 4 *&* 8.

Apologiæ Alani occasio.

In cæteris & ista obstringillabat querela. Quòd ita commendaret Salutationem Angelicam, vt Dominicam Orationem posthabere videretur. Sed de hoc ita ad Ferricum scribit, (e) [Clarissimæ in Scientijs intelligentiæ ô Pastor ouium CHRISTI. Fatua, vel potius curiosa mundanorum quærit auiditas.

e. *Alanus in Apologia ca.* 6.

Quid nobilius: Oratio Dominca: an Salutatio Angelica? Si scirent Philosophi verbum dicentis, rerum comparationes esse odiosas; vtique digitum ori imponerent. Verùm, nulli contradicēdo, media ingrediar via. Quia medium tenuere beati.

Oratio Dominica præstat Salutationi

I. Dico istud, Venerande Præsul: Quod Dominica Oratio quinque modis præcellit Dominicam Annunciationem. *I.* Ex parte pronunciationis, quoniam Christus illam dictauit: hanc Gabriel. *II.* Quoniam Dominica Oratio verius habet rationē orationis; vt patet; loquendo theologicè, rhetoricè, & politicè; ex dictis Alberti & Thomę Angelica autē Annunciatio magis habet modum Salutationis. *III.* Dominica oratio explicitè continet cuncta à Fidelibus meritò petenda, & iustè fugienda: Non autem Angelica Salutatio, nisi implicitè. Ex dictis Augustini libro de Verbis Domini, & Alberti super Missus est. IV. Oratio Dom. manifestius fuit data Ecclesiæ ad orandum: vt patet *Matth.6.* quàm Dom. Annunciatio. V. Dom: Oratio magis aptatur humanæ affectioni, intelligentiæ, vtilitati, atque necessitati: Annunciatio verò Dom. concernit magis personam Christi & *Mariæ* Virg. quàm nostram, miseriam vel vtilitatem: ad minus explicitè.

1. Autore. 2. Genere Orationis. 3. Contēto 4. Fine. 5. Adiunctis.

Salutatio præstat Ora. Dominica.

II Sed Pro Annunc. Dominica quinque addo rationes, aliquomodo supradictam Orat. Dominicam excellentes. I. est Quòd Annunc. Dom. facta est in *Mariæ* Virgin. intemeratæ *Dei* Genitricis persona, siue pro ipsius persona: *Maria* autem multò maior est *M* litante Ecclesia, in cuius persona peroratur Oratio Dominica. Secundum Augustinum. *II.* Quoniam *Dominica* Oratio conuenit solum peccatoribus: ideò dicitur: Dimitte nobis: Et sic non potest verè conuenire Christo, nec *Mariæ* Virg. qui fuerunt sine peccatis.

1 Ob personam Cui facta est vtraque. 2 Quod ea vti etiam Christus possit.

catis: Nisi orare voluissent in persona Ecclesiæ: Sed Dominica Annunciatio primariò est pro Christo,& Maria Virg. qui excedunt in immensum cunctos peccatores. III. ratio est theologica. Quoniam obiectum & finis, siue terminus formalis in Dominica Incarnatione fuit Vniri diuino supposito, siue Suppositum diuinum ipsum, quod fuit terminus generationis humanæ in Christo,& non Suppositum humanum. Hic autem terminus est infinitus formaliter : cùm sit Deus. Terminus autem formalis petitionis, Dominicæ orationis, est collatio bonorum creatorum, aut remotio malorum, quæ formaliter sunt finita & creata. *IV* ratio est naturalis, & metaphysica. Quoniam Annunciatio Dominica est per se index Christi, qui fuit principium Orationis Dominicę effectiuum: est & causa Orationis Dominicę, cùm sit initium totius Noui Testamenti: & non è contrà. V. est naturalis, & theologica. Quoniam Annunc. Dominica, per XXX. annos est prior Dominica Oratione. Et Christus & Virgo gloriosa in summis suis excellentijs dependentiam habent ex Annunciatione Dominica, Neuter verò eorum dependet in talibus ab Oratione Dominica. Primò non Maria: quia quodam modo fuit illius causa, propter Filium. Secundò non CHRISTVS: quia causa non dependet à suo effectu.

3. Ob obiectum & finem.


4. Est initium Euangelij.

5. Est prior tempore.

III. *Sed quid horum præponi debet in Psalterio Mariæ Virg. Dominica Oratio, an Salutatio Angelica?* *Respondeo*, quòd in huiusmodi ordinem ponere non volo necessitatis: sed tantùm congruitatis. Congruum enim est, ea, quæ sunt sponsi, præire illa, quæ sunt sponsæ.

Et si quæratur. *Cur magis dicantur. X. AVE MARIA semper Virgini Mariæ & vnum PATER NOSTER Saluatori?* Vel cur non potius contrà? *Ad primum dico*, quòd CHRISTVS est fundamentum Ecclesiæ, & omnium bonorum: fundamentum autem semper est vnum, secundum Chrysostomum: super ipsum plurima possunt fundari ædificia. *Ad secundum dico*: quòd Maria fidei non est fundamentum primum & potissimum, nec Dei donorum; id eò Psalterium non debet incipi per Aue Maria. Addimus etiam, quia multò longiora sunt Pater noster, quàm Aue Maria; ideò propter breuitatem, & hominum fragilitatem ponuntur plura *Aue Maria*, quam Pater noster.] Hactenus Alanus: simpliciter ille quidem, sed verè. In primitiua Ecclesia, scribit idem capite. 8. *Communitas Fidelium cupiens imitari exemplum orandi in Synagoga, in qua erant, C. & L. psalmi, accepit numerum eundem per Pater noster.* Hocque appellabatur Psalterium Christi. Pergit idem: *Sed quia hoc fuit nimis prolixum, tandem fidei feruore decrescente, defecit hoc Psalterium Christi maxima in parte*: successitq; Psalterium *Mariæ*: De cuius partibus egimus hactenus. Nunc de Partium Ordine atque ratione dicamus, donec iustum Rosarium totumque concinnemus.

Origo Psalterij Christi.



CA-

CAPVT XVIII.

DE PRECVM IN ROSARIO *dispositione, ac Numero generatim.*

PRincipiò Psalterium Marię definiendum est, ac diuidendum; tum ratio cuiusque assignanda. Sixtus Papa IV. id ita definit. (a) *Iste ritus, siue modus orandi Psalterium B.V. Mariæ vulgariter nuncupatur in quo quilibet, volens eo modo orare, dicit ad ad honorem Dei & Beatißimæ Virg. Mariæ: & contra imminentia mundi pericula, toties Angelicam Salutationem, Aue Maria, &c quot sunt Psalmi in Psalterio Dauidico: Videlicet, centies & quinquagies singulis decem Salutationibus huiusmodi Orationem Dominicam similiter præponendo:* Pius V. (b) *cum certis meditationibus, Domini nostri IESV Christi vitam demonstrantibus.* Similiter & alij definiunt Pontifices Romani. Partitur autem Iulius III. (c) ex Bulla Prædecessoris Clementis VII *Psalterium in tres partes diuidendo, videlicet in tres Quinquagenas:* quæ ipsius sunt totidem verba. Quid verò Quinquagena? Leo X. sic definit, (d) *Quinquagena præfati Psalterij,* seu vt Alexander: (e) *Rosarium, quinquaginta Aue Maria, & quinque Pater noster continet.* Ita Pontifices.

Istis addo libenter, malè Coronarios, verè Sexdecadicos, qui Rosarium aliud verbis, & benè, definiunt: aliud facto præferunt, inque sensus ingerunt. De quibus alubi disserendum. Isti in suo Mannuali quodam SODALITATIS suæ ita describunt (f) *ROSARIVM apud Catholicos*

a. *Sixtus IV. in Bulla Ea, quæ ex fideliũ. &c.*

Quid Psalterium?

b. *Pius V. Bulla: Consueuerunt Romani.*

c. *Iul. III. Sinceræ deuotionis affectus. &c.*

Quot partes Psalterij.

d. *Leo X. in Bulla: Pastoris æterni. &c.*

e. *Alex. in Bulla: Etsi gloriosos. &c.*

Rosarium quid descriptiuè?

f. *Man. Leodiense cap 2. parte 8.*

 licos

licos aliud nihil est, quàm sertum quoddam spirituale, mysticis vocibus ex Euangelio depromtis, tanquam rosis contextum; quod virginum Virgini Dei Matri offerimus. Serta enim virginum capitibus ornandis propriè adhibentur.

Quid definitiuè?

Sic autem propriè, & verè definiunt. *Rosarium autem constat Oratione Dominica quinquies, & Salutatione Angelica quinquagies repetita.*

Quid Psalterium? Sic ijdem ibidem. *Rosarium tertiò dictum efficit numerum Centesimum & quinquagesimum Salutationum qui est numerus Psalmorum Dauidicorum: à quo numero vocarunt trinum illud Rosarium B. Virginis.*

Ratio numeri.

Singulorum porrò rationem subijciunt: ne quicquam temerè tradere videantur. *Quinquies*, inquiunt, *in Rosario orationem Dominicam repetimus; vt quinque Vulnerum Christi memoriam refricemus. Salutationem verò Angelicam cuique orationi decies subijcimus; vt in mentem nobis veniat decem DEI Mandatorum. Eandem quinquagies toto Rosario iteramus; vt plenam peccatorum remissionem, (quæ quinquagenario numero Iubilæi in scripturis Sanctis significatur,) intercessione B. V. per merita Dominicæ Passionis consequamur.* Hæc illi: & satis ad cognitionem, ac vsum. Ad prædicationem verò nos etiam ista.

Ac primùm, misso Nomine Rosarij, de Numero precum in genere, hoc ponit zytima P. Cornelius Sneckis. (h) AN LICITVM SIT IN HIS, QVAE AD DEI, ET B. VIRGINIS MARIAE, ET SANCTORVM CVLTVM PERTINENT, VTI CERTO NVMERO? Idem continuò ita: RESPONDET AFFIRMATIVE, quod sic: vt patet in omni lege. PRIMO IN LEGE AETERNA per Essentiam, in qua est Personarum Trinitas cum Essentiæ vnitate, quæ

h. Corn ser. 12. alias 14. de Rosario. Numerus in precibus est licitus.

Deus

Deus est; qui ab æterno omnia constituit in numero, pondere & mensura (i) in modo, specie & ordine; & omnibus rebus perfectis indidit essentiam, potentiam, & operationem: qui etiam Angelos & homines in certo numero produxit, & prædestinauit. i. Sap. 11. v. 21.

II. IN LEGE NATVRALI, quæ est quædam participatio Legis Aeternæ, secundùm illud *Psalmistæ:* (k) Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. Nam in illa lege Decimæ initium sumserunt, quæ in Ministrorum Ecclesiæ sustentationem, & *D*ei cultum institutæ sunt: vt patet Gen. 14. Abraham etiam tria sata similæ commisceri fecit, & tamen vnum tantum vitulum saginatum occidi fecit, ad offerendum tribus Angelis, qui ei apparuerunt: vt patet Gen. 18. Mysterium Trinitatis cum Essentiæ vnitare designans: vnde etiam, licet tres viderat, tamē vnum tantum adorauit. k. Psal. 4. v. 7.

III. IDEM PATET IN LEGE DIVINA. Et primò in Veteri, deinde in Noua. In VETERI quidem, quia in ea Oblationes & Sacrificia offerri sub certo numero præcipiebantur. *I*tem certi ministri, certi dies festi, & certi actus erant in ea ordinati ad Dei cultum: vt patet in libris Exodi, Leuitici & Numerorum. Completo etiam Salomonis tabernaculo, Principes populi sub certo numero munera obtulerunt: vt patet Num. 7. & 1. Paralipomenon 8. Dauid etiam certum numerum Cantorum & Ianitorum, qui per vices suas Domino seruirent, instituit: vt patet 1. Paralipo. 23. & 24.

IV. DEMVM ETIAM IN LEGE NOVA hoc patet. Nam Christus certo tempore nasci, circumcidi, in templo offerri, baptizari, & prædicare voluit, similiter pati, resurgere, & in cælum ascendere. *A*postolos & discipulos in certo nu-

licos aliud nihil est, quàm sertam quoddam spirituale, mysticis vocibus ex Euangelio depromtis, tanquam rosis contextum; quod virginum Virgini Dei Matri offerimus. Serta enim virginum capitibus ornandis propriè adhibentur.

Quid definitiuè?

Sic autem propriè, & verè definiunt. *Rosarium autem constat Oratione Dominica quinquies, & Salutatione Angelica quinquagies repetita.*

Quid Psalterium? Sic ijdem ibidem. *Rosarium tertiò dictum efficit numerum Centesimum & quinquagesimum Salutationum qui est numerus Psalmorum Dauidicorum: à quo numero vocarunt trinum illud Rosarium B. Virginis.*

Ratio numeri.

Singulorum porrò rationem subijciunt: ne quicquam temerè tradere videantur. *Quinquies, inquiunt, in Rosario orationem Dominicam repetimus; vt quinque Vulnerum Christi memoriam refricemus. Salutationem verò Angelicam cuique orationi decies subijcimus; vt in mentem nobis veniat decem DEI Mandatorum. Eandem quinquagies toto Rosario iteramus; vt plenam peccatorum remissionem, (quæ quinquagenario numero Iubilæi in scripturis Sanctis significatur,) intercessione B. V. per merita Dominicæ Passionis consequamur.* Hæc illi: & satis ad cognitionem, ac vsum. Ad prædicationem verò nos etiam ista.

h. *Corn ser. 12. alias 14. de Rosario.* Numerus in precibus est licitus.

Ac primùm, misso Nomine Rosarij, de Numero precum in genere, hoc ponit zytima P. Cornelius Sneckis. (h) AN LICITVM SIT IN HIS, QVAE AD DEI, ET B. VIRGINIS MARIAE, ET SANCTORVM CVLTVM PERTINENT, VTI CERTO NVMERO? Idem continuò ita: RESPONDET AFFIRMATIVE, quod licet vt patet in omni lege. PRIMO IN LEGE AETERNA per Essentiam, in qua est Personarum Trinitas cum Essentiæ vnitate, quæ

Deus

Deus est; qui ab æterno omnia constituit in numero, pondere & mensura (i) in modo, specie & ordine; & omnibus rebus perfectis indidit essentiam, potentiam, & operationem: qui etiam Angelos & homines in certo numero produxit, & prædestinauit. i. Sap. 11. v. 21

II. *IN LEGE NATVRALI*, quæ est quædam participatio Legis Aeternæ, secundum illud Psalmistæ: (k) Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. Nam in illa lege Decimæ initium sumserunt, quæ in Ministrorum Ecclesiæ sustentationem, & Dei cultum institutæ sunt: vt patet Gen. 14. Abraham etiam tria sata similæ commisceri fecit, & tamen vnum tantum vitulum saginatum occidi fecit, ad offerendum tribus Angelis, qui ei apparuerunt: vt patet Gen. 18. Mysterium Trinitatis cum Essentiæ vnitate designans: vnde etiam, licet tres viderat, tamē vnum tantum adorauit. k. Psal. 4. v. 7.

III. *IDEM PATET IN LEGE DIVINA.* Et primò in Veteri, deinde in Noua. In VETERI quidem, quia in ea Oblationes & Sacrificia offerri sub certo numero præcipiebantur. Item certi ministri, certi dies festi, & certi actus erant in ea ordinati ad Dei cultum: vt patet in libris Exodi, Leuitici & Numerorum. Completo etiam Salomonis tabernaculo, Principes populi sub certo numero munera obtulerunt: vt patet Num. 7. & 1. Paralipomenon 8. Dauid etiam certum numerum Cantorum & Ianitorum, qui per vices suas Domino seruirent, instituit: vt patet 1. Paralipo. 23. & 24.

IV. *DEMVM ETIAM IN LEGE NOVA* hoc patet. Nam Christus certo tempore nasci, circumcidi, in templo offerri, baptizari, & prædicare voluit, similiter pati, resurgere, & in cælum ascendere. Apostolos & discipulos in certo nu-

mero habuit. Certos etiam homines ex quinque
l. Matth. 14. 17. panibus, & duobus piſcibus ſatiauit: (l) *Piſces* etiam in certo numero (m) non ſine ſingulari my-
m. Ioan. 21. 11. ſterio Petrus ad litus traxit. In hac etiam *Noua* Lege certa ſunt præcepta Sacramenta ſeptem: & ſeptem dona Spiritus Sancti: 12. articuli Fidei: 7. orationis Dominicæ petitiones: certa miſericordiæ opera corporalia, & ſpiritualia: quibus omnibus Deus & veneratur, & colitur.

V. PATET HOC IN LEGE HVMANA. Et primò Eccleſiaſtica, deinde Ciuili. Eccleſia enim laudat Deum in 7. Horis Canonicis: vt eſt Textus & Gloſſa in c. 1. de Celeb. Miſſ: Secundum
n. Pſal. 118. 164. illud Pſalmiſtæ: (n) Septies in die laudem dixi tibi. *Iura* etiam Ciuilia certo numero vtuntur, vtpote in mandatis, præmijs & pænis. Vnde etiam Gentiles ternario numero in ſuis Sacrificijs vtebantur. *In* cuius ſignum dicit Philoſophus: (o)
o. Ariſt. li. 1. de Cælo. quòd per hunc numerum ternarium exhibuimus nos ipſos magnificare Deum. Plurimi etiam *San*cti Deum coluiſſe leguntur ſub certo numero orationum, & bonorum operum. Vt patet de B. Bartholomæo, qui centies per diem, & noctem
p. In Ordinario nouo apud Sur. to 4. Ex Metaph. genua flectebat. (p)

VI. PATET IN LEGE FVTVRA, SIVE CAELESTI gloriæ, in qua Deus tribus animæ dotibus, & quatuor corporis dotibus hominem glorioſum facit: & nouem ordinibus Angelorũ, & tribus Hierarchijs, ac certis *Sanctorum* choris continuò collaudatur, & in æternum collaudabitur. Quid plura? Reuera ſecundum Bonifacium 8. in principio Sexti: Numerus, qui eſt certus & perfectus, non ſolum rebus agendis formam tribuit: verum etiam ipſis moribus diſciplinam præbet.] Hactenus P. Cornelius de precum Numero vniuerſim. Nunc porrò nos de ſingulis ſingulatim.

CAPVT XIX.

DE NVMERO SALVTATIONVM *Angelicarum CL. in Psalterio* MARIAE.

TRes præcipuos reperio Prædicatores, qui de Numeris istis scripserunt. Ex ijs, quę singuli abent singularia, hic reddam: communia non petam. Ac primùm noster P. Alanus totidem erbis ista ad Episcopum Ferricum. (a) De Nume.).C. & L. [Grādis mouetur quæstio.] *Cur in Psalrio Virg. Mariæ ponuntur C. & L. Aue Maria? Ad c respondeo*: [Quòd hoc non est superstitionis uusquam: sed imitationis Ecclesiæ. *I.* Nam pro & L Psalmis Dauidicis ponuntur in Psalterio oc Angelico tot Aue *M*aria. Vt ita sæculares omines conformentur Ecclesiæ, in numero hoc ictissimo: non profano, sed biblico & catholi. II. Amplius: Quoniam Christus, & Virgo oriosa prophetatur in C & L Psalmis Dauidis, cundum totidem virtutes & eminentias. Vt Glossa Magistri, & Augustini, Ambrosij, & ssiodori manifestius habetur. Inde pro tot eminentijs tot figurarum congruum est Mariam extllere totidem præconijs Angelicis.

a. Ala. in Apol. cap. 5. Cur in Psalterio CL Aue Maria?

1. Quia tot sunt psalmi Dauidici.

2. Tot prærogatiuæ Christi & Mariæ in psalmis prophetantur.

Alan lib. de Dignit. Psalterij B.V. cap. 8.

. Bona etiam valde annectitur ratio figuræ. Certum est enim, quod in Arca Noë, & in abernaculo Moysis, atque in Visione Ezechiede *D*ei nouo templo *S*alomonis numerus hic & L, frequentius inuenitur: varijs tamē modis. merus autem in figura denotat numerum ndem in re aliqua figurata: secundum omm Doctorum sententiam: cum numerus

3. In V. Test. 18 numerus est mysticus.

sit

ſit de ratione Bibliorum; ſicut & res per numerũ eundem memorata. Cùm igitur prædicta ſint figuræ veriſſimæ Virginis Mariæ, ſecũdum Theologos: liquidius patet quæſtionis diſſolutio.

4. Tot ſunt in homine naturales corporis habitudine, pro quibus orandum eſt. *Eadẽ apud Clem. Loſſovv ſer. 4. de Roſar.*

IV. Conſequenter Phyſica ratio additur. Conſtat enim 11. eſſe cælos, hoc eſt, Cælum Empyreum, Primum Mobile, Chryſtallinum, Stellatũ, Saturni, Iouis, Martis, Solis, Veneris, Mercurij, & Lunæ: Sunt autem & 4. Elementa: quæ ſimul faciunt 15. Sub quibus omnis homo hîc neceſſario viuit. Et cum hominum vita in quolibet horum 15. diſtinguatur per modos 10. ſecundum 10 Prædicamenta, quæ ſunt, Subſtantia, Qualitas, Quantitas, Relatio, Actio, Paſſio, Situs, Tempus, Locus, & Habitus: Inde patet, quòd omnis homo habet in ſe C & L habitudines naturales: Et illę cũ ſtent ſub dominio Chriſti & Virg. Mariæ, Verè congruum eſt, pro conſeruatione in iſtis, & malorum fugâ oppoſitorum, in tantis laudibus Virginem laudare Mariam.

5. Tot ſunt virtutes morales exercendę.

V. Deinde Morali ratione oſtenditur. 15. enim ſunt virtutes principales: Fides, Spes, Charitas, tres Theologicæ: 7. capitales: vt Humilitas, Amicitia, Diligentia, Patientia, Liberalitas, Abſtinentia, & Caſtitas. 4. Cardinales; vt Prudentia, Iuſtitia, Temperantia, Fortitudo. Demum ſunt Religio & Pœnitentia. Ad iſtas verò, ſecundum Doctores, reducuntur omnes mundi Virtutes. Quælibet etiam harum ordinatur, tanquam ad finem, ad cuſtodiam mandatorum Dei. Secundum Magiſtrum, & Theologos. Cùm igitur quindecies decem ſint C, & L, patet quod ſunt C & L Virtuales habitudines Fidelibus neceſſariæ. Ergo pro his obtinendis, & contrarijs fugiendis, conueniens eſt Mariam ſic in tali numero ſalutari. Quoniam, ſecundum Bernardum, non obtinemus aliquid à Deo, niſi trãſeat per manus Mariæ.

VI. Ex

Exinde venit etiam alia ratio Moralis ista. n sint 15. peccata mortalia: quæ sunt super. Auaritia, Luxuria, Inuidia, Gula, Ira, Acedia, idelitas, Desperatio, Præsumtio, odium Dei, prudentia, Iniustitia, Impœnitentia, & Irre- aritas Hæc autem peccata inimicantur cuili- Mandatorum Dei, quamuis non eodem mo- . Sunt ergo C, & L habitudines peccatorum. ibus correspondent totidem demerita & pæ- e in isto mundo, & in alio, siue in purgatorio, ue in inferno. Cùm secundum modum delicti, t plagarum modus Sicut & iuxta C, & L, Virtu- um habitudines sunt totidem merita, & præmia. Verè igitur pro his causis Maria iustè est laudan- a per numerum hunc C, & L.

6. Tot sunt peccata præcipua deuitanda.

VII. Fortius etiam patet rationabilis hæc numeratio ex natura rationali: In quolibet enim homine sunt 15. potentiæ naturales, hoc est, sensus V. exteriores, V, interiores, vt sensus communis, Imaginatio, Phantasia, æstimatiua, & memoria. Quinque potentiæ superiores, vt Motiua, sensualitas, Intellectus agens, passibilis, & Voluntas. His omnibus Beatissima Virgo pro se & pro nobis in decem mandatis Domini seruiuit sine querela; vt sic habeantur in Ipsa meritorij actus C & L per formales habitudines, Et hæc eadem fuerunt in suo Filio; & pro eisdem totidem præmia habuerunt singularia in mundo, & nunc possident in cælo. Sunt igitur pro tantis meritis iure laudandi in numero tali. Vt & à nobis in bona habeantur, & mala fugiantur.

7. Tot sunt sensus & potentiæ animæ.

VIII. Denique cùm omnis homo ad minus vnam horam in die, ex iure naturali & diuino debeat Deo; & suffragium hoc Psalterij hora cōpleatur vna in tali numero: congruum videtur id esse ad debitum tale persoluendum in tali numero. Cùm enim numerus maior in re bona faciat

8. Hoc congruum videtur esse pensum diurni & horarij seruitij Dei.

ad maiorem

ad maiorem bonitatem, quàm numerus minor: ideò plus valent C & L Aue Maria, quam pauciora.] Hæc Alanus.

b. *Scnekis serm. 12. alias 14. de Rosario.*
9. Sic Figura præsignat.

IX. P. Cornelius Scnekis, (b) aliam congruentiam numeri rationabilem refert istis verbis. [Patet etiam ratio huius numeri ex Domo saltus Libani, per quam etiam Beata virgo fuit figurata. Erat autem Domus illa C. cubitorum longitudinis, & L latitudinis, vt patet tertio Regum septimo. *In* qua nimirum eius longitudo & latitudo charitatis & misericordiæ exprimitur: dicente Bernardo: (c) Latitudo eius replet orbem terrarum, vt sua quoque misericordia plena sit omnis creatura. Longitudo eius vsque in diem longissimum inuocantibus eam subuenit vniuersis. *S*ublimitas eius, ciuitatis supernæ inuenit restaurationem: & Profundum eius sedentibus in tenebris & vmbra mortis obtinuit redemtionem.] Ita Sceneckis.


c. *S. Bern. ser. 4. de Assumt. B. Virg.*

d. *Lutzen. serm. 5. de Rosario.*
10. Sic rosa Hierichuntina significat.
e. *Gen. 8.*
f. *Psal. 21. 1. vsque ad Psal. 30. 6.*
g. *Ioan. 21.*

X. Rursus aliam affert Pater Bernardus Luxenburgius, (d) verisimilitudinem de numero hoc. *Primò*, MARIA, inquit, [est Rosa Hiericho. *In* Hiericho autem rosæ quædam crescunt, quæ Centum & Quinquaginta folijs adornantur. *Porrò* hic numerus præfiguratus est. Et primum tempore diluuij. Postquam enim ira Dei in misericordiam commutata est, aquæ diluuij cæperunt post CL. dies diminui. (e) *Secundò* Item CRISTVS in Cruce pendens, Centum quinquaginta versus est complexus, orans ab illo (f) DEVS, Deus meus, quare & cætera, vsque ad illum inclusiuè: *In* manus tuas, & cætera, *Tertiò*, Hæc Aue MARIA sunt illi Centum quinquaginta tres, pisces magni, quos cœperunt Apostoli in præsentia CHRISTO, post suam resurrectionem. (g) Per tres vltimos

›s intelligitur Credo, quod (h) ad Psalterium h. Corn.
ur. Senekis ser.
cedeo ad Alanum, qui ex facti sibi à Deipara 12. vel 14.
elatione, XXI. rationes, cur in Psalterio C. & i. Alan. lib.
ue Maria sint, annotauit istas (i) [1. Quia in de dignit.
terio Dauidis sunt CL. psalmi. 2. Quia CL. Psalt. B. V.
dia habui in Conceptione Filij mei, & in ge- cap. 15.
ione illius virginali, per Raptus, visiones, Re- 1. CL. Psal-
ationes, Spiritus Sancti inspirationes, inter- mi sunt.
que mentis inflammationes. 3. Quia, CL. gau- 2. CL. gau-
habui animæ & corporis, secundum omnes dia Mariæ
tes corporis, & sensus, in Filij mei natiuitate, in Concep
nutritione. 4. Quia habui CL. gaudia de Filio tione.
co iam adulto, cum prædicaret, mundum con- 3. CL. Gau
rteret, nouam Legem daret, &c. 5. Quia habui dia in Nati
L. dolores in passione Filij mei. L. sum passa à uitate.
mprehensione eius vsque ad sepulturam: sed 4. CL. gau
alios à meo reditu montis Caluariæ in Ierusa- dia in vita
m, vsque ad resurrectionem. Quantum enim 5. CL. Do-
naui, tantum & dolui. Quantum in eius Con lores Com
eptione & Natiuitate eram gauisa, tantum fui passionis.
eius passione contristata. 6. ratio. Quia Fili- 6. CL. Do-
s meus in mundum veniens, conuersando, præ- na Christi
icando, miracula edendo. &c. CL. dona illi con- data orbi.
ulit tam corporis, quàm animæ; puta sanatio- 7. CL. Do-
iem, fugam dæmonum, doctrinam, &c. 7. Quia lores Chri-
Dominus Iesus in sua passione habuit CL. dolo- sti patiētis.
res principales in partibus sui 15. in quinque sen- 8. CL. gau
sibus externis, in 5. internis, in 5. potentijs animæ. dia resur-
8. Quia Filius meus, quoad corpus habuit CL. gentis.
gaudia post resurrectionem. Et ego totidem de 9. CL. Fru-
eius apparatione sæpius facta mihi. 9. Quia Passi ctus passio-
onis Domini sunt CL. fructus mundo collati nis.
totidemque sunt eius Incarnationis, puta, sapi- 10. CL. vir-
sentia, auxilium, mori mundo, &c. 10. Quia sunt tutes.
CL. virtutes necessariæ ad salutem. 11. Quia 11. CL. vi-
sunt CL. vitia ijs opposita. 12. Orandum est cōtra tia.

CL. cala.



CAPVT XX.

E NVMERO TERNARIO TRIVM Quinquagenarum in vno Psalterio.

ALter in Psalterio mysticus est numerus TERNARIVS, TRIVM scilicet QVINQVAGENARVM; in quas Psalterium iiditur. De hoc ita Christianè philosophatur anus. (a) [Gloriam Mariæ ampliabimus, ostenendo quod conuenienter tres Ipsi Quinquagenę bentur. I. Quinquagesimus enim annus, secunam Legem, fuit annus Iubilæus, hoc est, pacis, equiei, & Libertatis: Maria autem, secundum Hieronymum, Regina est Iubilæi Naturæ; Iubiei Legis Mosaicæ, quę fuit data quinquagesimo ie ab exitu de Aegypto; Estque regina iubilæi Legis gratiæ, quæ fuit data consummatiuè in die Pentecostes, die Quinquagesimo à resurrectione I. Sunt etiam tres Iubilæi in cælo, secundum Augustinum; hoc est, Visionis, Fruitionis, & Cōprehensionis, qui sunt fines omnium meritorum nostrorum. Pro his ergo meritò tres Quinquagenæ tantæ sunt Virgini offerendæ.] Et paulò pòst. [Vnde Virginem vidi quandam, quæ post Dominicam communionem vidit gloriosam Virginē Mariam coronatam triplici corona. In vna erant Rosæ L: in altera Lilia L: in tertia Gemmæ L. Et non dubito Virginem hanc verum vidisse.

a. *Ala. lib Apologetico cap.* 5.

Tres Iubilæi in via.

Tres in patria.

Quod idem scribit Alanus, nostro S. Dominico aliquando videnti vigilantiq; fuisse diuinum

oblatum Visum: ex quò ipsi vnius Psalterij Trium Quadragenarum ratio, per schema quoddam sensibus subiecta, altius in animum descenderet; id totidem hic verbis reddam. (b) *Cùm B. Dominicus in partibus Tolosanis contra hæreticos instanter prædicaret, & vix paucos tamen conuerteret; Ardens ipse charitate totum se ad orandum dabat, tribus diebus ac noctibus continuè orans, & se disciplinis in cauerna Syluestri, rubis ac sensibus affligens, vt penè excoriatus videretur:* dum semianimis corrueret. (compendio referam) Ecce adest pugili suo Deipara, cum illustri Virginum choro: in quibus tres eximiæ Reginarum similes, stipantibus singulas Virginibus quinquaginta visebantur. Regina cœli, vt vires defecto reddidit, sic eam est affata. *Dilecte, S. Trinitas, ad deuincenda mundi peccata, elegit Psalterij Angelici arma; quod est totius Noui Testamenti fundamentum. Propterea si vis prædicando fructum, quem optas, peragere; prædica Psalterium meum, & mox senties Beatissimæ Trinitatis auxilium.* Psalterium Angelicum autor hîc Salutationem Angelicam appellat.

b. Ala. lib. de dignitate Psalt. B. V. cap. 4.

S. Dominici zelus animarum

Dixit; simul ipsi formam Psalterij MARIAE instituendi, prædicandique ad oculum demonstrans inquiebat: [In signum TRES mecum adsunt Reginæ, Beatissimam designantes Trinitatem. *Prima*, vt vides, induta est albissimis vestimentis, designans Patris Potentiam: quam ostendit in Filij sui ex me sanctissima Incarnatione. Et habet L. puellas istas candidissimas: quæ præfigurant primum Iubilæum gratiæ & gloriæ esse in Patre per Potentiam. *Secunda* rubicundissimis induta vestibus, designat secundã Personam Trinitatis Christũ, qui pro toto mũdo mortis pertulit passionẽ. Habetq; secũ qui similes sui Quinquaginta puellas, signantes alterũ Iubilæum gratię & glo-

S. Trinitatẽ in tribus Quadrag. honorari; Schema 1.

gloriæ, per Paſſionem CHRISTI. Tertia Regina clariſſimis induta veſtimentis, deſignat tertiam Perſonam Trinitatis: Habetque ſecum Quinquaginta puellas conſimiles, figurantes tertium Iubilæum Sanctorum per gratiam & gloriã in S. Spiritu.

B.V. eſt Regina Iubilæorũ.

Et quoniam iſtorum TRIVM IVBILAEORVM ſum Regina in Patria, & in Via, vbi tres ſunt Iubilæi, Naturæ, Legis Scriptæ, & Gratiæ; quorum ſum Domina: ideò in Via & in Patria B. Trinitas mihi Sanctificauit numerum iſtum Centum quinquaginta iubilæorum. In quo prima Quinquagena eſt de Incarnatione Filij mei candida & Virginea. Secunda, de Paſſione Filij mei rubicundiſſima & pænoſiſſima. 3. de Filij mei glorioſiſſima reſurrectione, & Deitate, & Sanctorum gloria.] Hactenus Deipara apud ſuum Alanum noſtrum. Quæ eò recitaui libentius, vt intelligatur, vnde S. Dominicus Pſalterij diſpoſitionem tripartitam acceperit; cuius inſtitutionem iam inde vſque à primis Chriſtianis inuentam ac traditam acceperat. Simul vt cognoſcatur Pſalterium & eſſe, & dici oportere Trinitatis potius, quam MARIAE. quòd finis ſit medio potior: at Sancta Trinitas eſt finis, Beata Virgo autem, eiuſque Salutatio medium eſt noſtræ ad Pſalterium orationis. Sit igitur primus, ſit vltimus in orantis mente Deus, dein proxima Deipara. Ita ſuum Ipſa informauit de Pſalterio S. Dominicum. Sic Inſulanus in libello de Pſalterio Trinitatis.

Finis & obiectum Cui oratio nis in Roſario.

Huc ſimiles referendæ ſunt figuræ, quæ ad humanum aptæ captum, diuerſis apud Alanum paſſim diuinitus exhibitæ leguntur. Vt nobili Luciæ, viduæ in Hiſpanijs, (c) quæ certum vnum, ſed trifurcatum, in Symbolum Pſalterij, non

Schema 2. c. *Ala lib. de Dignit. Pſalt. B.V.*

diuinitus vidit solum; sed & in manibus ipsa suis tulit, donec totus esset exustus. Eum Deipara ipsi in Turcia captiuæ, inque bouili inter pecora Rosarium peroranti, tradiderat.

Schema 3. Ipsi quoque Alano, Psalterium prædicare iusso diuinitus, illius simul spectaculum fiebat à Deo; ex quo, & quæ prædicaret, intuendo discebat: &, vt feruentius prædicaret, inardescebat. Arborem videre sibi videbatur, (vt ipse scribit:) (d) ex cuius vno scapo tres rami surgebant principes, quorũ quisque in L. alios sese expandebat, cum ingenti fructuum & copia, & varietate, & præstantia.

d. *Ala. ibid. cap. 12.*

Schema 4. Eidem, alio pòst tempore, tres visendi splendoris ciuitates ostendebantur (e) quarum alia ex sese in aliam superiorem præstabat viam; 1. ex auro & argento, 2. ex gemmis, 3. ex stellis videbatur cõstructa; 1. ab signis & imaginibus Infantię, 2. passionis, 3. glorificationis Christi spectanda erat & admiranda.

e. *Ala. ibid. cap. 30.*

Schemata alia. Albigensi cuidam Episcopo, per S. Dominicũ conuerso, idem, sed alia sub specie, videre contigit: (f) tam idem ostendebatur sub figura Pontis, cum tribus prealtis & amplis turribus, strati super mersas diluuio terras: Alias sub specie catenæ, in abyssum luti ex alto demissæ, qua mersi educebantur: Aliàs sub imagine salutiferę Nauis: istius inquam Mulieris fortis: (ff) Alijs alio sub schemate res eadem legitur esse monstrata.

f. *Ala. ibid. cap. 30.*

ff. *Ala. ibi. cap. 47.*

Illud verò illustre, quod S. Dominicum videre dignatus est Deus (g) in Catharina quadam, nobili ab imaginibus, & criminibus Romana lupa; sed ęquè post facta tam ad pœnitentiam, quàm prius ad libidinem strenua. Hac orante primam Quinquagenam, videbat S. Dominicus puerum coram ea: ex quo fontes quinque, ex his autem L. riuuli ad purgatorias animas promanabant: Ad alteram, cernebat virum, è cuius vulneribus absiste-

g. *Ala. ibid. cap. 23.*

ab sistebant flumina L, per omnem orbem Christianum rapidè profluentia Ad 3. Quinquagenam intuebatur coram eâ astare eundem sole clariorem, ex quo ad omnes Cælites alij L. fluuij exibant. Quę, aliaque similia numerum in Psalterio Ternarium Quinquagenarum præclarè demonstrant, ac orandi modum Psalterij edocent.

Adijciam his, quam apud P. Bernardum Luzenburgium (h) Ternarij, in partiendo Psalterio, congruentiam reperio. *In tribus*, inquit, *Quinquagenis Dauidicis, intelligentiæ dantur spirituales intelligi. Prima enim Quinquagena in psalmo pœnitentiali terminatur. Secunda, post peractam pœnitentiam, misericordiam & iudicium promittit. Tertia, Laudes Dei, & Sanctorum concludit. Conformiter Fratres de Rosario B. Virginis in prima Quinquagena, vt Incipientes, de peccatis veniam efflagitant. In secundo Torno Quinquagesimali, vitæ emendationem, quæ in quadam iustitiæ æqualitate consistit, pronunciat. In tertio Ordine hic & in futura patria Deum, eiusque Genitricem in Psalterio Decachordo, cum omnibus Sanctis laudabunt.* Sic ille.

h. Luzenb. serm. 15. de Rosar.

Pœnitentia, Emendatio, Gratiarũ actio sunt trium Quinquagenarum intentio.


Similem planè tripartitam, Dauidici psalterij diuisionem reperio in fronte Breuiarij nostri, ex S. Augustino petitam, verbis istis: (i) *Psalmorũ, inquit, Canticum diuiditur in tres Quinquagenas; quibus tres status Christianæ religionis significantur. Quorum primus est in Pœnitentia Secundus in Iustitia: Tertius in laude vitæ æternæ.* Ex quo liquet, vnde Mariani sit Psalterij desumta partitio, partitionisq; ratio, in tres facta Quinquagenas.

i. Breu. Ordinis Prædicatorum Hippolyti. de festo Rosarij.

Qua de numeri Quinquagenarij mystica in sacris passim literis significatione, multa præclarè collegit, & SS. Patrum attestatione confirmat, Hieronymus Lauretanus. (k) Quæ singula in Rosarij preces, precumque numerum non solum aptè quadrant; sed etiam vtilissimè possent inter

k. Hier. Laur. in Appendice ad Syluam Allegoricã S Scripturæ.

orandum ad idem cum animo pertractata vsurpari, ac considerari. Eò Lectorem remitto, supersedens transcriptione. Nunc alia ex alijs, ad idem institutum propiora, magisque propria subijciam.



CAPVT XXI.

DE NVMERO QVINQVAGENARIO *Salutationum, & Quinario Dominicarum Orationum in Rosario siue Corona.*

TERTIVS igitur in Psalterio numerus est, QVINQVAGENARIVS Salutationum Angelicarum in singulis Quinquagenis. Neque huic suum abest mysterium. Tenebo solenne meum: Alios faciam loquentes: ac principiò Doctorem Corneliū Snekis. (a) [Numerus,] inquit, [Quadragenarius Salutationum est licitus, & non caret mysterio. Patet in triplice lege; Naturali: Diuina, Humana. I. In NATVRALI LEGE. annus Iubilæus, hoc est, Quinquagesimus ortum habuit, cùm Abraham post deuictos 4. Reges, & reductum Loth, omnes captiuos dimisit liberos (b) Tunc enim Loth erat L. annorum: Vel, vt alij, tunc erant L. anni, quod locutus fuerat Abrahæ DEVS in via: Vel, vt alij, tunc erant L. anni, ex quo recesserat de Aram terra sua. Item Abraham erat astrorum peritissimus, vt refert Solinus libro de mirabilibus mundi: ideòque perpendit, quod intemperies aëris, quæ est in eleementis, semper in quinquagesimo anno ad temperiem redit. Hæc Hugo Cardinalis in 25. Leuitici.

a. Snekis ser. 12. alias 14. de Rosario. Eadē penè Clemēs Lossovv ser 4. de Rosario.

Iubilæum naturale.

b. Gen. 14.

Iam

Iam Abraham interpretatur Pater multarum gentium: Beatam Virginem rectè significans, quæ est mater omnium, & maximè eorum, qui ei fideliter seruiunt. Vnde meritò eam per hunc numerum Salutationum honorare debemus. Similiter omnia prædicta ei rectè conueniunt. Ipsa namque est, per quam de captiuitate diaboli liberati sumus, (b) & ad cęlestem patriam reducti: per quam de tentationum & tribulationum intemperie ad quietem cordis reuertimur, teste Bernardo. (c) Quisque intelligis te in huius sæculi profluuio magis inter procellas & vndas fluere, quam super terram ambulare, respice stellam. Voca Mariam, &c.] cætera superius capite XII. Pergit vero Cornelius.

B.V. est quodammodò Liberatrix nostra, ideò iubilęario numero salutatur.

b. S. *Bern. serm. 2. super Missus. post initium & 4. post medium.*

c. *S. Bern. ho. 2. super Missus est In fine.*

II. [Idem patet in Lege Diuina: ac primò in Veteri. *I.* Quia lex illa die quinquagesimo, post liberationem à persequente Pharaone, *Israelitis* data fuit. Cum igitur MARIA sit in lege figurata, in Rubo *Moysis* designata, per quam de diaboli imperio liberati sumus: meritò eam per hunc numerum honoramus. II. *Item* in Lege Veteri annus quinquagesimus erat *Iubilæus:* in quo 1. possessiones restituebantur gratis: 2. debita relaxabantur: 3. captiui absoluebantur: 4. serui dimittebātur liberi: vt patet Leuitici 25. Quæ omnia pulcerrimè cōueniunt *Mariæ*. Igitur, vt prius.

Iubilæum Mosaicum.

III. Præterea psalmus misericordiæ & remissionis est quinquagesimus quem cùm Dauid orasset, meruit audire: Transtulit Dominus peccatum à te, De pœnit. dist. 3. cap. Totam. Patet & In Lege Noua. Quia die quinquagesima post resurrectionem datus est Apostolis Spiritus S. cum quibus erat Maria: Act. 1. per hunc igitur] numerum rectè colitur.

Psal. L. est misericordiæ;

Iubilæum Gratiæ Christi.

III. Hoc patet in Lege Humana. Nam Clemens VI. anno MCCCXL. statuit, quod 50. anno

Iubilæum Ecclesiasticum,

ad maiorem bonitatem, quàm numerus minor: ideò plus valent C & L Aue Maria, quam pauciora.] Hæc Alanus.

b. *Scnekis ferm. 12. alias 14. de Rosario.*
9. Sic Figura præsignat.

IX. P. Cornelius Scnekis, (b) aliam congruentiam numeri rationabilem refert istis verbis. [Patet etiam ratio huius numeri ex Domo saltus Libani, per quam etiam Beata virgo fuit figurata. Erat autem Domus illa C. cubitorum longitudinis, & L latitudinis, vt patet tertio Regum septimo. In qua nimirum eius longitudo & latitudo charitatis & misericordiæ exprimitur: dicente Bernardo: (c) Latitudo eius replet orbem terrarum, vt sua quoque misericordia plena sit omnis creatura. Longitudo eius vsque in diem longissimum inuocantibus eam subuenit vniuersis. Sublimitas eius, ciuitatis supernæ inuenit restaurationem: & Profundum eius sedentibus in tenebris & vmbra mortis obtinuit redemtionem.] Ita Sneckis.

c. *S. Bern. ser. 4. de Assumt. B. Virg.*

d. *Lutzen. serm. 5. de Rosario.*
10. Sic rosa Hierichuntina significat.

X. Rursus aliam affert Pater Bernardus Luxenburgius, (d) verisimilitudinem de numero hoc. *Primò*, MARIA, inquit, [est Rosa Hiericho. In Hiericho autem rosæ quædam crescunt, quæ Centum & Quinquaginta folijs adornantur. Porrò hic numerus præfiguratus est. Et primum tempore diluuij. Postquam enim ira Dei in misericordiam commutata est, aquæ diluuij cæperunt post CL. dies diminui. (e) *Secundò* Item CRISTVS in Cruce pendens, Centum quinquaginta versus est complexus, orans ab illo (f) DEVS, Deus meus, quare & cætera, vsque ad illum inclusiuè: *In manus tuas, & cætera*, *Tertiò*, Hæc Aue MARIA sunt illi Centum quinquaginta tres, pisces magni, quos cœperunt Apostoli in præsentia CHRISTO, post suam resurrectionem. (g) Per tres vltimos

e. *Gen. 8.*

f. *Psal. 21. 1. vsque ad Psal. 30. 6.*

g. *Ioan. 21.*

timos intelligitur Credo, quod (h) ad *Psalterium* dicitur.

Redeo ad Alanum, qui ex facti sibi à Deipara reuelatione, XXI. rationes, cur in *Psalterio* C. & L. Aue *Maria* sint, annotauit istas (i) [1. Quia in psalterio Dauidis sunt CL. psalmi. 2. Quia CL. gaudia habui in Conceptione Filij mei, & in gestatione illius virginali, per Raptus, visiones, Reuelationes, *Spiritus* Sancti inspirationes, internasque mentis inflammationes. 3. Quia, CL. gaudia habui animæ & corporis, secundum omnes partes corporis, & sensus, in Filij mei natiuitate, & nutritione. 4. Quia habui CL. gaudia de Filio meo iam adulto, cum prædicaret, mundum conuerteret, nouam Legem daret, &c. 5. Quia habui CL. dolores in passione Filij mei. L. sum passa à comprehensione eius vsque ad sepulturam: sed C. alios à meo reditu montis Caluariæ in *Ierusa*lem, vsque ad resurrectionem. Quantum enim amaui, tantum & dolui. Quantum in eius Conceptione & Natiuitate eram gauisa, tantum fui in eius passione contristata. 6. ratio. Quia Filius meus in mundum veniens, conuersando, prædicando, miracula edendo, &c. CL. dona illi contulit tam corporis, quàm animæ; puta sanationem, fugam dæmonum, doctrinam, &c. 7. Quia Dominus Iesus in sua passione habuit CL. dolores principales in partibus sui 15. in quinque sensibus externis, in 5. internis, in 5. potentijs animæ. 8. Quia Filius meus, quoad corpus habuit CL. gaudia post resurrectionem. Et ego totidem de eius apparatione sæpius facta mihi. 9. Quia Passionis Domini sunt CL. fructus mundo collati totidemque sunt eius *Incarnationis*, puta, sapientia, auxilium, mori mundo, &c. 19. Quia sunt CL. virtutes necessariæ ad salutem. 11. Quia sunt CL. vitia ijs opposita. 12. Orandum est cõtra

h. *Corn. Senekis ser.* 12. *vel* 14.
i. *Alan. lib. de dignit. Psalt. B. V. cap.* 15.

1. CL. Psalmi sunt.
2. CL. gaudia Mariæ in Conceptione.
3. CL. Gaudia in Natiuitate.
4. CL. gaudia in vita
5. CL. Dolores Compassionis.
6. CL. Dona Christi data orbi.
7. CL. Dolores Christi patiẽtis.
8. CL. gaudia resurgentis.
9. CL. Fructus passionis.
10. CL. virtutes.
11. CL. vitia.

CL. cala.



CAPVT XX.

DE NVMERO TERNARIO TRIVM *Quinquagenarum in vno Psalterio.*

ALter in Psalterio mysticus est numerus TERNARIVS, TRIVM scilicet QVINQVAGENARVM; in quas Psalterium diuiditur. De hoc ita Christianè philosophatur Alanus. (a)[Gloriam Mariæ ampliabimus, ostendendo quod conuenienter tres Ipsi Quinquagenę debentur. I. Quinquagesimus enim annus, secundum Legem, fuit annus Iubilæus, hoc est, pacis, Requiei, & Libertatis: Maria autem, secundum Hieronymum, Regina est Iubilæi Naturæ; Iubilæi Legis Mosaicæ, quę fuit data quinquagesimo die ab exitu de Aegypto; Estque regina iubilæi Legis gratiæ, quæ fuit data consummatiuè in die Pentecostes, die Quinquagesimo à resurrectione II. Sunt etiam tres Iubilæi in cælo, secundum Augustinum; hoc est, Visionis, Fruitionis, & Cōprehensionis, qui sunt fines omnium meritorum nostrorum. Pro his ergo meritò tres Quinquagenæ tantæ sunt Virgini offerendæ.] Et paulò pòst. [Vnde Virginem vidi quandam, quæ post Dominicam communionem vidit gloriosam Virginē Mariam coronatam triplici corona. In vna erant Rosæ L: in altera Lilia L: in tertia Gemmæ L. Et non dubito Virginem hanc verum vidisse.

a. *Ala. lib Apologetico cap. 5.*

Tres Iubilæi in via.

Tres in patria.

Quod idem scribit Alanus, nostro S. Dominico aliquando videnti vigilantiq; fuisse diuinum

oblatum Visum: ex quò ipsi vnius Psalterij Trium Quadragenarum ratio, per schema quoddam sensibus subiecta, altius in animum descenderet; id totidem hic verbis reddam. (b) *Cùm B. Dominicus in partibus Tolosanis contra hæreticos instanter prædicaret, & vix paucos tamen conuerteret: Ardens ipse charitate totum se ad orandum dabat, tribus diebus ac noctibus continuè orans, & se disciplinis in cauerna Syluestri, rubis ac sensibus affligens, vt penè excoriatus videretur:* dum semianimis corrueret. (compendio referam) Ecce adest pugili suo Deipara, cum illustri Virginum choro: in quibus tres eximiæ Reginarum similes, stipantibus singulas Virginibus quinquaginta visebantur. Regina cæli, vt vires defecto reddidit, sic eam est affata. *Dilecte, S. Trinitas, ad deuincenda mundi peccata, elegit Psalterij Angelici arma; quod est totius Noui Testamenti fundamentum. Propterea si vis prædicando fructum, quem optas, peragere; prædica Psalterium meum, & mox senties Beatissimæ Trinitatis auxilium.* Psalterium Angelicum autor hic Salutationem Angelicam appellat.

b. Ala. lib. de dignitate Psalt. B. V. cap. 4.

S. Dominici zelus animarum

Dixit; simul ipsi formam Psalterij MARIAE instituendi, prædicandique ad oculum demonstrans inquiebat: [In signum TRES mecum adsunt Reginæ, Beatissimam designantes Trinitatem. Prima, vt vides, induta est albissimis vestimentis, designans Patris Potentiam: quam ostendit in Filij sui ex me sanctissima Incarnatione. Et habet L. puellas istas candidissimas: quæ præfigurant primum Iubilæum gratiæ & gloriæ esse in Patre per Potentiam. Secunda rubicundissimis induta vestibus, designat secundā Personam Trinitatis Christū, qui pro toto mūdo mortis pertulit passionē. Habetq; secū qui similes sui Quinquaginta puellas, signantes alterū Iubilæum gratiæ & glo-

S. Trinitatē in tribus Quadrag. honorari; Schema I.

gloriæ, per Passionem CHRISTI. Tertia Regina clarissimis induta vestimentis, designat tertiam Personam Trinitatis: Habetque secum Quinquaginta puellas consimiles, figurantes tertium Iubilæum Sanctorum per gratiam & gloriã in S. Spiritu.

B.V. est Regina Iubilæorũ.

Et quoniam istorum TRIVM IVBILAEORVM sum Regina in Patria, & in Via, vbi tres sunt Iubilæi, Naturæ, Legis Scriptæ, & Gratiæ; quorum sum Domina: ideò in Via & in Patria B. Trinitas mihi Sanctificauit numerum istum Centum quinquaginta iubilæorum. In quo prima Quinquagena est de Incarnatione Filij mei candida & Virginea. Secunda, de Passione Filij mei rubicundissima & pænosissima. 3. de Filij mei gloriosissima resurrectione, & Deitate, & Sanctorum gloria.] Hactenus Deipara apud suum Alanum nostrum. Quæ eò recitaui libentius, vt intelligatur, vnde S. Dominicus Psalterij dispositionem tripartitam acceperit; cuius institutionem iam inde vsque à primis Christianis inuentam ac traditam acceperat. Simul vt cognoscatur Psalterium & esse, & dici oportere Trinitatis potius, quam MARIAE. quòd finis sit medio potior: at Sancta Trinitas est finis, Beata Virgo autem, eiusque Salutatio medium est nostræ ad Psalterium orationis. Sit igitur primus, si vltimus in orantis mente Deus, dein proxima Deipara. Ita suum Ipsa informauit de Psalterio S. Dominicum. Sic Insulanus in libello de Psalterio Trinitatis.

Finis & obiectum Cui oratio nis in Rosario.

Huc similes referendæ sunt figuræ, quæ ad humanum aptæ caput, diuersis apud Alanum passim diuinitus exhibitæ leguntur. Vt nobili Luciæ, viduæ in Hispanijs, (c) quæ certum vnum, sed trifurcatum, in Symbolum Psalterij, non diuinitus

Schema 2. c. *Ala lib. de Dignit. Psalt. B.V.*

diuinitus vidit solum;sed & in manibus ipsa suis tulit,donec totus esset exustus, Eum Deipara ipsi in Turcia captiuæ,inque bouili inter pecora Rosarium peroranti,tradiderat.

Schema 3. Ipsi quoque Alano, Psalterium prædicare iusso diuinitus.illius simul spectaculum fiebat à Deo;ex quo,& quæ prædicaret,intuendo discebat: &, vt feruentius prædicaret,inardescebat. Arborem videre sibi videbatur,(vt ipse scribit:)(d) ex cuius vno scapo tres rami surgebant principes, quorũ quisque in L.alios sese expandebat, cum ingenti fructuum & copia,& varietate,& præstantia.

d. *Ala. ibid. cap.12.*

Schema 4. Eidem,alio pòst tempore, tres visendi splendoris ciuitates ostendebantur (e)quarum alia ex sese in aliam superiorem præstabat viam; 1. ex auro & argento,2.ex gemmis, 3. ex stellis videbatur cõstructa; 1.ab signis & imaginibus Infantię, 2.passionis,3.glorificationis Christi spectanda erat & admiranda.

e. *Ala. ibid. cap.30.*

Schemata alia. Albigensi cuidam Episcopo,per S. Dominicũ conuerso,idem, sed alia sub specie, videre contigit:(f)Iam idem ostendebatur sub figura Pontis, cum tribus præaltis & amplis turribus, strati super mersas diluuio terras: Alias sub specie catenæ,in abyssum luti ex alto demissæ, qua mersi educebantur: Aliàs sub imagine salutiferę Nauis: istius inquam Mulieris fortis: (ff) Alijs alio sub schemate res eadem legitur esse monstrata.

f. *Ala. ibid. cap.30.*

ff. *Ala. ibi. cap. 47.*

Illud verò illustre,quod S.Dominicum videre dignatus est Deus (g)in Catharina quadam, nobili ab imaginibus,& criminibus Romana lupa; sed ęquè post facta tam ad pœnitentiam, quàm prius ad libidinem strenua. Hac orante primam Quinquagenam, videbat S. Dominicus puerum coram ea: ex quo fontes quinque, ex his autem L.riuuli ad purgatorias animas promanabant: Ad alteram,cernebat virum, è cuius vulneribus absiste-

g. *Ala. ibid. cap.23.*

abſiſtebant flumina L, per omnem orbem Chriſtianum rapidè profluentia Ad 3. Quinquagenam intuebatur coram eâ aſtare eundem ſole clariorem, ex quo ad omnes Cælites alij L. fluuij exibant. Quę, aliaque ſimilia numerum in Pſalterio Ternarium Quinquagenarum præclarè demonſtrant, ac orandi modum Pſalterij edocent.

Adijciam his, quam apud P. Bernardum Luzenburgium (h) Ternarij, in partiendo Pſalterio, congruentiam reperio. *In tribus, inquit, Quinquagenis Dauidicis, intelligentiæ dantur ſpirituales intelligi. Prima enim Quinquagena in pſalmo pænitentiali terminatur. Secunda, poſt peractam pænitentiam, miſericordiam & iudicium promittit. Tertia, Laudes Dei, & Sanctorum concludit. Conformiter Fratres de Roſario B. Virginis in prima Quinquagena, vt Incipientes, de peccatis veniam efflagitant. In ſecundo Torno Quinquageſimali, vitæ emendationem, quæ in quadam iuſtitiæ æqualitate conſiſtit, pronunciat. In tertio Ordine hîc & in futura patria Deum, eiusque Genitricem in Pſalterio Decachordo, cum omnibus Sanctis laudabunt.* Sic ille.

h. *Luzenb. ſerm. 15. de Roſar.*

Pœnitentia, Emendatio, Gratiarũ actio ſunt trium Quinquagenarum intentio.

Similem planè tripartitam, Dauidici pſalterij diuiſionem reperio in fronte Breuiarij noſtri, ex S. Auguſtino petitam, verbis iſtis: (i) *Pſalmorũ, inquit, Canticum diuiditur in tres Quinquagenas; quibus tres ſtatus Chriſtianæ religionis ſignificantur. Quorum primus eſt in Pænitentia Secundus in Iuſtitia: Tertius in laude vitæ æternæ.* Ex quo liquet, vnde Mariani ſit Pſalterij deſumta partitio, partitioniſq; ratio, in tres facta Quinquagenas.

i. *Breu. Ordinis Prædicatorum Hippolyti. de feſto Roſarij.*

Qua de numeri Quinquagenarij myſtica in ſacris paſſim literis ſignificatione, multa præclarè collegit, & SS. Patrum atteſtatione confirmat, Hieronymus Lauretanus. (k) Quæ ſingula in Roſarij preces, precumque numerum non ſolum aptè quadrant; ſed etiam vtiliſſimè poſſent inter

k. *Hier. Laur. in Appendice ad Syluam Allegoricã S Scripturæ.*

Iam Abraham interpretatur Pater multarum gentium: Beatam Virginem rectè significans, quæ est mater omnium, & maximè eorum, qui ei fideliter seruiunt. Vnde meritò eam per hunc numerum Salutationum honorare debemus. Similiter omnia prædicta ei rectè conueniunt. Ipsa namque est, per quam de captiuitate diaboli liberati sumus, (b) & ad cœlestem patriam reducti: per quam de tentationum & tribulationum intemperie ad quietem cordis reuertimur, teste Bernardo. (c) Quisque intelligis te in huius sæculi profluuio magis inter procellas & vndas fluere, quam super terram ambulare, respice stellam. Voca Mariam, &c.] cætera superius capite XII. Pergit vero Cornelius.

B.V. est quodammodò Liberatrix nostra, ideò iubilæario numero salutatur.

b. *S. Bern. serm. 2. super Missus. post initium & 4. post medium.*

c. *S. Bern. ho. 2. super Missus est In fine.*

II. [Idem patet in Lege Diuina: ac primò in Veteri. *I.* Quia lex illa die quinquagesimo, post liberationem à persequente Pharaone, *Israelitis* data fuit. Cum igitur MARIA sit in lege figurata, in Rubo *Moysis* designata, per quam de diaboli imperio liberati sumus: meritò eam per hunc numerum honoramus. II. *Item* in Lege Veteri annus quinquagesimus erat *Iubilæus*: in quo 1. possessiones restituebantur gratis: 2. debita relaxabantur: 3. captiui absoluebantur: 4. serui dimittebātur liberi: vt patet Leuitici 25. Quæ omnia pulcerrimè cōueniunt *Mariæ*. Igitur, vt prius.

Iubilæum Mosaicum.

III. Præterea psalmus misericordiæ & remissionis est quinquagesimus quem cùm Dauid orasset, meruit audire: Transtulit Dominus peccatum à te, De pœnit. dist. 3. cap. Totam. Patet & In Lege Noua. Quia die quinquagesima post resurrectionem datus est Apostolis Spiritus S. cum quibus erat Maria: Act. 1. per hunc igitur] numerum rectè colitur.

Psal. L. est misericordiæ;

Iubilæum Gratiæ Christi.

III. Hoc patet in Lege Humana. Nam Clemens VI. anno MCCCXL. statuit, quod 50. anno

Iubilæum Ecclesiasticum,

Iubilæum Ecclesiasticum. anno esset iubilæus, qui est annus remissionis peccatorum quo ad culpam & pœnam. Vnde etiam annus Aureus] inquit Clemens Lossovv,(b) [quinquagesimus nuncupatur.]

d. *Lossovv serm. 4. de Rosar.*

Obiectionis solutio. Obijcit sibi P. Cornelius, itemque Clemens: [Si dicat aliquis: simili modo possunt fieri aliæ applicationes. Nimirum de quadragenario numero; quòd illo sit Virgo honoranda,&c.] Respondent; fieri quidem posse: factum tamen nondum esse: At de Quinquagenario iam est factum; factique ratio datur, vt patet.

e. *Luzemb. ser. 14. de Rosario.*

Iubilæorũ quinque priuilegia. Colligit igitur & concludit omnia Bernardus Lutzenburgius ita (e) [Est ergo 50. numerus, 1. Liberationis, 2. Remissionis, 3. Legislationis, 4. Cessationis, 5. Spiritus S. missionis] *Pro* 2. citat [Augustinum in illud 16 Lucæ: Sede citò,& scribe quinquaginta: quòd 50. numerus esset remissionis, dicit Glossa etiam super illud Gen. 16. Si inuenero in Sodoma 50. dimittam: Quinquagesimus vsque ad decem descendens significat pœnitentiam, per quam peccata contra Decalogum remittuntur.] Pro 4. Quia anni 50. hoc erat præceptum,(f) In eo non seretis, neque metetis: Eratque annus requiei. Sicut & Leuitis dabatur requies: Numer. 8 Cum 50. annum compleuerint, seruire cessabunt, eruntque ministri fratrum suorum in tabernaculo fœderis, vt custodiant, quæ sibi fuerint commendata; opera autem ipsa non facient.] Non igitur numerus Salutationum nouus vlli bono potest, aut superstitiosus; sed debet videri, vti est, mysteriosus.

Leuit. 25. v. 11.

L. Aue respondent L. voculis Orationis Dominicæ. Cuius Salutationum numeri aliam quoque rationem formo ex ista Doctorũ Cornelij & Lossouij, locis citatis, obseruatione. Sic P. Cornelius: *Est conformitas quædam Pater noster ad L. Aue Maria Nam sicut in Rosario L. Aue Maria continentur: sic in Pater noster habentur L. voces, addito Amen. Cùm autem nul-*

tem nulla Christi vocula, mysterio vacat, eas in oratione Domini singulas singulis Salutationibus Virgini offerendas commendamus: Neu scilicet vllius nos voculæ effectu excidamus, & fructu. Hactenus de Quinquagesimo.

Porrò sicut Psalterium CL. Salutationum in tres diuiditur Quinquagenas: ita Quinquagena in quinque decades subdiuidi consueuit. Superest igitur & de Quinario pauca in medium afferamus: ne quicquam in Psalterio dissimulare videamur: vt in quo nobis minus rationabile obsequium nostrum (g) constet. Ita parati sumus, de receptis Ecclesiæ ritibus rationem reddere vnicuique poscenti nos: (h) Exemplo Speculatoris Durandi in suo Rationali.

g. *Rom.* 12. 1

h. 1. *Pet.* 3. 15.

QVINARIVS itaque numerus in Quinquagena, & Orationum in ea quinque Dominicarum: Et harum ab singulis singulas Decades Salutationum auspicamur. Prioris rationem accipe istam ex D. Cornelio (i) *Quòd numerus QVINARIVS Orationum Domini non careat mysterio, patet. Quia illæ quinque referuntur ad quinque Vulnera Christi Corporis, quod de Virgine* MARIA *sumsit, quibus nos lauit in sanguine suo: & quæ ostendit Patri orans pro nobis. Et hoc ideò: Vt hic modus orandi fiat nobis meritorius: eò quòd omnia opera nostra bona efficaciam habent ex merito passionis Domini Nostri IESV Christi.*

i. *Scnekis ser.* 12. *alias* 14. *de Rosario.*

Posterioris rationem talem assignat Clemens Lossau. (k) *Prius vnum Pater Noster dicatur, deinde X Aue Maria: eò, quòd volens attingere terminum, necesse habet pertransire medium: at medium perueniendi ad* CHRISTVM, *est Beata Virgo* MARIA. Addo: Et finis est primus in intentione; finis autem nostræ orationis est CHRISTVS: idcircò cuiusque Decadis principio, orationis

k. *Lossau. serm* 14. *de Rosario.*

orationis intentionem formamus ac renouamus Christi Domini Oratione præcedente Salutationes: quam velut in manus Matris deponimus, additisque Salutationibus eidem commendamus: vt hisce velut deuincta nobis Virgo, illam Filio suo gratiosius repręsentet. Benè namque Bernardus: (l) *Non est accepta oratio illa in conspectu Salvatoris, quæ non pertransit manus gloriosæ Virginis.*

l. S. Bern. serm. super Missus est vt citat Lossau.

Quinarius in Scriptura est mysteriosus.

Adhæc quinarius numerus, Sanctissimis quinque Vulneribus CHRISTI consecratus: nec absque diuini mysterij Sacramento: in vtroque quà Veteri, quà Nouo Scripturæ Instrumento multis ac varijs seruiuit mysterijs: vt qui illum temerè seu fortuitò sic accidisse, nō certo delectum consilio fuisse diuino diceret; is non iam temerarius, sed in Deum, eiusque Verbum impius iudicandus esset, & execrandus. Quis enim mysterio vacare sentiat, quod Ioseph (m) in conuiuio, appósita cuique fratrum parte sua, ad postremogenitum Beniamin maiorem partem apponeret, *ita, vt quinque partibus excederet?* Iustus ille Ioseph CHRISTVS nobis Beniamitis, dolorum suorum filijs, hora nouissima genitis, de Corpore suo quinque vulnera aperit, ac prębet. Idem (n) cùm fratribus singulis *proferri iussit binas stolas; Beniamin verò dedit CCC. argenteos, cum quinque stolis optimis.* Iustus Ioseph noster Pretium Corporis sui, quod appretiatum est XXX. argenteis, nobis dedit cum quinque vulneribus; vbi stolas nostras abluamus.

m. Gen. 43. 34.

n. Gen. 45. 22.

Quid illæ Tabernaculi columnæ, de quibus ad Moysen Dominus? (o) *Quinque columnas deaurabis lignorum Setim, ante quas ducetur Tentorium; quarum erunt capita aurea, & bases aneæ.* Iam quinque cubitorum altitudo, seu latitudo, quam frequens iussa fuit à Deo in constructione

o Exod. 26 37.

seu

ſeu Altaris,(p) ſeu Tabernaculi ; ſeu Templi (q) ſiue in numero hoſtiarum cædendarum, (r) Quæ ſingula magnis plena ſunt myſterijs, (s) Pretium redemtionis primogeniti maſculi ſiclorum erat quinque : Noſtra redemtio vulneribus conſtat quinque. 6. Quinque ciuitates refugij: (t) Quinque (u) Principes Madian ſimul ab Iſraelitis occiſi : Quinque (x) Reges Amorræorum extincti : Quinque (y) Satrapæ Philiſtinorum cum ſuis Satrapijs, cultuque idolorum, in medio Iſraelitarum relicti, vt haberent Iudæi, à quibus vexarentur : Quinque (z) exploratores à tribu Dan emiſſi. Quinque (a) ani, totidemque mures Philiſtinorum, ex auro fieri iuſſa, propitiando Numini:

p. *Exo.* 27. & q. 3 *Re.* 6. 7 *Iere.* 52. 2 *Ezech.* 40. 41. 45. r. *Nu.* 7, 17. s. *Leu.* 27. 6 *Num.* 3. 47. t. *Ioſue* 21. u. *Nu.* 31. 8. x. *Ioſu.* 10. 5. y. *Iud.* 3. 3. z. *Iud* 18. 2. a. 1. *Reg.* 6. b. 1. *Reg.* 17. 40.

Lapides (b) quinque limpidiſſimi Dauidis: Panes (c) item quinque Propoſitionis ab eodem petiti : Viri quinque (d) de cælo Machabæis in prælio albis equis apparentes : Quinque (e) panes, quibus paſcebat Dominus hominum millia quinque : Talenta (f) quinque data ſuperlucranti totidem : Quinque (g) porticus Bethſaidæ: Aliaque complura ſimilia, quinario diuinitus celebrata numero, numerum ipſum ſingulari conſecrant myſterio.

c. 1. *Re.* 21. 3 d. 2. *Mach.* 10. 29. e. *Matt.* 14. 17. f. *Matt.* 15. g. *Ioan.* 5 2.

Quò minus noſter in Quinquagena Quinarius in vllam ſuperſtitionis eſt ſuſpicionem vocandus: quin tantò maiori cum deuotionis affectu obſeruandus eſt, ac venerandus.

Addam huc, quæ de eodem Roſarij Quinario digna memoratu noſter ſcripſit Bernardus Luxẽburgius. (h) [Sub hoc numero] inquit, [Quinario mirifica legimus facta in Scriptura ſacra. 1. Quinque namque verbis myſterium Incarnationis Dominicæ fuit celebratum: Fiat mihi ſecundum verbum Tuũ (i) 2 Sub quinq; verbis conſecratur Sacramẽtũ Euchariſtię: Hoc eſt enim corpus meũ

h. *Luxenb.* *ſer.* 13. *de Roſario.*

Mira verbis quinq; facta.

i. *Lucæ* 1.

3. Chriſtus

3. Christus quinque verbis latronem à dexteris suscepit ad gloriam: Hodie Mecum Eris In Paradiso, 4. Quinque verbis facta est conuersio Pauli: Domine Quid me vis facere? (k) Et ipse inquit: (l) In Ecclesia volo quinque verba loqui in meo sensu, vt alios instruam. 5. Rosa quoque in capite, siue nodo viridi, quinque habet folia.

k. Actor. 9.
l. 1. Cor. 14. 19.

Quinque grandiorũ in Rosario signorum distinctio & significatio.

Notandum, quod aliqui deuoti in Rosarijs quinque illos maiores lapides varijs effigiant coloribus; ita, vt primus sit varij coloris tanquam maculis respersus; maculosæ peccatricis animæ sordes ostendens. 2. pallidi coloris; mortis memoriam reuocans. 3. flammei coloris; futurum sæculum per ignem, & terribile iudiciũ indicans. 4. nigri coloris; infernalium tenebrarum horrorem incutiens. 5. aurei & fulgentis coloris; in quo cælestium gaudiorum recordatio accipitur. Iam igitur Dauid, id est, fidelis & manu fortis frater de rosario, accipiet quinque Pater in memoriam quinque Vulnerum Christi: quia sicut per quinq; fenestras mors ingressa est; (m) id est, per quinque sensus corporis: sic per quinque vulnera Christi sanantur nostra peccata. Vnde S. Bernardus: Peccaui peccatum grande; & turbabitur conscientia mea; sed non perturbabitur. Vulnerum enim Domini recordabor.] Hactenus Luxenburgius de Quinario. Nunc de Denario pauca siue Decadico subijciamus.

m. Ierm. 9.

CAPVT XXII.

DE NVMERO DENARIO SALVtationum eiusq; Decadis.

Denarius numerus in Scriptura est mysteriosus

QVintus in Rosario numerus est Decas, siue Denarius. Et hic in scriptura certus index mysterij est. Nisi fortè quis Dei ad *Moysen* mandatum

datum istud aut vanum & inane, aut superstitiosum & anile interpretandum putet, quo ita præcipiebat: (a) *Tabernaculū verò ita facies: Decem cortinas de bysso retorta & hyacintho, &c facies.* Ac rursus ibidem: *Facies & vectes de lignis Setim, quinque in vno latere, & quinque in altero.*

a. *Exod.* 26 1. v. 25.

Credamus scilicet, sapientissimum Salomonē nihil aut rationis, aut momenti, aut mysterij in Denario numero posuisse, quando (b) *fecit in Oraculo duos Cherubim de lignis oliuarum, decem cubitorum altitudinis, & alas decē cubitos habentes* Magna S. Patres in hoc numero mysteria perviderunt: sicut & in isto. *Decem quoque cubitorum erat Cherub secundus.* Idem (c) *Fecit autem & Candelabra aurea decem: nec non & mensas decem*, aliaque talia numero eodem; quin & victimas Sibi varias facere denas iubebat Sacerdotes Deus.

b. 3. *Reg.* 6. 23.

c. 2. *Paralip* 4. 7.

Quid? Si (d) vel decem iusti in Sodoma reperti fuissent, numerus is iustorum ad Numinis placationem valuisset. Non absque mysterio seruus Abrahæ (e) tulit decem camelos sponsam filio ipsius quæsiturus: Dauid (f) panes X afferre fratribus iussus, tulit: Sol (g) X gradibus retrocessit. Talenta (h) X, & .X. serui, ciuitatesque X. fideli seruo condonatæ: Leprosi X. (i) à numero hæc omnia mysterium acceperunt.

d. *Gen.* 18. 32. & *Amos* 6. 9.

e. *Gen.* 24. 10.

f. 1. *Reg.* 17. 17.

g. 4. *Reg.* 20 10 & *Isaia* 38. 8.

h. *Luc.* 19. 13.

i. *Luc.* 17. 12

De quo numero sic Gregorius Magnus: (k) *Denarius numerus in Scriptura perfectus est: quia Lex in X. præceptis concluditur, omnisque culpa non amplius quàm per X. verba cohibetur: Atque enarrante Veritate Operatores vineæ remunerantur, &c. vt homo de remuneratione operis quasi quodam denario consummatus viuat.* Sileo, quæ ibidem pluribus philosophatur.

k S. *Greg.* lib. 35. *mor.* cap. 20. Itemq; in Rosario.

Quare de Rosarij Decadibus benè Leodiense Manuale ita: (l) *Salutationem Angelicam cuique Orationi Dominicæ decies subijcimus; vt in mentem nobis*

l. *Manual. Anunc* c. 2 parte. 8.

nobis veniat X mandatorum Dei. Huc certe refert Alanus (m) illud Dauidicum: (n) *Exultate iusti in in Domino; rectos decet collaudatio. Confitemini Domino in cythara; in Psalterio Decem Chordarum Psallite illi. Cantate ei Canticum nouum*, noui Testamenti primum, quod est *Salutatio Angelica*. Quia (o) *Bonum & confiteri Domino: & psallere nomini tuo Altißime in Dechachordo Psalterio, cum Cantico & Cithara*, Dic ergo his, (p) *DEVS Canticum nouum cantabo tibi: in Psalterio Decachordo psallam tibi*. Vbi *S. Prosper*, (q) *Canticum nouum*, inquit, est canticũ gratiæ, & noui hominis, ac noui Testamenti, quod in Decachardo, id est, in X. præceptis legis, canitur. Quia perfecta est in charitate cantatio. Illa præsertim Angelicæ Salutationis, quæ ad memoriam Decalogi, per Decades in *Parthenico* Psalterio ritè solenniterque repetitur; vt, qui dum corde & ore Virginem in Salutatione veneramur, eandem & in vitæ conuersatione opere ipso imitemur. Quæque igitur Decas in Psalterio & repræsentat illud Dauidicum *Decachordon*, & eandem cum ipso significationem habet.

m. *Ala. lib. de dignit. Psalt.*
n. *Psal. 32. 1.*
o. *Psal. 91. 1.*
p. *Ps. 143. 9.*
q. *S. Prosp. in Expositione Psal. 143.*

Aliam Affert Pater Cornelius, & ad singulas Quinquagenæ Decades aliam atque aliam. Eius verba sunt ista. (r) [Quinque lapides maiores habent & alia significata spiritualia: ita vt de ijs dici possit illud: (s) Elegit sibi Dauid quinque limpidissimos lapides de torrente. Primus Varicolor significat peccata mortalia. Primum ergo *Pater noster* orando, debet homo petere, vt Virtute Passionis Christi, & intercessione Beatissimæ Virginis à peccatis mortalibus liberetur. Decem verò minores lapides possunt significare peccata Venialia, quibus homo DEVM frequentius offendit. Quæ, licet multa sunt, possunt tamen ad X. reduci, secundum quod decem sunt, quibus

r. *Senekir serm. 18 de Rosario.*
s. *1. Reg. 17.*
Significationes Decadum.
1. signat X. peccata venial.

quibus homo sæpe Deum venialiter offendit. Vt sunt quinque sensus exteriores; & quinque principalia membra; vt duæ manus, duo pedes, & cor: in quibus etiam CHRISTVS principaliter passus est.

II. Pallidus, significat mortem. De huius memoria. S. Hieronymus ait: Facile contemnit omnia, qui se semper cogitat moriturum. Facilè super hunc peccata mortalia interficit, vt ille (t) Occidit decem viros super lapidem vnum. Et (u) qui ceciderit super lapidem istum mortis, confringetur: super quē verò ceciderit: cōteret eum. t. *Iudicū* 9. u. *Matt.* 21.

Secundum ergo Pater noster dicendo, rogemus felicem mortis horam, vt possimus diabolos super hunc lapidem confringere. Decem verò minores lapides possunt designare impedimēta salutis, in hora mortis occurrentia. Vt sunt, tria ex parte diaboli suggerentis, Infidelitas, Præsūtio, Desperatio: Tria ex parte moriētis: Difformitas volūtatis suæ cū diuina, Dilatio Sacramētorum, spes longioris vitæ Et quatuor ex parte aliorum: Vxor, Filij, Inimici, quibus non ignoscit, & bona temporalia. 2. X. Impedimenta Salutis in agone.


Tertius rubeus significat iudicium DEI. De quo dici potest: (x) Hic lapis, quem erexi, erit inter me & te testis. Oremus igitur Deum & Deiparam, hîc dent veram Confessionem, vt in illo iudicio non confundamur. DECEM verò minores possunt significare varias angustias & confusiones, quæ venient super malos in die iræ: Vt sunt. Primò Indignatio S. Trinitatis, Secundò Sententia damnationis, Tertio Accusatio angelorum, Quarto Terror dæmonum, Quintò Remorsus conscientiæ, Sextò, Obiurgatio assidentium in iudicio.] Reliqua quatuor in exemplari meo desiderātur; reor, ex lapsu Typographico. x *Gen.* 31. 3. X. Angustias in Iudicio extremo.

IV. niger

[IV. niger designat damnationem, De quo illud: (y) Os putei grādi claudebatur lapide. Atq; istud, Pater noster orando, rogemus nobis id claudi. Decem verò minores possunt designare X. pęnas principales damnatorum. Vt sunt (z) Ad nimium 1. Calorem transient ab 2. aquis nimijs. 3. Priuatio visionis diuinæ: 4. Priuatio Societatis beatorum. 5. Associatio dœmonum. 6. Vermis conscientiæ, 7. Mutuum damnatorum odium, 8. Fætor eorum. 9 Obtenebratio intellectus. 10. Obduratio voluntatis & affectus. V. lapis maior candidus significat amœnitatem cælestis patriæ. De quo illud potest dici (a) Superædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum ipso summo angulari lapide Christo IESV. Decem minores significant diuersitatem cælestium gaudiorum. Iuxta illud: (b) In domo Patris mei mansiones multæ sunt. Quæ possunt ad X. reduci. 1. sit Visionis, fruitionisque Dei, 2. Humilitatis Christi. 3. Societas B. V. Mariæ. 4. Cognitio Angelorum 5. Conseruatio beatorum. 6. Familiaritas parentum ac maiorum. 7. Euasio damnationis. 8. Glorificatio corporum. 9. Congratulatio vnius de beatitudine alterius. 10. Stabilitas summa beatitudinis] Hactenus P. Cornelius: Quæ simul docent Rosarij orandi & modum, & finem, & vtilitatem, & necessitatem. Quippe cùm nihil istorum sit, quod non omnibus sit votis aut exposcendum, aut deprecandum.

y. *Gen.* 39. 4. X. Pœnas damnatorum. z. *Iob.* 24. a. *Ephe.* 2. 5. X. Cælestia gaudia b. *Ioā.* 14. 2

(·.·)



CA



CAPVT XXIII.

DE QVINDENARIO DECADVM vnius Psalterij, Deque Repetitione Salutationum.

IAm de QVINDENARIO DECADVM in Psalterio sat superque, ac totum dixero, si aliud non, quàm quod Pius Papa V. grauissimè proditum ac testatum reliquit, istis verbis: (*b*) [spiritu Sancto, vt pie creditur, afflatus B. Dominicus modum facilem, & omnibus peruium, ac admodum pium orandi & precandi DEVM Rosarium, seu Psalterium B. V. Mariæ, oratione Dominicâ ad quamlibet Decimam cum CERTIS MEDITATIONIBVS, totam eiusdem D. N. IESV Christi vitam demonstrantibus, interpositâ, &c. excogitauit: excogitatum per S. R. Ecclesiæ patres propagauit.] Vbi quamlibet Decimam ad alicuius mysterij meditationem refert: vt quindena mysteria quindenario Decimarum respondeant.

Mysteria item vt Decades sunt XV.

b *Pius V. in Bulla: Consueuerunt Romani.*

Atque hæc inprimis est causa, cur Psalterium Mariæ, (quod antè continuis CL. Salutationibus Angelicis recitatis persoluebatur, citra vllam decadum distinctionem, & Dominicæ orationis interpositionem:) cur, inquam, ipsum in quindenas diuisum Decades, ad memoriam XV. mysteriorum præcipuorum vitæ Christi, & hasce rursus in ternas subdiuisas Quinquagenas, ad honorem Sanctissimæ Trinitatis, partitus fuit S. Dominicus. Quæ duo, & ordinata Psalterij distinctio, & mysteriorum additio tam grata, tamque vtilia fidelibus; quàm

Psalterium Mariæ constitit olim ex meris Aue Mariæ.

S. Dominicus quatenus sit autor Psalterij.

quàm noua accidebant: vt commendatum per ea Psalterium illud peruetus, tanquam nouum quid cœlitus allatum, ingenti bonorum omnium applausu, arriperetur: Sanctusque simul Dominicus, velut Psalterij autor ipsius vulgò prædicaretur.

Mysteria & Rosaria sunt triplicia.

De istorum porrò mysteriorum commentatione varij multa, ac varia: rem dabo, &, quoad potest, tribus, vt aiunt, bolis. Mysteria iunctim XV, diuisim facta sunt ter quina; applicata ad tres Quinquagenas. Prima quinque primi Rosarij seu Quinquagenæ, dicuntur [*Gaudiosa*.] Suntque de Christi Incarnatione: secundi quinque alia [*Dolorosa*:] de Passione: Tertij quinque reliqua [*Gloriosa*] de Glorificatione Christi recoluntur mente, cum ore sanctissimarum preculārum verba identidem repetuntur.

Modus mysteria meditandi triplex, Bonus.

Id quod tum alijs, tum vero tribus potissimum modis fieri, & vsu commodè venire consueuit. 1. Vel vt ante quodque Rosarium mysteria quinque cum animo recenseantur simul, cuius species pòst continua Quinquagenam oranti hereant. Aut prius orando Rosarium excurratur; ac dein mysteriorum considerationem subiectam mente ruminare licebit. Et

2. Melior.

hic modus est bonus. Melior alter: quo cuique Decadi suum quodque mysterium cum animo pertractatum vel præmittitur, vel subiungitur.

3. Optimus

Tertius modus est optimus: quo initio cuiusque Decimæ suum certum mysterium orantis cogitationi obijcitur; Idemque in singulis salutationibus interposito verbo renouatur, ad istum modum.

IN ROSARIO GAVDIOSO

In Salutationes singulas, cum peruentum fuerit ad nomen IESVS, inseratur participium

Ad Decadem {
1. *Annunciatus.*
2. *Visitans.*
3. *Natus.*
4. *Præsentatus.*
5. *Inuentus.*
} S. Maria mater Dei ora. &c.

IN ROSARIO DOLOROSO

Ad Decadem {
1. *Captus.*
2. *Flagellatus.*
3. *Coronatus.*
4. *Crucem baiulans*
5. *Crucifixus.*
} S. Maria mater &c.

IN ROSARIO GLORIOSO.

Ad Decadem {
1. *Resurgens.*
2. *Ascendens.*
3. *Paracletum mittens.*
4. *Assumta.*
5. *Coronata.*
} S. Maria mater &c.

Huius certè in orando modi & facilitas, & tilitas, paucorum dierum vsu, multiplicem ræstat & mirificum fructum. Quod malim xperiaris, quàm persuadearis: tantum, non c ad orandum accedas, velut qui tentes EVM.

Modus cõmeditandi qualis requiratur.

Neque te ipsum fallas inani persuasione hac, lam mysteriorum ad preces vocales com-editationem fieri intensè oportere, it ingeniosè, aut doctè, aut multo

cum mentis diſcurſu. Error hic eſt, technaque diaboli, vt rem facilem difficilem efficiat, & intermiſſam. Sed facilitatem vel ſic manifeſtò colligas licet. Iſtud, ac tale inſtituit Roſarium S. Dominicus: approbauit & commendauit S. Sedes Apoſtolica; acceptauit omnis Eccleſia; quod, & quale omnibus, æque infimis, ſummis, ac mediaſtimis; indoctis & doctis; ſtupidis & ingenioſis; viris fœminis, adeoque puellis, vrbanis & ruſticanis aptum foret, ac oratu facile: Atqui hoc cum tanto meditandi vel vſu, vel niſu non eſt cuiuis, imò perquam paucis aptum ac promtum; Iſtud autem cum vno trium prædictorum modorum eſt facile omnibus, peruium ac pium, (vt Pius V. loquitur:) Ergo iſtud, non hoc Fundator inſtituit S. Dominicus; Approbator confirmauit Pontifex; & hactenus vſurpauit Eccleſia. Neque pluribus hic iſtud à me diſſeri eſt opus. Sufficit ſimplex in mente conceptus myſterij cuiuſque ad quamque Decadem 1. Cuius in memoria 2. Cuius ad honorem, 3. Cuius per meritum Deo, intercedente ſimul pro nobis Deiparâ, preces ad Roſarij calculos offeruntur. Atque ad hunc modum orandi, cùm quidam pius iuxtà & doctus (c) LV amplius annos habuiſſet conſuetudinem quotidie recitandi Roſarij, negat idem ſe melius quicquam reperiſſe illa exercitatione Chriſtiana.

Martinus Nauarrus Miſcellan. cap. 24.

Quindenarius in S. Scriptura eſt myſterioſque.

Iam quid ego Quindenarium Pſalterij amplius commendem; quaſi myſterijs iſtis XV eſſe quicquam myſterioſius poſſit? Sed neque in Scripturis is numerus myſterio vacat. Non enim temerè Deus excreſcere voluit diluuium cubitos XV altum ſupra ſummos montium. (d) Haud fruſtra in Tabernaculo, inque Templo quà parato, quà reparato Quindenarium

d. *Gen. 7. v. 20.*

voluit

voluit obseruari numerum cubitorum, colum-
narum: (e) aut siclorum (f) ab sexagenario
innumerari masculo, vt voto soluatur, si quod
emisisset. Crede, si fas, à Deo fortuitum quinde-
narium annorum numerum vitæ annis Regis
Ezechiæ adiectum fuisse. (g) Sed istis ego re-
censendis longum haud faciam; cùm nemini
Christiano, nisi Atheus sit, in mentem venire
debeat, aut fortuitum quicquam in isto per S.
Scripturas numero; aut temerarium in Deo
ipsum assignante; aut superstitiosum in nobis
ipsum obseruantibus; aut vanum ac friuolum
in S. Patribus, ipsum ad mysteria interpretanti-
bus, inesse. Aut quid est, quod in tam sancto
precandi ritu minus, quàm in Scripturis, myste-
riosus idem ac religiosus censeri debeat? Ego
verò etiam hoc amplius censeo: Quantò lon-
gius nostra XV in Psalterio mysteria noui Te-
stamenti antecellunt istis veteris instrumenti
ceremonijs; tantò illi, quàm hisce, plus inest
rationis atque momenti. Quod qui non
affirmat mihi; sibi is Iudaizat, vmbras luci, ve-
teris nouo anteferens Testamento.

Finem hic de Quindenario facerem, nisi
B. Alani quædam relatio, sua singularitate ad
instructionem ac pietatem perutilis, sibi quo-
que locum hîc proprium vendicaret. Reddam
ipsius illam verbis, sed compendio. (h) Fuit
in Italia Comes quidam, Bartholomæus no-
mine, potentiâ & vitijs iuxtà celebris. Qui
famosis tantum confiteri solitus Doctoribus,
fortè propter arrogantiam; prædicanti tum
B. S. Dominico confessus intellexit se nun-
quam antè fuisse integrè expiatum; quod
tantum spumam suorum peccatorum edicere
consuesset. Beatus enim Dominicus, cùm
polleret gratia cognoscendi abdita conscien-

o 3 tiarum

e. *Exod.27. v.14. c.38. v.14. 3.Reg. 7. v. 3.*
f. *Leuit. 27. v.7.*
g. *4.Reg.20. v.7. Isaiæ.c. 38.v.5.*
h. *Ala. lib. de dignit. Psalt. B. V. cap. 40. ex Marial. Ioannis de Templo Comitis S.Dominici.*

tiarum facilè ſentiebat Comitis innumera penè delicta, nunquam ab ipſo confeſſa. Itaque ſic agit, vt Comes velut hominem ex homine exueret, in alium muctatus virum. Hanc dictatam ſibi pœnitentiam accipit, vt quotidie Pſalterium Mariæ diceret. Simul iuſſit, ſibi tale fieri Pſalterium curaret, ex cuius grandiorum XV ſignorum aſpectu & peccatorum ſuorum, & beneficiorum Dei admoneretur. Id erat huiuſmodi.

Maiorum in Pſalterio calculorũ XV formæ & Symbola.

Primæ Quinquagenæ primum ſignum maius Varicolor, peccatorum; ſecundum pallidum, mortis; tertium rubeum, iudicij; quartum nigrum, inferni; quintum aureum, cæleſtis gloriæ index eſſe oportebat. Vti ſuperius Luxenburgenſem & Scnekis ex hoc Alani loco ſcripſiſſe vidimus.

Primum Exemplũ.

Secundæ Quinquagenæ ſignum maius primum eſſe debere præſcribebat imaginem Crucifixi: ſecundum Deiparæ icunculam: tertium Annulum, deſponſationis indicem Dei cum Deipara, & per hanc Dei cum anima cuiuſque deuoti. Quartum Agni DEI effigiem; ſignificandæ miſericordiæ diuinæ in eos, qui eam Pſalterij precibus inuocarent. Quintum Globus radiatus ad inſtar ſolis, cum impreſſo vultu Chriſti, ad modum Veronicæ: qui admoneret benedictionum DEI in beatos, inque Pſalterij oratores promanantium.

Tertiæ Quinquagenæ ſignum maius Primum fuit ad modum pomi: Deſignans fructus Paradiſi promerendos ab orantibus Pſalterium. Secundum erat ad modum alabaſtri, in quo reliquiæ Sanctorum conclu-

deban-

debantur: Ad demerendum ipsorum patrocinium per Psalterium. Tertium fuit admodum clauis: notans orandum esse pro regni cælestis apertione, & inferni obseratione. Quartum erat Denarius cum nomine IESV: significans Sanctam Eucharistiam: qua muniti decedent Oratores Psalterij. Quintum erat Quadratum vacuum, admonens Vnctionis extremæ, sine qua in Psalterio deuoti non essent decessuri. Ista Sanctus Dominicus non verbis solum docuit, sed expressit signis, oculisque subiecit Symbola quindena Psalterij.

Secundum exemplum Symbolic.

Eorundem quoque signorum XV res significatas alijs subinde atque alijs figuris apud Alanum diuinitus repræsentatas reperio. Vt cùm in spiritu raptus ipse videre sibi videbatur (i) Deiparam quindenorum in cælis regnorum à DEO Reginam constitui; quibus totidem illæ in Salutatione Angelica voces responderent: quorum ad honorem & memoriam quindenas à nobis Decades Psalterij salubriter orari posse doceatur. Ea verò sunt ista:

i. *Alanus eodem lib. cap.8.*

XV. Attributa in sanctissima Trinitate.

Regnum diuinæ primo *Paternitatis*. Secundo *Vnitatis*. Tertio *Omnipotentiæ*. Quarto *Æternitatis*. Quinto *Creationis*. Item *Regnum* Primum *Filiationis*. Secundum *Verbi*. Tertium *Sapientiæ*. Quartum *Redemptionis*, Quintum *Prouidentiæ*. Denique *Regnum* primum *Sanctificationis*. Secundum *Donorum Sancti Spiritus*. Tertium *Processionis* à *Patre Filioque*; Quartum *Bonitatis*; Quintum *Conseruationis*.] En vsum

vſum trium Quinquagenarum, ac finem, quo in DEVM quæque referri decas queat. Sed hæc paucorum, & tantum eſſe intelligentium poterit exercitatio, non ſimplicium.

k. Idem ibidem cap. 9. III. Exemplum ſymbolicum.

Illa fortaſſe facilior, quam idem ex eadem accepit viſione, proditamque reliquit; (*k*) qua, quæ bona precari, quæ deprecari mala in Roſarijs poſſimus, edocemur. Poſtquam enim vidiſſet DEI Genitricem omnium factam eſſe Reginam Miſericordiæ: videbat eam Mala XV è medio generis humani relegare, atque Bona totidem inferre; vt illis carere, hiſce gaudere deinceps poſſent, qui DEO maximè Deiparæque deuoti in Pſalterij cultu extitiſſent.

XV. Mala deprecãda.

Mala XV erant, 1. Maledictio, 2. Ignorantia, 3. Obduratio, 4. Vacuitas, 5. Seruitus. Item [alia quinque, 1. Peregrinatio humana 2 Infamia peccatorum, 3. Seueritas DEI, 4. Immiſericordia, 5. Infortunium.] Rurſus[alia, 1. Infructuoſitas, 2. Infæcunditas, 3. Paupertas, 4 Captiuitas, 5. Mors mala. Hæc mala deprecanda: [Bona verò XV. petenda, ſunt iſta:

XV. Bona petenda.

1. Benedictio, 2. Illuminatio, 3. Gratia, 4. Plenitudo ſufficientiæ, 5. Libertas filiorum DEI. Iterum [quinque alia, 1. Hoſpitalitas, 2. Famæ odor bonus, 3. Mediatio ſeu Patrocinium, 4. Pietas ſeu clementia, 5. Proſperitas. Denique 1. Fructus Sanctus Spiritus, 2. Fæcunditas, 3. Abundantia, 4. Liberatio, 5. Salus & vita æterna. Addam his quartum Symbolicum exemplum.

IV. Exemplum ſymbolicum.

S. Dominicus aliquando Româ Pariſios, iter per Germaniam habens, à præmiatoribus in hac captus fuit, ductuſque in arcem Principis eorum. Hic oſtendit ipſi Principi ac ſocijs, Magis ijſdem, quâ quiſque vtere-

ᵹteretur concubinâ. Erant autem XV. ſuccubi Cacodæmones ſpecie fœminarum: quorum quiſque certi præſes erat incenſorque vitij. Atque contra hæc Pſalterij Mariani vſum inprimis valere docebat tum eos S. Dominicus. Vitia porrò, quæ diris inferni monſtris repræſentabantur, ſuntque omnibus deprecanda, iſta recenſentur. (l.[1. Superbia, 2. Inuidia, 3. Accedia, 4. Impatientia, 5. Auaritia, 6. Gula, 7. Luxuria, 8. Infidelitas, 9. Deſperatio, 10. Preſumptio; 11. Odium, 12. Mala conſuetudo, 13. Apoſtaſia à Fide, 14. Iræ vindicta, 15. Blaſphemia & Sacrilegium.] E diuerſo [Virtutes XV. iſtis contrarias vitijs,] conſpici à conuerſis iam præmiatoribus poſſe, idem S. Dominicus precibus impetrabat. (m) Cernere autem ſibi videbantur. [Reginas totidem] miri ſplendoris ac dignitatis: Nimirum [1. Humilitatem, 2. Amicitiam, 3. Pietatem ſeu lætitiam ſpiritualem, 4. Patientiam, 5. Miſericordiam.] Item alias quinque: 1. Abſtinentiam, 2. Caſtitatem, 3. Prudentiam, 4. Iuſtitiam, 5. Fortitudinem.] Denique [iſtas quinque: 1. Fidem, 2. Spem, 3. Charitatem, 4. Pænitentiam, 5. Religionem.] Quæ inprimis ad quindenarium apta numerum Decadum accidunt: ſimul informant, vt cognoſcamus quæ nominatim precibus iſtis à Deo petere debeamus: aut quę, etſi nobis incognita, ijſdem tamen promereri apud Deum valeamus.

XV. Vitia deprecanda.

l. *Idem eodem l. c. 20.*

m. *Id. c. 22.*

XV. Virtutes petendæ.

Cuius quoque generis ſunt iſtæ gemmæ XV. de quibus Alanus in oratione quadam Academica, cum in Alma Vniuerſitate Roſtochiana, anno M. CCCC. LXXI. SS. Theologiæ Baccalaureatū adiret. (n) Sunt autem iſtæ, de quibus doctiſſimè pientiſſimèque philoſophatur. [1. Adamas Innocentiæ; 2. Carbunculus Sapientiæ; 3. Margarita Gratiæ: 4. Iaſpis Sufficientiæ; 5. Saphyrus nobilitatis & dominationis.] In altera claſſe,

V. exemplum ſymbolicum.

n. *Ala. eodem l. poſt. c. 42.*

XV. Gemmæ Pſalterij ſeu Dona petenda.

classe, primò Chalcedonius Misericordiæ; secundò Smaragdus desponsationis Dei cum anima: tertio Sardonix Honestatis; quartò Sardius Prosperitatis; quintò Chrysositus Vbertatis. Denique in tertio Ordine, primò Berillus Fœcunditatis; secundò Topazius Abstinentiæ & Continentiæ; tertiò Chrysopassus Salutis; quartò Hyacinthus Medicinarum corporis ac animæ; quintô Amethistus est veritatis. Ita Alanus.

o. *Alan. lib. eodem c. 49.*
VI. alia cōplura Symbola.

Idem similiter XV. motiua ad pertimescendum extremum iudicium, scitè, piè & vtiliter Psalterio applicanda, ac mente commemoranda pertractat. (*o*) Alio rursus in loco (*p*) XV. Excellentias Sacerdotum eleganter eòdem refert: Alubi (*q*) XV. alias item Excellentias Religiosi Status.

p. *Id. cap. 55.*
q. *Id. c. 71.*
VII. Aliud. XV. gradus Scalæ religiosæ.
V. Alan. lib. cap. 68.

Denique *Scalam Religionis cum XV. gradibus*, idem fabricatus est; quam ad quendam Carthusianum de domo Legis Mariæ destinabat. *Amantissime frater*, inquit, *Scire debes, quod quilibet Religiosus debet habere XV. gradus ascendendi in cælum. Quorum V. concernunt substantialia Religionis: V. Propria: V. Accidentalia. Hi omnes continentur in Salutatione Angelica; quæ est Scala, quam vidit Iacob, Genesis 28. Primus igitur substantialium est. 1. Obedientia; 2. Continentia; 3. Paupertas; 4. Intentio obseruandi omnia, quæ sunt Religionis. 5. Liberalis Seruitus. Item propriorum 1. gradus est, Orare intentè & attentè: 2. Studere deuotè. 3. Compati Christo passo. 4. Ædificare Sermone. 5. Delectari diuinis Seruitijs. Accidentalium gradus 1. Obseruare temperantiam in his, quæ corpus concernunt. 2. moderatio sensuũ ac sui. 3. Silentiũ. 4. Visitare communia. 5. Examinare conscientiã quotidie.* Hæc compendio ex P. Alano; vt Quindenarij vsum, rationẽ atq; diuitias aliquãtulum ostendamus. E quib. exemplum capias, quemadmodum

modum ad alia talia Decades seu quinq; Rosarij, seu XV. Psalterij oraturus similiter applicare queas. Superest vna de REPETITIONE lacinia, quam hîc attexam licet iam superius attigerim cap. xvi. & alibi sæpius. Quæritur, Num eiusdẽ preculę tã frequẽs repetitio iustę culpationi pateat? Respondeo: Nulli vsquam. Non quatenus ipso genere suo est Repetitio: Nec quod ea certo fiat numero. Nam de sola repetione precis ita iam olim ante annos M. CCC. Lactant. Firmianus: (s:) *Quid causa est, cùm precari pro filiorũ salute semel, religiosi; & idem decies facere sit superstitiosi? Si enim semel facere, optimum est; quãtò magis sæpius? Si hora prima; ergo & tota die, Quòd ait Cicero, Religiosos à relegendo appellatos; qui retractant ea diligenter, quæ ad cultum Deorum pertineant: Cur ergo illi, qui hoc in die sæpius faciunt, Religiosi nomen amittant; cùm multò vtique diligentius ex assiduitate ipsa relegant ea, quibus Dij coluntur?* Hęc Lactantius. Non igitur nuda eiusdem rei bonæ repetitio ipsi esse vitio, aut culpæ potest. Multò verò minimè potest ea, quæ est mysteriosa repetitio; qualis euadit per mysteriosi numeri accessionem. Cùm igitur hactenus singulos in Psalterio numeros obseruari solitos omni vacare culpa, nullum uacare mysterio demonstrauerimus; quis mẽte sanus repetitionem in aliquam vocare culpam audebit?

Repetitio per se non est culpanda.

s. *Lact. l. 4. diuin. Instit. c. 28.*

Neque per accidens, ratione Numeri, est culpanda.

Nil hîc dicam, de crebra rei sæpè eiusdem repetitione, idque in precibus quidem & Mosaicis, & Dauidicis, & Propheticis, & Euangelicis, adeòque ipsius Seruatoris eandem tertiùm repetentis orationem: hæc sciens, libensque prætereo. Vel ad ipsam brutam mutamque naturam respecta. Ipsi cælorum orbes & corpora, sidera ipsa cælestia, quos non, & quoties, ijsdem circulorum spatijs, cursus suos

Estq; in S. scripturis vsitata.

Et in rerũ Natura frequentata.


t. *Psal. 118. v. 91.*

ſuos repetunt? Nimirum, (t) [*in ordinatione*] Dei [*perſeuerat dies: quoniam omnia ſeruiunt*] illi: ſeipſa repetunt ac renouant tempora: terra quos fudit ſemel fœtus, fundit ſæpius cùm eodem anni tempore locis alijs atque alijs: tum annis ſeſe repetentibus repetit eoſdem ſpecie, quia ijdem numero non permanent. Pari ratione, vna ſalutationis Angelicæ recitatio 2da. non eſt eadem numero cum prima, nec 3tia. eadem cum 2. nec 4. cum 3, ſicq; deinceps: non magis, quam ipſe numerus ternarius idem eſſe, qui binarius, dicitur poteſt. Vt enim nummus additus nũmo numerum auget: ita ſalutationis recitatio vna alij atque alij ſuperaddita ſic numerum certum auget, & complet: vt vna tamen recitatio cenſeri altera nequaquam poſsit. Quare benè, vtiliterque [*ſemel, & iterum, quod pulcrum.*] Cæterùm, quæ è S. Patribus apud Buſæum in Viridario (u) colliguntur ad breues & per interualla crebras oratiunculas commendandas; eadem quoque ad eiuſdem oratiunculæ frequentiorem valent repetitionem commendandam.

u. tit. orat. f. 496.

Atque hactenus de partibus Pſalterij ſingulis; de Crucis ſigno, de ſymbolo, de Oratione Dominica, de Salutatione Angelica; deque partium iſtarum Ordine, Numero, & Repetitione. Quæ ſanè, quid de Toto ſit exiſtimandum, promtum cuique iudicium præſtant. Nos tamen de ipſo Toto ſeu Pſalterij, ſeu Roſarij, vniuerſim pauca in medium afferemus. Ac primùm de excellentia Roſarij, hoc enim nomine deinceps Quinquagenam, ſeu totum iſtum orandi ritum appellare delectat, eò quod grauiſsimi Doctores Sermones hoc ſuper nomine frequentes & luculentos cùm ad populum perorârunt, tum in publicum typis euulgârunt.

CAPVT.



CAPVT XXIV.

SYNOPSIS NONNVLLArum Excellentiarum.

QVI [*ROSARIVM esse compendium quoddam Noui Testamenti, doctrinæque Christianæ*] descripsit, (*a*) nihil is quicquam aberrauit. Enimuero ita singulas partes & esse, & verè nuncupari quoq;, satis superius docuimus, vbi de singulis disseruimus. Verùm nos antè ipsis Pontificum verbis, aliorumq; scriptorum, suis illud terminis certioribus ac numeris circumscriptum satis definiuimus, ac etiam diuisimus. Cùm igitur partium illius dignitas, (an diuinitas quædam?) in laudis societatem, communionemq; gloriæ, cum vel ipsius Noui Instrumēti sacrosancta Maiestate veniat, quid est, quominus, vsitatissimo Dialecticis more, sic de Rosarij dignitate colligamus; sicut, (exemplo var impari:) Cicero ex Eloquentiæ partium singularum difficultate ac dignitate, totius artis æstimationem rectè proponit, atq; concludit? (*b*) Quare sic colligo: Cuius Rosarij partes singulæ, vt 1. Crux, 2. Symbolum, 3. Dominica oratio, 4. Salutatio Angelica, 5. & certa harum Repetitio, tantæ dignitatis sunt, & vtilitatis; quantam esse supra demonstrauimus: ipsum planè multò maximæ esse oportebit. Quanta sunt Fides, Spes, Charitas? At in symbolo est Fidei professio: in oratione Dominica est Spei nostræ contestatio: in salutatione Angelica est gratulabunde charitatis declaratio: Crux omnium est perfectio & consignatio. Rosarium igitur quod horum est omnium collectio, quantum esse existimandum est?

a. Petrus Thyræus in Apodixi thesium de Rosario, thesi 16. edit. anni 1587.

Excellentia 1. ex teria.

b. Tullius l. 1. de Orat.

est? An non Christianorum exercitorum summum quod summa omnia in se vno cōplectitur?

Atque hæc sit Excellentia prima, ex materia Rosarij existens. Cum qua, qui potest vel audet; in comparationem is adducat, non dico maiorē, sed vel parem, alias quascunque solennes totius Ecclesiæ formulas Deum precandi atq; colendi: & vltrò cesserit Rosarium.

2. à Forma. *Secundam Excellentiam* Forma illius dispositioque constituit. Cuius quidem numeris quid, (: simili in genere,) absolutius, aut mysteriosius? Cuius breuitate, quid perfectius? Cuius ordine partium, quid pulcrius? Cuius interpretatione atq; defensione, quid rationi conueniētius? Cuius obseruatione seu traditione, quid constātius? Cuius religione, quid sanctius? Cuius mysterijs; quid salubrius? Cuius facilitate, quid vulgarius, & cuiuis promtius esse potest?

Est sanè, quod, hac ex parte sui, Rosarium cum summis ac optimis quibusque Ecclesiæ institutis venire in contentionem queat. Componere namque vis cum eo solennes, publicasque Ecclesiæ preces, quas Horas illa vocat Canonicas? At harum quàm varia multiplexque per Ecclesiam diuersitas, (& rectè,) vsurpatur? Cętera sileo. Vis Litanias? Vis alias precandi formulas? Sed hasce vniuersas vel vna Oratio Dominica lōgissimo post se relinquit interuallo. Vis ipsum Sanctissimi Sacrificij solennem conceptis verbis Canonem? Excipio huius ter sanctissima VERBA VITÆ; seu CONSECRATIONIS: Iam quid in toto reperies Canone, quod præ Dominica Oratione duxeris, magis aut vsurpandum, aut venerandum? teste Gregorio Magno; vt dictum superius. Quid deniq; in toto genere precandi, Rosario anteponas?

Tertiam ipsius Excellentiam Finis ei constituit.

uit. Huius altitudo est DEVS: Profunditas, 3.à Fine.
Purgatorium; Latitudo, vniuersa Ecclesia; Longitudo, tota rerum ac temporum omnium præteritorum, præsentium ac futurorum vniuersitas. Hæc intuentur ac comprehendunt, hęc permeant, eò vsq; tendunt atque pertingunt solius preces Rosarij. Particularium finium enumerationem dedimus alubi.

Quartā Excellentiam ipsi causa exaggerat Efficiens. Et quidem partiū autores effectoresq; si quæras, 1. Salutationis est sanctissima Trinitas, 4.ab Efficiente.
Elizabetha, Ecclesia, 2. Orationis Dominicæ, filius Dei Deus & homo Christus Iesus. 3. S. Crucis, Deus & Ecclesia, 4. Symboli, Apostolorum chorus. 5. Ordinis Rosarij ardor est peruetus Ecclesię vsus approbatus, & demū S. Domin. Quæ singula cùm per sese tanta sint ad eorum commendationem, ac venerationem; quanta non simul vniuersim esse existimanda sunt?

Quintam Effectus sui Rosario pariunt excellentiā, haud scio, an vllius rei alterius in Ecclesia 5.ab Effectibus.
perinde & magni, & mirifici, & multi, & varij. Licet gustum capias illorū & specimē vel ex tribus istis voluminib. nostris, quę vno nomine *Rosgarten.* i. Rosariū Exemplorū placuit appellare. Quò minus hîc verbis agendum; cùm res ipsæ loquantur alubi.

Septima Rosariū aut vnus est, aut certè prin- 6.à Proprietate Rosarij, mentalis in. co oratio. nis.
ceps Deum orandi ritus solennis, inter omnes Ecclesiæ vsitatos Orationum Modos, qui mentē simul cum vocali oratione cōiungit: vt hoc ei velut proprium ac peculiare sit attribuendum. Nemo negârit, quin ad aliarum quoq: cōcepta precum verba piè commentari animo liceat, ac meditari. Verùm hoc si fiat, priuato fit instinctu potius ac studio: non, vti ad Rosarium, ex instituto; non certâ viâ, ac ratione præ-

scriptâ;

ſcriptâ; non ex antiquitatis traditione; non vllius ſummi Pontificis commendatione; non indulgẽtiarum ad id factâ elargitione perpetuum duraturâ; non ſolenni denique conſuetudinis omnium, ac vulgi etiam vſurpatione. Quare quæ vtrique iſti orationis generi, Vocali atque Mentali ineſt præſtantia; eam vtramque ad vnius confluere Roſarij dignitatem neceſſe eſt.

Eſto, ſint vocales precandi quædam formulæ, ad quas ritè exſoluendas mentalis ſit, ex inſtituto aliquo, adiungenda oratio, ſiue meditatio. Primùm tamen, iſtud inſtitutum non niſi priuatum erit paucorum, minimè publicum, & commune omnium; quale Roſarij eſt: vt proinde huius nec vtilitatem, nec amplitudinem attingere, nedum exęquare poſsit. Deinde, mentalis oratio vel ex Vocalis formulæ verbis ipſis educitur: aut alicunde ad illa acceſſitur. Si prius: iam ne vel in ipſis Biblijs, nedum in Eccleſię ſcriptis, alia ſunt verba, ſiue ad meditātis intellectum & captum, ſiue ad affectum ac ſenſum aptiora; non alia ſummis, infimis, medioximis ditiora myſterijs; quàm quæ Angelica Salutatio; quàm quæ Dominica oratio; quàm quæ Symbolum; quàm quæ ſanctiſsimæ Trinitatis per ſignum Crucis inuocatio nobis verba offert ore exprimenda; ac mente meditanda. Si poſterius: iam nihil erit, quod ad Roſarij mentalem poſſet orationem accedere. Quoniam ſuas illas vocales, ex ordine repetitas preculas iſtud [certis,] inquit, Pius Papa V. (c,) [meditationibus, totam Domini noſtri IESV Chriſti vitam demonſtrantibus,] condire ſtudet, atq; commendare. Vnde vero vſquã & quæ meditationes aduocari, aut excogitari poterunt iſtis de vita Seruatoris, diuiniores, ſalubriores, faciliores, & homine Chriſtiano digniores? Siue igitur Roſarij concepta precum verba;

Duplex modus orandi mentaliter ad vocalem orationem

c, Pius V. in Bulla. Conſueuerunt Romani.

verba; siue adiunctas considerationes, attendas; nihil prius vtrisque, nihil proinde Rosario quoque potius reperies.

VII. ab Antiquitate.

Septima Excellentia Rosarij à sua ipsi Antiquitate enascitur. Hanc enim (quoad substantiam,) inde vsque ab ipsius Euangelij primordio repetamus necesse est. Nego Christianam Ecclesiam quicquam in suis supplicationibus habere antiquius. Nam si ieris per singula, *Salutatio Angelica*, vox prima fuit Euangelica. *Oratio Dominica*, prima fuit, ad vbique orandum in spiritu & veritate, instructio diuina. *Symbolum*, prima Fidelium tessera fuit Apostolica, & Christianæ professionis summa. *S. Crucis signũ*, Credentibus in omni actione primum semper, medium fuit, & vltimum. Primitiua porrò charitas & deuotio, quia & efferbuit flagrantissima; & ipsi à Domino cùm relicta fuit Oratio breuissima; tunc iniuncta hæc omnibus continuanda; nec alia præter illam tradita; idcircò illius ipsius Repetitio planè accidebat necessaria. His igitur singulis Rosarij diuinis partibus quid prius in Ecclesia, quid antiquius reperias? Sed &, (si à Deo ipsiusq; Sacramentis abieris,) quid diuinius?

Iam ista iunctim si colligas; seriatim disponas; Rosariumq; ex ijsdem contexas; &, (Rosarij nomine postposito,) rem ipsam, preculasq; tibi proponas; quid istis aliud, temporum secutus ordinem, præponas, haud facilè repeteris. Certè in Clero inde à primæua Ecclesia Horarum viguisse Canonicarum vsum, seu Psalmorum Dauidis Deo psallendorum, dubitari non debet. Viguisse incruenti Sacrificij ritum ac Canonem aliquem, qualem Dominus in Cęna instituit, Apostolis tradidit; (*d*:) Gregorius Magnus (*e*) attestatur: Nec hoc controuertere licet. Quid ergo? Hęc in Clero prima ad Dei cultum vsurpata publicitus constant.

d. *1. Cor. 11.*
e. *S. Greg. in Registro l. 7. Ep. 63.*

 In

In populo verò quid? Iam dixi capite primo. An non huic ille fuit forma Dei ritè colendi factus & exemplum? An non & Laici erant imitatores Cleri, sicut & Clerus erat Domini? Hoc Apostolus, vt fiat, hortatur, (*f*) & factum esse testatur: (*g*:) Hoc Antiochenos S. Marci discipulos factitasse Philo Iudæus prodit. Produnt idem in Epistolis S. Martialis, & Ignatius Martyres, & Apostolorum discipuli: Clemens quoque Papa, S. Petri discipulus & successor, in suis passim satis idem innuit Constitutionibus.

Vt Breuiarium Cleri, sic Rosariũ vulgi fuit.

f. 2. *Cor*. 4. *v*. 16. & *c*. 11. *v*. 1. & *Eph*. 5. *v*. 1. *Phil*. 3. *v*. 17. *Vide supra c*. 1.

g. 1. *Thes*. *v*. 6. & *c*. 2. *v*. 14. *Heb*. 6. *v*. 12

Laicos hortantur Apostoli & Apostolici viri ad imitationem Cleri in colendo Deo.

Vt igitur populus imitator est Cleri factus in moribus, inque doctrina; ita quoque & vel maximè in Dei cultu, & ipsum orandi religione: Vt, quot Clerus Deo Psalmos Dauidicos, tot eidem populus offerret orationes Dominicas. Hæc alubi testata feci, non repeto. Quare vtriusque aduersus DEVM cultus, & illius Ecclesiastici, & huius Laici, par, aut penè par vt sit antiquitas, necesse est.

Qua de re vnum hîc loquentem faciam, virum grauissimum, & scriptorem valde bonum: Aquensem Patricium, I. V. Licentiatum, Consiliarium Imp. Augusti Maximiliani primi Iudocum Beyssielium. Illius de Rosarij antiquitate istud extat testimonium in libro, quem de Rosacea Corona conscripsit. *Coronariorum*, inquit, *Salutandæ MARIÆ ritus nouitijs inuentis haudquaquam adscribitur. Siquidem cùm ipsa penè Ecclesia pullulauit. Nam cùm inter ipsa nascentis Ecclesiæ primordia perfectiores quique Fideles, tribus illis Dauidicorum Psalmorum Quinquagenis, diuinas laudes assiduè celebrarent: ad rudiores quoque, qui modo arctius diuinis vacabant pij moris æmulatio est deriuata. Vt tamen non Psalmos ipsos canerent: quippe quos nec legere*

Occasio nascentis Psalterij Ma-

legere satis nec intelligere possent: sed ad mysticum illum numerum angelici concentus carmine vterentur.

Rati id, quod erat: Cuncta illorum Psalmorum Sacramenta cælesti hoc eulogio delitescere. Siquidem eum, quem Psalmi venturum concinunt; hunc iam adesse hac formula nuntiauit. Sicque trinas Salutationum Quinquagenas, (quod iusti Psalterij vicem & vi & numero compensarent:) MARIÆ Psalterium appellare cœperunt. Oratione vtique Dominica in singulas Decades vbique præposita; prout à Psalmidicis obseruari antè aduerterent. Itaque piæ obseruationi pro se quisque sibi ipsi inseruiebat, nulla inuicem communione, ac societate inita. Eâ tantùm erant contenti, quam in Fidei vnione contraxerant. Et iam tamen patescere incipiebat, quantum suis Salutatoribus MARIA faueret; quorum salutem miris aliquando prodigijs vindicabat. Vt eorum, qui DIVÆ huius miracula collegerunt, receptissima volumina attestantur. Ista Beyssclius: quæ non vno, sed multiplici nomine mirificam Rosarij, planèque singularem præcellentiam declarant. Causa eiusdem.

Octaua Excellentia Rosario à sua ipsius Vniuersitate existit. Catholicum dicimus, vt est, Rosarium; *seu tempora, siue loca, seu personas*, attenderis. Vt hanc sibi notam illud cum Ecclesia penè communem vendicet. Testis est vel ipsa Rosarij Fraternitas; quæ tametsi multis illo sæculis posterior extiterit; ipsa tamen eos sumsit ortus, progressus fecit eos ac cursus; vt Christianum terrarum orbem, breui temporum spatio, cum ordine Prædicatorum comite, peragrârit vniuersum. Id quod alio libro, vbi de Fraternitatis progressu 8. ab Vniuersitate. 1. Locorum.

tractauimus, proditum ſatis eſt ac conteſtatum. Quapropter, vt Catholicus ab ortu ſuo Prædicatorum eſt Ordo; Catholica Fraternitas Roſarij: ita ipſum quoque vel maximè catholicum eſt Roſarium.

Neque iſtud à *temporibus* minus; quàm *locis*. Nam cùm Fides ſeu Religionis cultus, & Orationis ſpiritus diuelli ab inuicem nequeant; fatendum eſt, tam hanc, quàm illam catholicam euaſiſſe. Ac rurſus, cùm id ætatis, ex typorum defectu, precationum libelli imprimi potuerint nulli; & ex Scriptorum quantâcunque copiâ, ſcribi tamen haud quiuerint tàm multi, qui vix manibus literatorum, & Clericorum vſibus ſufficerent: laicum certè populum ac vulgus Chriſtianum alio opus habuiſſe ſubſidio, vſumque illo fuiſſe oportuit. Nam & hic, vt in laicâ communione, ſic & in oratione laicâ plurimus fuit, ac propè aſsiduus. Quæ quidem laica oratio non tam literis & atramento; quàm in Fidelium cordibus ac ſpiritu ſcripta exiſtebat: ex corde promta ad Deum redundabat; profuſa cælos pulſabat; ac fluminis ſui impetu ciuitatem D E I lætificabat. Eaque cum verbis ipſi à DOMINO tradita breuior eſſet, quàm quæ orantium deſiderium ſemel recitata exſatiaret; feruor ſpiritus ipſam breuitatem repetitione frequenti compenſabat. Repetitionem, ne exerraret illa ab ordine, aut ſine modo perſtreperet, aliquod vel in manibus, vel ſub oculis adminiculum regebat, & adiuuabat. Quod autem illud fuerit; præter Roſarium, ſeu Pſalterium Chriſti, ac Mariæ, neſcitur aliud. De re loquor, non de nomine. Et illius quia neſcitur primordiũ; acceptũ hoc ab Apoſtolis ac traditum rectè tenetur. Vt igitur ab totius orbis Chriſtia-

2. Temporum.

Occaſionis ac penè neceſsitatis.

Christiani loco,sic& tempore dici potest catholicum:quod haud scio an de vlla precandi formula queat affirmari.

Iam quid de personis dicere attinet, deque hominum generibus,ætate,sexu,ordine,seu conditione? Quorum vsibus omnium cùm aptum, ac facilè seruiat Rosarium sic, vt nihil supra; planè catholicum à personis, locis, temporibus id esse dicique oportere confitendumest. 3. Personarum.

Nona excellentia in Rosarium à Pontificum autoritate promanauit. Hæc enim illud vehementer approbauit ac ratum iussit; frequenter fideli populo scriptis commendauit, prædicariq; mandauit;hęc idem amplissimis ornauit elogijs; vt non aliud magis. 9. à Confirmatione Pontificũ.

Decimam Excellentiam ipsi concessæ à Pontificibus Indulgentiæ largiuntur. Atque eæ tantæ in vnum sunt effusæ Rosarium; quantas non dico in aliam quamcumque precem, sed vel in omnes vniuersim cæteras nusquam vnquam extitisse mihi persuadeo. Dico,totam Romani summos Pontifices in vnamquamque Rosarij, ac Fraternitatis illius conclusisse aram. Id iam docui alio in loco, libri tertij de Statu, progressuque Fraternitatis. 10. ab Indulgentijs.

Vndecimam illi Deipara non solum innumeris penè miraculis conciliauit excellentiam; verum etiam ipsa id cũplures edocere dignata est, modumq; tradidit ac ordinemquo, DEO ritè excoleretur: simul imperauit nonnullis, vt idem ad populum constanter prædicarent. Quod de nullo precationis genere perinde factũ accepimus. 11. à B. Virgine Magistra.

Duodecima. Nullum quoq; orationis gen⁹ tot scriptorum studijs tantis celebratum; tot literarũ monumentis cõmendatũ; tãtis Cõcionatorũ conatibus, ac omni Pręedicatorum contentione vulgatum legimus, aut meminimus. 12. à Scriptoribus.

XIII. Nullum est, cuius gratia, cuius titulo ac nomine vlla côierit societas, vlla fuerit excitata, propagataque Fraternitas: at Rosarij Fraternitas quam in orbe Christiano parem habet vsquam, aut vnquam habuit?

13. à Fraternitate illius.

XIV. Iam verò illud, quod Solennis festiuitas Rosarij sit instituta publicè, religiosèq; sancita; illud inquam inter omnes Ecclesię precandi, supplicandiq; ritus est prorsus singulare, propriumque Rosario.

14. à Festo ipsius.

XV. Nec minus istud: quod vel ipsum illud externum Rosarij signum materiale, nota sit ac tessera professæ fidei orthodoxæ, qua Catholicos licet ab hæreticis internoscere. Quia ipsum quoque Symbolum est testis pietatis, quo ipsos inter orthodoxos, de cuiusque pietate decernas.

15. à Significatione Fidei ac pietatis.

XVI. Idem etiam Rosarium, & precariorum solam globulorum seriem ac materiem subinde Deus miraculorum voluit gloriâ celebrare.

16. à miraculis.

XVII. Ex his atque similibus Excellentijs alia quoque titulorum tam illustrium, quàm suauium, planèque singularium extitit Rosario: quales nullis vnquam precibus obligarunt.

17. à titulis.

XVIII. Nec ista postrema laus est Rosario, exosum esse malignis seu Spiritibus, seu mortalibus. Neque enim vnam aliquam ex omnibus orandi formulis leguntur vtrique aut infestasse sæpius, aut dirius execrari; quàm vel preculas in Rosario, vel ipsum Rosarium. Atque hæ è multis paucæ sufficiant, in præsens eiusdem Excellentiæ.

18. ab hostibus.

Nunc igitur TV ô DEVS, *qui nobis sub mystico Sanctæ Genitricis Rosario singula vitæ, Mortis ac Gloriæ suæ mysteria repræsentas: da, quotquot plantationis huiusce cultores adsciscimur; cale-*

In Diurnali Prædicatorum edit. Paris. anno 1595. in festo Rosarij.

lestis horti coronis triumphalibus coronari. Et TV Optima, Maxima Diuorum, Diuarumque D I V A, quæ in ſpiritu verè, per os Prophetarum ſic loqueris. *Vinea mea coram me eſt: germinans germinabit propago illius: opus manuum mearum glorificabo.* Ac iterum de te, *Eccl. 50.*: inquis, *quaſi arcus refulgens inter nebulas gloriæ; & F L O S R O S A R V M in diebus vernis; quaſi lilia, quæ ſunt in tranſitu aquæ, & quaſi thus redolens in diebus æſtatis.* Tu, inquam, *Reſpice. ô Mater, de cælo germen plantationis tuæ: viſita, & perfice eam, quam plantauit dextera tua.* Nimirum iſtud inclytum germen plantationis tuæ: tua eſt Fraternitas Roſarij: Hanc ita admones. *Obaudite me diuini fructus, & quaſi R O S A plantata ta ſuper riuos aquarum fructificate. Quaſi Libanus odorem ſuauitatis habete: Florete flores quaſi lilium & date odorem, & frondete in gratiam, & collaudate C A N T I C V M, & benedicite Dominum in operibus ſuis.* Ita benedicimus Deo, benedicimus tibi, *ô R O S A inmarceſſibilis, ô omni ligno Paradiſi præſtans. R O S A decor Cedrorum Libani, inter cæleſtis Roſarij amœnitatem, floreſq; odoros. & albentia lilia pulchrè vernans. Germinare Charitatis propagine, & in hortis plantationum tuarum, & in Electis tuis mitte radices æternæ hæreditatis.*

Ibidem ad Laudes.

Eccl. 50.

Ibidem in Diurno.

Eccl. 39. v. 17.

In Diurnali ad Magnif. 2. veſp.

CAPVT XXV.

DAVIDICI, ET ANGELICI PSALterij, hoc eſt, Eccleſiaſtici, & Laici facta inuicem Comparatio.

IN VETERI LEGE, ſecundum diuinum in Sacrificio cultum Dei, proximus ille ſemper fuit habitus, qui in Pſalmis

Regijs, DEO ritè psallendis, exhiberi consueuit. Quę religio hodieque perseuerat. Vt inprimis veneranda sit Psalmorum antiquitas, & sanctitas plurimi æstimanda. Cùm igitur Ecclesiasticum illud Dauidis iure suo tanti esse debeat, quàm quod est maximi; hoc autem nostrum Laicum Psalterium Mariæ summopere quoque celebretur; idque suo item iure, ac merito: pretium operæ fuerit vtrumque, velut in bilancem positum, interq; se compositum, quandam ad trutinam expendere.

Ratio comparationis, Prima.

Id quod vel conari, mihi haudquaquam in mentem venisset; vel rem audere tantam, tamque odiosam, nunquam à meipso impetrassem; nisi illam vtriusque iam olim institutam fuisse contentionem, apud Alanum nostrum reperirem: cuius hîc caput vndecimum, quod ea super re ad Reuerendissimum Ferricum Episcopum Tornacem, in sua Rosarij atque Fraternitatis Apologia, scripsit, verbis totidem reddam. Id ita habet.

Altera ratio.

[Colendissime Rector animarum: Veritatem dat Trinitas laudabilissima per Psalterium Virginis MARIÆ, Matris VERITATIS Verissimæ. De quo iam vanitas curiosa quorundam magis, quàm deuota quærit: Quid est nobilius, Psalterium Dauidicum aut Angelicum? Ad hanc comparationem odiosam sub distinctione respondebo: quantum est ex parte Charitatis orantis & intentionis, & deuotionis.

Occasio comparationis instituendæ Alano data.

Primùm, Vbi est maior deuotio, & charitas orandi, ibi est maius meritum; Secundùm Thomam secunda secundæ, & in Quodlibetis. Inde possibile est, aliquem facientem minimum opus bonum, dando scilicet pauperi denarium, magis mereri, quàm

Psalterium Dauidicũ præstat Angelico.

quàm illum, qui maximum opus faceret bonum: puta, quam sacerdos & celebrans in peccato mortali, aut minori cum charitate. II. Psalterium Dauidicum est nobilius, quam Angelicum ratione cuiusdam causalitatis: in quantum fuit quodammodo causa dispositiua & figuratiua Psalterij Angelici. III. Est nobilius in significatione; quòd plura in Dauidico significantur expressè, quàm in Angelico. IV. Nobilius est antiquitate. V. Orandi pœnalitate; quòd ibi maior est labor orandi, quàm in Angelico, & hic maius est meritum. VI. Est maius quantum ad intelligentiam & doctrinam: quia plura ibi intelliguntur & docentur, quàm in Angelico. VII. Est nobilius in Autoritate: Quia ex antiqua lege probari habet Noua; non contra. VIII. Nobilius est in frequentatione, & Ecclesiæ deuotione: quia ab Ecclesia pro principali oratione habetur in Horis Canonicis, ad minus extensiuè. IX. Nobilius est extensiuè; quia ad plura extenditur. X. Nobilius est in magnitudine & difficultate: quia maius est & difficilius quam Angelicum.

Angelicũ præstat Dauidico.

Verùm quodam modo Angelicum Psalterium est nobilius Dauidico. I. Quia est causa finalis Dauidici: Finis autem est nobilior his, quæ sunt ad finem, secundum Philosophum. II. Nobilius est in perfectione: quia habuit effectum nobiliorem, puta VERBVM CARO FACTVM. III. Quia est initium noui Testamenti, quod nobilius veteri; quodammodo sicut homo viuus homine picto, quia vetus fuit tantum pictura & figura Noui. IV. Quia factũ est ab Sanctissima Trinitate, ab Angelo pronunciatum, & MARIÆ præsentatum: Dauidicum autem à peccatore est Synagogæ collatum. V. Angelicum est quodammodò

modò maioris veritatis, quam Dauidicum: eò quod sit de præsenti, vel de preterito: Dauidicum verò in ratione prophetiæ est de futuro. Propositiones autem de futuro non sunt veræ, nec falsæ, nisi propter falsitatem, aut veritatem alicuius de præsenti, secundum Philosophum. VI. Angelicum quoque factum est in luce: At vetus illud in vmbra. VII. Angelicum est consummatio Dauidici, fructus, & perfectio. Vnde remoto Testamento nouo, nil valuit antiquum: nil enim valebat, nisi tanquam signum futuri Testamenti secundum Augustinum: Ideò Paulus aiebat: Omnia in figura contingebant illis. VIII. Angelicum mittit ad cælum: Post Dauidicum ibatur ad infernum. IX. Per Angelicum facta est vniuersalis pax DEI Patris, & hominis, non autem per Dauidicum. X. Christus, & pijssima Virgo Maria maiora habuerunt, medio Psalterij Angelici, quàm Dauidici. Christus enim est per hoc homo DEVS: Sed & Maria est mater DEI Omnipotentis. Quibus, secundum Thomam, DEVS maius facere non potest. Et hic quodammodo Christus & Maria magis amare tenentur Psalterium Angelicum, quàm Dauidicum, quia ampliora dans est magis diligendus, secundum Senecam.

In Salutatione duo sunt: Verba & res siue intentio Dei.

Neque valet, si dicatur, quod Salutatio Angelica nihil effecit in Maria; sed magis Verbum Caro factum est per MARIÆ Verbum, cum ait: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Similiter illa Salutatio fuit vna vox, quæ non potuit facere supersubstantialem effectum. Ad hæc, similiaque dico: quòd Salutatio Angelica capitur duobus modis. Vno pro puris vocibus, & actione vocali adiuncta: & sic argumenta prætendunt. Alio modò

modo pro vt fuit in intentione Trinitatis, & Gabrielis, & Verbi incarnandi, & Mariæ Virginis impraegnandæ à Spiritu Sancto; & pro vt ab Ecclesia triumphante intendebatur. Et sic patet causa Salutationis Angelicæ tam efficiens, quàm materialis, quàm formalis, quàm finalis. Ideò licet in verbo Angelico expressè non contineatur responsio Virginis, continetur tamen in intentione. Et sic debet capi Salutatio in proposito. Sic etiam capit Ecclesia Annunciationem Dominicam, cùm de ipsa facit celeberrimum festum, scilicet pro completa in facto Verbi DEI incarnatione, & non solum pro vocibus. Quia DEVS principaliter verba illa non intendebat; sed Verbum suum incarnari in Maria volebat. Et gratia DEI factum est ita. Sic igitur hæc duo se habent, per modum excedentis & excessi, diuersis respectibus.] Hactenus Alanus de Dauidici Angelicique Psalterij comparatione. Sed nos hac omissa, in eiusdem salutationis præconium, vsum, ac studium efferamur. Hecque amplius, quò virulentus hæretica nobis obsibilat impietas.

Hæretici frequentiã salutationis carpunt in Rosario.

Bucerus enim, Pellicanus, Franciscus Lambertus, & Bullingerus nobis oblatrant; vt, si possent, tetræ superstitionis notum inurant. Accusant hi, quod hæc salutatio ita sæpe à nobis repetatur, vt præ eâ nullus, penè locus Dominicæ Orationi fuerit relictus; seu Brentius obstringillat. (*b*) Quòd autem serta inde, quòd Corononas, & Rosaria conteximus; nefandam blasphemiam Bucero committimus; (*c*) neque aliud, nisi apertissimum sathanæ inuentum, & Luciferium commentum stabilimus; DEOQVE, (vt Lambertus calumniari audet) & electis odiosam (*d*) ac omni studio

b. *Brent. Humil.6.in Lucam.*
c. *Buc. in cap.11. Luc.*
d. *Lamb. in cap.1. Luc.*

studio deuitandam adserimus submurmurationem.

At (e) *Sepulchrum patens est guttur eorum, & venenum aspidum sub labijs eorum.* Alia nobis maiores nostri, Patres sancti, tradiderunt; aliæ voces eorum sunt, & exhortationes. Et Ioannes quidem Damascenus inprimis sic auditores suos prædicator inhortatur: (f) *Cum Gabriele, Angelorum Antesignano exclamemus: Aue gratia plena, Dominus tecum.* Et alubi idem: (g) *Verè piorum labia DEI Genitrici Angeli vocem sine vlla intermissione modulantes, cum exultatione clament, Aue gratia plena, Dominus tecum.* Similia ingeminat idem in carmine suo Ecclesiastico.

e. *Psal. 13.*
At S. Patres eam vsurpant, & suadent.
f. S. *Dam. in serm. de dormit. B. Virg*
g. S. *Dam. de Annunciat. B. Virg*

Sergius certè Hieropolita suis idem auditoribus inculcat. (h) Quotquot hic adsumus fideles, inquit, *cum Gabriele acclamemus Virgini; Aue, gratia plena, Dominus tecum.* Atque hoc Sergio vetustior Andreas Cretensis, quem Sanctissimum Patriarcham Michael Glycas vocauit, disertè pronunciat. (i) *Omnis lingua choros ducat, & Deiparæ occinat: AVE. Hoc Gabriel prius sumsit exordium mysterij.* Nec multò post: *Et nos quoque rursum oportet hoc, tanquam comparatum ad agendas gratias, offerre Reginæ nostri generis. Illi enim conuenit dicere,* χαῖρε. Similia Chrysippus presbyter Hierosolymitanus, (k) ad auditores suos: *Agite*, inquit, *Si munera digna offerre nequimus; sumamus tamen initium à verbis Gabrielis, Aue gratia*: quod Aue cum frequentissimè repetiuisset, ita concludit: *His atque similibus, qui Deum gestant, particulatim Mariam alloquuntur.* Quid autem Hesichius, & ipse presbyter Hierosolymitanus? An non luculentissimè dixit: & scripsit? (l) *Iure procul dubio omnis grati animi lingua salutat Virginem &*

h. *Serg. in Natalem Deiparæ.*
i. *Andr. Oratione de Assumt. B. Virg.*
k. *Chrys. serm. de Deipara.*
l. S. *Hesyc. homil. 2. de Deipara.*

& Deiparam, ac pro viribus Gabrielem, Angelorum principem imitatur.

En tibi, quemadmodum vetus ille Catholicorum ſpiritus Angelicam Salutationem repeti ſuadeat; quod nouus vetat Genius Sectariorum. Cuius nidore peſtilentiæ afflantur orthodoxorum hodie nonnulli; qui vel Roſaria manu præferre erubeſcunt; velut quæ ſolas vetularum, aut Anachoretarum manus condecorare debeant. Vel neſcio quo ſupercilio, Salutationem præ Dominica faſtidiunt oratione: Cui quidem ſe tantò plus deferre arbitrantur; quantò minus illam vſurpant, atque honorant. Vel quòd precum libellis, quàm Roſarijs, potius delectentur.

Non ego crebro precariorum libellorum vſui quicquam detractum velim: adiectum magis & crebriorem eſſe optârim. Verùm præ illis Roſaria iacere ac negligi, hac verò mihi cumprimis dolet. hoc ſtylo, hoc voce exagito. Minus bonum libellorum teneri volo; ſed maius Roſariorum dimitti coarguo. Nunquam riuulos colit benè, qui fontem negligit. Deſipit qui turbidam appetit, ac haurit; reſpuit limpidam. Oratio Dominica, Angelicaque Salutatio fontes ſunt planè diuini: at precum libelli, quamuis boni, quid aliud ſunt, quàm riuuli quidam; & ij ex varia confluentia permixti ſemper, ſæpè confuſi: quàm ſalubres, non dicam; quàm ſæpè puri; iudicium eſt & querela intelligentium.

Digreſſio in libellaticos precatores.

Parum mihi aberrare videtur, qui Libellaticos iſtos precabundos, ſeu lectitatores potius, quàm precatores, ſimiles Gedionææ iſti turbæ militum dixerit, quæ prono in terram ventre abiecta, ad præterfluentem pollucibilius hauriendum, iacebat. (*m*) Non hic is erat populus, per

Iſti haud ſunt Gedeonæi pugnatores.

m. *Iudic. 7. v.5.*

per quem hostes Madianitæ fusi fugatique debellarentur. Tales sunt accubi ad dissipatas precularum palustres cisternulas, aquam continere non valentes. Non hi sunt, qui Madianitas seu hæreticos, seu impios quoscunque suis ad DEVM precibus profligent. Verùm vti *in trecentis viris, qui manu ad os proÿciente, lambuerunt aquas, vt solent canes labere*, liberauit populum suum Dominus, Duce Gedeone; datis ab hoc in manus singulorum tubis, & lagenis vacuis, ac lampadibus in medio lagenarum: Cunctis demum conclamantibus, & lagenas inuicem concussantibus; dum tandem de hoste triumpharent. Horum similes Coronarij possunt videri. Qui manu ac ore iuxta promti, erecti corpore, quarum signa precum manu tractant, eas & ore versant; cælestem Salutationis rorem lambunt orabundi, simul eum meditabundi in succum suum, robur, ad sanguinem conuertunt. Nimirum ita catellus ille S. Dominici, ipse, inquam, idem vir sanctus cum ex manu lambere solebat. Sic omnes ab hoc nati, formatiq; catelli cæteri Dominicani: seu religiosi ij, huc sæculares Rosarij vsurpatores promti. Hi tuba canunt Angelica. Hi lagenas tenent, concussantque votis communibus Coronarias. Hi in hisce lampades gerunt meditationum. Hi sunt qui multum orant, pugnantque pro populo DEI. In hoc signo vincunt. Digni Coronâ milites!

Causationes libellaticorum an guuntur. *Prima.*

Agite verò precarij centonum atque farraginum incubi, & Rosariofugi; quid est, quod libellos potius voluere manibus, quàm Rosaria delectet? Quid chartarum blattis, quàm Coronarum rosis vester magis se pascit animus? 1. An quod ipsum [legere] sit vel Deo acceptius, vel efficacius ad impetrandum, quàm orare? At hæc mani-

manifesta est falsitas. Orare namq; docuit Christus; non legere. Neque omnis qui legit preces orat idem. Lectio sæpe fallit; oratio nunquam. Oris, non oculorum esse propriam voluit orationem DEVS. Vndè & nomen sibi inuenit.

Secunda.

2. An, quod libri lectio sit præsentior animi collectio? At hæc imaginaria est persuasio. Clausus enim ad orandum oculus colligit animum intra sese: apertus ad lectitandum effundit, ac distrahit tot rerum figuris, quot legit. Qui ergo libros legunt; colligunt distractiones. Quid est igitur quod lectio precaria, quàm Coronaria oratio magis delectet?

Tertia.

An, quòd nosse legere librum, quàm recitare Rosarium posse, sit, hominum opinione, spectabilius? Nam legere est eximium, literatorum, cultorum, intelligentûm, virorum denique. At orare rosarium, vulgare est, ac puellarum, mulierculаrum, ideotarum, & simplicium de plebe, ac grege: Hem! quanta hæc vanitas?

Quarta.

4. An denique, quod in vllo precum volumine, aut in omnibus fortè sit, quod non sit gustare ac videre in oratione Dominica, & Angelica Salutatione? At si vera sunt quæ libro hoc de vtraq; illa, queq; de Rosario in medium protuli admiranda, planèque diuina; iam prorsus nullus, qualiscunque liber precarius ad vnius rosariò comparationem vel aspirare audebit. Et adhuc libellorum maior erit vsus, quorum minor est fructus? Errat, quisquis putat, suam in lectitando delectationem, esse veram in orando deuotionem. Hanc, non illam pensat DEVS.

Sathanæ in his fraus detegitur & tentatio.

Vtinam mallemus esse, quam videri pij; simplices, quam sciolі; iam continuò nobis plus saperent preces Rosarij; neq; tamen desiperent libelli precarij. At verò cùm hi nunc multis ita placeant; vt illas penè fastidiant; facilè in hoc sese intelligenti: prodit supplantator

Spiri-

ritus, & ad subruendi à se sensim cultus Mariani calcaneum subrepens callidus insidiator. Qui libellorum specie dum oculos capit corporis; illos mentis piæ ac simplicis internos, quasi cornicum, configit. Sinit ex illis aliquem percipere pietatis sensum: vt interim ad verum illum ac meliorum hebescat animus immemor, & obstupescat; aut certè diuinum illius fructum minimè percipiat.

Quod ne, vt fiat, committamus; pro clausula huc subijciam, quæ Iudocus Beysselius de vtriusque, Dominicæ & Angelicæ orationis inuicem facta comparatione præclarè, vt omnia, ad memoriam prodidit. (n) *Quod si*, inquit, *tantoperè laudatur illa Socratis oratio; qua id solum, vt bona tribuerent superi, precabatur; quam omnes laudibus in cœlum tulêre: quantò non nostra Dominicalis, Angelicaque præclarior est iudicanda? Præscribit illa, vt bona precemur: hæc, quæ sint ea bona, ostendit. Illa bonum quærit: hæc profert, exhibetque quod quæritur. Illa, quid roget, ignorat: hæc non solum, quid petamus, aperit: sed etiam quâ id via assequamur, in medium affert. QVÆ ORATIO PLVRA HABET MYSTERIORVM SACRAMENTA; QVAM NON DICO VERBA, SED ETIAM LITERAS.*

Eulogium nobile.

n. Beyss. lib. de Rosacea Corona.

Neque Rosarium duntaxat, verùm & ipsius Fraternitatem ab eodem nomine mirificè idem commendat Beysselius. *Sodalitas*, inquit, *Rosarij in DEI, & proximi charitate fundata, id sibi in orationibus dari duntaxat petit, quod vt peteretur, Christus ipse docuit. Id solummodo facere consueuit, quod Angelum Gabrielem fecisse cognoscit: dum scilicet & DEVM Patrem verbis Filij interpellat; & DEI Genitricem angelico carmine consalutat. Ita DEI voluntatem suæ semper ante-*

anteponens, tam multas Salutationum decades subinde subnectens, vt harum assiduitate, ac multitudine cum ipsis Angelorum choris certare quodammodo videatur. Porrò aliorum, quæ à Fidelibus habentur, sodalitates sunt illæ quidem & piæ, & sanctæ, religiosæque ab omnibus æstimandæ: Sed HIC NOSTER CORONARIORVM POPVLVS tantò illas necessariò exuperat, quantò à MARIA Cœlites reliqui superantur. Si hæc, vt sunt, verissimè, grauissimèque dicta; quid (malum!) quid miseri nobis è manibus effluere sinimus Rosaria? DEVS meliora.



CAPVT XXVI.
DE NOMINE ROSARII & Psalterij.

PArtes sunt quodammodo Toto potiores; & suo Totum Nomine prius extitit. Idcircò nos primùm de Rosarij partibus, quàm de Toto disseruimus. Restat extremum, vt de Nomine pauca dicamus. Nomen autem multiplex apud diuersos ille peruetus precandi ritus est sortitus. Ista tamen censentur, quia simplicia, ideò præcipua: *Psalterium, Quinquagena, Corona, Rosarium.* Latinioribus placet dicere, *Psalterium Angelicum, Psalterium Mariæ, Corona rosacea. Preces Coronariæ, Calculi aut Globuli precarij.* Cætera sunt in minimis, parumque latina vocabula: vt *oraculum. oratorium, Salutare, Patriloquium, Pater noster, Ordo, Suffragium, Salutatorium, Decachordum, Tornum, Signum, Riga, Corriga, Canticum Mariæ, Sertum Mariæ, Sertum rosaceum, Virginis Mariæ Epithalamium*: & alia talia. Eruditius hoc nostrum, ac perpolitius æuum

Nomina Rosarij varia.

ista fastidit auribus nomina vniuersim penè omnia: Cumque proprium non reperiat melius, nec audeat fingere nouum; nec fortè commodè possit, ea propter circumloquitur. Sed odi antiquæ simplicitatis osores, ac nouatores. Antiquitates amo & autoritates. Hisce agamus pro solenni nostro.

a. *Alanus in Apolg. cap. 1.*

Psalterium Mariæ cur sic dictum?

PSALTERIVM, inquit Alanus, (*a*) Mariæ, dicitur à Psalmis Dauidicis CL. in quibus fuit præfiguratum. Item ab instrumento musicali, quod Græcè dicitur Organum, hebraicè Nabalum; tali enim Instrumento, in quo erant CL. fistulæ, cantabantur Psalmi Dauidici. Inde seruitores in isto Mariæ Virginis, dicuntur Psaltes.

b. *Ala. ibid. cap. 2.*

c. *1. Reg. 16. v. 16.*

d. *2. Reg. 6.*

e. *Exod. 15. v. 20.*

Idem porrò nominis huius, in cæteris, tales assignat verosimiles rationes, (*b*) Ea Pijssima DEI Genitrix habuit conditiones virtuosas psalterij Synagogæ, Primò enim diabolum expellit. Vt Dauid è Saule per cytharam. (*c*) II. Arcam DEI (*d*) hoc est, Verbum Omnipotentis ad nos deducit, cum Dauid in organis. III. Maria victoriam obtinet contra inimicos, cum Maria sorore Moysis. (*e*) canente in tympano. IV. Prophetiam sanctis tradit; sicut Elisæus. (*f*) per cantum psalterij Spiritum S. prophetiæ accepit. V. Quoniam Spiritus S. per ipsam matrimonium inter Deum & creaturam humanam in thalamo virginali effecit; secundum Bedam. VI. Quia Maria chorum cælestis iubilationis ad diuinas laudes secũ trahit. (*g*) sicut filiæ Ierusalem. (*h*) quæ cantabant: Saul percussit mille, & Dauid decem millia. Secundum Origenem. (*i*) VII. Canitur, ex quo pax facta est per Virginem. Filius enim ipsius (*k*) fecit vtraq; vnum, tanquam lapis angularis. VIII. Orbi Maria immensam attulit festiuitatem: ideò canitur eidem. IX. Ipsa inuiolata obtulit pro mundo immensa DEO Patri holocausta, hoc est

g. *Luca. 1.*

h. *1. Reg. 18. v. 7.*

i. *Orig. serm. de Virg. Maria.*

k. *Ephes. 2. v. 14.*

est verbum incarnatum. Secundum Fulgentium. X. Ipsa cantauit Canticum eximium Magnificat. Hæc autem decem fiebant dudum per Psalterium Synagogæ.] Ista Alanus, Psalterij conuenientias repetens ex parte Almæ Virginis Deiparæ. Porrò sic idem.

[Sed & ex parte CHRISTI hoc oraculum dicitur Psalterium, pro quo singulares habentur rationes. I. Scriptum est enim in psalmo, Christũ esse Psalterium; (l) Exurge gloria mea; exurge psalterium & cythara. Quoniam igitur. XV Pater noster ad Christum diriguntur, qui exurgit in nobis ad pœnitentiam, & deuotionem, ideò psalterium hoc exsurrectionis dici potest. II. Quoniam Christus est Psalterium decem chordarũ; quasi completor, & retributor. X. Mandatorum DEI. III. Christus vt est quasi ipsum Psalterium Dauidis; ita in ipso est vbique singularissimè figuratus. IV. In dedicatione Templi, & reparatione cum gloria cantabatur in psalterijs: sanctificator autem & reparator noster est Christus. V. IESVS ipse est iubilatio nostra, habens quinq; chordas vulnerum, quæ sunt totius suauitatis. Congruenter igitur ad sponsum, & Sponsam hoc Psalterium apparet institutum.] Hactenus Alanus; Et satis de Psalterio.

Psalterium Christi cur sic dicatur?

l. *Psal. 56. v. 9. & 107. v. 3.*

De *Corona, & Quinquagena* sat disseretur in peculiari, iustoque Tractatu, quem proprium res & caussa desiderat.

De ROSARIO hîc pluscula: Sed quæ apud Cornelium, Luxenburgium, Lossouium, Delriumque reperio pleraque: atque è plurimis pauca ista. [Si Virgo MARIA] inquit P. Cornelius, (m) [dicitur Rosa, & seipsam Rosam nominat; meritò modus ille orandi per L. Aue Maria, & V. Pater noster, Rosarium nominatur. Nam L. illæ Salutationes, pul-

m. *Senekis serm 9. alias 11. sub finem.*

Ratio nominis Rosarij sic dicti.

pulcerrimæ & odoriferæ sunt rosæ, non quidem de terra exortæ; sed ex Consistorio sanctissimæ Trinitatis per Gabrielem Archangelum cælitus in terram missæ; quibus humanum genus ægrotum sanatum est, & ad DEI amorem accensum, Hæc ratio nominis Rosarij, & summa breuis est sermonum XII Luxenburgij, trium Clementis Lossau, ac totidem Cornelij. Itaque Mariam hi eiusque Salutationem, esse Rosam docentes, mirificè, copiosèque philosophantur. Demum quam rosa vim in medicinis faciundis habet, similem Mariæ, Rosarioque attribuunt. Nihil eorum hic attingerem, si qua facilior istorum copia foret autorum. Iam cùm hæc sit perrara; & ista Rosarium prædicaturis cadere quandoque possunt commoda; ideò non quidem hic omnia reddam, sed pauca colligam, sua suo cuique assignanda autori.

Ac primùm *MARIA est ROSA*, inquit, P. Cornelius (*n*) *ratione scilicet 1. Manifestæ appellationis, 2. Nominalis interpretationis, 3. Medicinalis operationis*. I. Ipsam se ipsa Rosam appellat, dicens; (*o*) *Ego quasi plantatio rosæ in Iericho*. Ac iterum: (*p*) *Quasi rosa plantata super riuos aquarum*. Etenim vt Hester, sic (*r*) *Ipsa roseo colore vultum perfusa, gratis ac nitentibus oculis* pulcerrima mulierum, & electa fuit è millibus, & supergressa vniuersas. *Quasi flos rosarum in diebus vernis sic effulsit in templo DEI* (*s*) Deipara.

n. Snekis. serm. 9.
o. Eccl. 24. v. 18.
p. Eccl. 39. v. 17.
r. Hester. 15. v. 8.
s. Eccl. 50. v. 8.

Pulcrè Ecclesiæ in Hymno:

Aue Rosa speciosa: Aue Iesse virgula,

Ac iterum:

Aue virgo gloriosa, Cœli rubar, mundi rosa,
Super solem speciosa, Virginale gaudium.

Eia ROSA MYSTICA, quæ decus & gloriam Rosarum peperisti IESVM MA-

RIA

IA: Rosam te iure optimo profiteris inqui- t. *Cant. 2. v.1.*
is: (t) *Ego flos campi*: (u) flos de Iessæa ra- u. *Isaia. 11. v.1.*
ice ascendens, flos florum rosa. De qua scitè
: verè *Macer* cecinit poëta:

lurea flos florum nobis Rosa iure videtur;
Qua specie cunctos præcedit, odoreque flores.

Ergò *Aue Regina cælorum, Mater Regis An-*
lorum. O Maria FLOS Virginum, velut RO-
A, vel Lilium; Fundè preces ad Filium, pro Sa-
ite fidelium.

x. *Apud Luxenburg. serm. 2. de Rosario.*

c) *AVE MARIA, ROSA florida Castitatis,*
rouidè plantata in horto diuinæ Charitatis:
'u in valle profunda Humilitatis es generata;
'alesti rore dulcissima Suauitatis madefacta.
SALVE ROSA Patientia, & singularis
Eminentia;
rnans & decorans caput ecclesiastica excellentia.
OSA pulcerrima, nunquam marcescens, sed
vernans
emper; & in folijs lata, peccatores delectans.
VALE ROSA rubicunda, & in Castimo-
nia semper munda,
De spinis Iudæorum natu: Suauis super omnia a-
romata,
'rahes tandem nos post Te ad hortum paradisi,
'bi crescunt ROSÆ dilecti Filij tui. Amen.

Rosa Pentaphyllis.

Theophrastus autor est; rosas, quibus pauca
int folia, ijs, quæ multis luxuriant, esse præstan-
iores: quæ quinque habent folia duntaxat,
ptimas: quę centifoliæ dicuntur esse, vilissimas.
olia ROSÆ nostræ, verba sunt Mariæ. IESV
Matrem, vt Delrio notat, (y) vix quinquies in
Euangelio locutam legimus. Semel Angelo;
emel Elisabethæ; semel mensæ ministris; bis
ilio. Nonne hæc Rosa Penthaphyllis? quare &
ræstantissima. Meras *Rosas loqueris*, ô Rosa
ratiosa; vt in diuerbio est: Et quod Persiana

y. *Martinus Delrio in Floridis marianis oratione de Annunciat.*

illa suo imprecabatur alumno nutricula: vt. [*Quicquid calcauerit, id Rosa fiat*:]

Hoc tuum fuit bonum donum. Rosam Rosa edidisti MARIA. Atque hæc de manifesta appellatione.

Rosa est hieroglyphicum.

Alterum erat de [*Nominali interpretatione,*] ob quam Maria primum Rosa nominatur: deinde singulatim Rosa in Iericho. De primo sic Luxemburgius: (z) [Rosa, germinationis tempore; in granoso cortice virente aliquandiu clauditur, Et nodo quidem tumescente, sub veris iucunditatem folia quędā mollia rosæ erumpunt se mutuo complectentia, sicque spinosa rosarij substantia aromaticitate ac venustate rosarum decoratur. Mysticè, Diua Virgo rosarum cādidissima, Spiritus S. gratia repleta, Saluatorem conceptum in vtero IX. mensibus claudebat; vterus sensim grandescebat; demum. (a) Egreditur virga de radice Iessæ, & FLOS de radice eius ascendit.

z. *Luxeb. Serm.* 1.

a. *Isa.* 11. *v.* 1.

Porrò (b) secundum Albertum Magnum, & Ianuensem, seu Catholicon, Rosa dicitur quasi rore cęli sata. Nam, secundum Galenum, Rosa se in aurora aperit; & rorem cæli, & solis splendorem recipit: sed recedente sole se iterum claudit. Sic certè B. Virgo Rosa est, gratia spiritus S. fæcundata: solis iustitię claritate illustrata, vt nullius peccati tenebra in ea remanserit, quia Virtus Altissimi obumbrauit illi. Hæc rosa, accedente Gabriele, in aurora se aperuit, Angelicam Salutationem, quasi rorem, recepit; nec tantum solis claritatem, sed ipsum solem iustitiæ sibi realiter incorporauit, dum consensum dedit, dicens: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Sed isto sole recedente, & in Cruce per mortem obscurato, Rosæ Virginis viscera contracta sunt & clausa, dum mortem Filij plus omnibus

b. *Lossu. serm.* 2. *Seneckis ser.* 9. *Luxemb. serm.* 1.

...nibus doluit, dum roseo ipsius sanguine ...urpurata vidit occumbentem; dum ille Simeo-...æus gladius animam eius pertransiuit. Hæc ...enckis, & alij.

At ista Martinus Delrio: (c) [Docet fons he-...bræus: HABACELETH HASDRON. ...Rosa satura, non Iudeæ septis inclusa, sed huma-...o generi toti, in campestri huius mundi plani-...ie exposita; pulcritudine, & amœnitate cunctos ...d se pelliciens. Rosa in cælo patrem habet so-...em; in solo, plantam matrem: Christo in cælis ...Deus est Pater; in terris Virgo planta mater. Rosæ ...olis calore, & roris influxu gignuntur: Christus, ...ltissimi virtute obumbrante, & Spiritus S. ...superuentu irrorante, de Iessæa radice ascendit.] ...Est ergo Rosa MARIA gratiosa.

c. *Delrio in Floridis. 4 oratione de Annunci.*

Et inprimis *Rosa in Iericho*: quod alterum erat. ...De qua sic omnes (*d*) verbis adeò ijsdem: [Singu-...ariter gaudet se Rosam in Iericho nominari; Et ...hoc triplici ratione; 1. Fœcunditatis loci; 2. Singu-...aris modi; 3. significationis rei ratione. Primum ...patet. Nam, secundum Isidorum, & Catholicon, ...Iericho est locus fæcundissimus, in quo primùm ...creuit, & inuentum est balsamum in monte iu-...xta Iericho. At balsamum, quia odoriferum, & in ...medicinis efficacissimum, Virgini Mariæ singula-...riter conuenit, dicente Eccl. (*e*) sicut cinamo-...mum & balsamum odorem dedi. Eius certè odor ad cælum ascendit, & Christum descendere fecit: cuius liuore sanati sumus, sanguine redempti, & morte liberati.

d. *Cornel. ser. 19 Luxeb serm. 2. Clemens. ser. 3.*

Fœcunditas Ierichuntis.

e. *Eccl. 24. v. 20.*

His addunt Clemens & Luxen. [Balsamum ex Iericho Ægyptij transtulerunt, & in sua patria etiam plantauerunt, vsque Babyloniam. Sed ibi minimè crescit, neque creuit, nisi terra fuerit culta manibus Christianorum.

Et balsami copia.

Ita Virginis laus non crescit, nisi in manibus Christianorum, qui Filium ac Matrem eius colunt per modum hunc orandi in Rosario. Non vult esse cum Gentilibus & immundis peccatoribus. Christiani quoque à Christo, hoc est, Vncto dicuntur, vnde cuius nomen gerunt, obligantur ex nomine illi seruire : ideò & ipsis balsamum conuenit singulariter colēdum.] Hæc illi. Delrio sequentia. (*f*)

f. *Delr. in Floridis orat. 4. de Annunciat.*

[Regina cælorum veterem calcat Iericuntem, quia Sol amictus eius, & Luna sub pedibus eius. Iericho Lunam significat: quam Hebræi IARECHA nuncuparunt. Defuncto Elia (*g*) successor eius Elisæus in Iericho habitabat : ad quem viri ciuitatis dixerunt, Habitationem ciuitatis optimam, sed aquas fontis, quo regio rigabatur, pessimas esse, & ideò terram sterilem. Misertus Propheta iussit vas nouum fictile afferri, & in illud salem inijci. Postea ad fontem progressus, vas in eum inuergens, salutari libamine aquis dulcoratis, ait: sanaui aquas has, & non erit vltra mors, neque sterilitas. Iosephus (*h*) quoque fœminarum sterilitatem addit, aquarum vitio solum, hominesque iuxtà inficiente. Post hanc benedictionem, qui fons famis & orbitatis fuerat causa, repente sobolis & frugum autor extitit. Mox illic nemorum & hortorum plantationes emergere; virgæ Opobalsami pretiosissimi fructicare ; palmarum celsarum vertices nubibus minari ; Myrobalani & Cyperi suauitas mirificè pullulare ; nudum prius & ieiunum solum solarijs iucundissimis exornari. Tantum modici salis infusio potuit : quod esset alterius præstantioris mutationis fida figuratio.

g. *4. Reg. 2.* Veteris Ierichuntis sterilitas.

h. *Ios. lib. 5. de Bello Iud cap. 4.* Versit in fæcunditatem.

Agrum Ierichuntis Iosuana maledictio anathemati

emati subiecerat (i) Hominem Deus in primo neris autore sterilitate damnarat: (k:) eò, quod phat minutus terræ puluis, in argillæ modum qua per figulum peritissimum optimè tempe- ta, contra Plasten suum se superbia extule- t. Qui iusta succensus indignatione, vas in nnorem initio creatum, dissipauit, & in con- meliam formauit. Fons originalis iustitiæ ex- escens, vel amarescens, pro dulci scaturigi- e; cinerem; pro virtutum flore, squalorem tiorum cæpit euomere. Multorum ista sæ- ulorum sterilitas perdurauit. Tandem Mise- cors vas istud inhonoratum assumens finxit, onec Virguncula nata, quæ, quod Eua per ar- gantiam perdiderat, hoc per humilitatem re- uperaret, ac uæ illud, quod testæ de Samijs, fi- ori suo contradicenti, adhæserat, obedientia ice auelleret, & Angelico prolatum ore AVE elicissimum audire mereretur. Sic Ierichuntis nathema sublatum: Sic cordis humani fontem lisæus, DEVS Optimus Maximus discussa norte sanauit] Et infra. [Vas fictile acce- it, Corpus fragilitatis humanæ: Sal in illud nisit, Verbum æternum: cur? Vt fonte ipso san- ificato, quacunque flueret, omnia arua fertili- tis suę & sanctificationis participia esse iube- et. Quis autem est fons iste? (l.) Fons signa- us, fons hortorum Maria. Qui fons (m) cre- it in fluuium, & in lucem, solemque conuer- us est, & in aquas plurimas redundauit. Ex uo fluxit (n) Fluuio *Dioryx* aquæ immensæ, nebrians hortum plantationum suarum; ine- rians prati sui fructum.] Hactenus Delrio de oci genio vario, & fæcunditate.

i. *Iosue* 6. v. 26.
k. *Gen.* 2. v. 7.
Humani generis maledictio sterilis.
Vertit in benedictionem fertilem.
Per Deum & Deiparā.
l. *Cant.* 4. v. 12.
m. *Hest.* 10. v. 6.
n. *Eccl.* 24. v. 41.
Rosa Iericho est CL. foliorum.

Secundum *de singulari modo crescentis rosæ erichuntinæ*, item patet ex Alberto Magno, qui ait: (o:) *In Iericho crescunt rosæ, CL. folia habentes.*

bentes. Quales Papa, inquit P. Cornelius & Luxemburgius, *omni anno in die Lætare benedicit Romæ in Ecclesia B. Virg. Maioris: In signum*, addit Lo ssau, *quòd hæ rosæ in Iericho Virgini maximè conueniunt. Vnde* (infert Cornelius,) *qui in Fraternitate Rosarij CL. Salutationes per hebdomadam dicunt, iam Psalterium Marianum exsoluunt ad modum Psalterij Dauidici, CL. Psalmos continentis.* Hæc illi.

Doctum verò istud & prçelegans, quod Delrio (*p.*) [Rosa mystica fuit Domina nostra, & quidem rosa in Iericho. Num aspexit Syracides sapientissimus ad genus illud rosæ, quod inde delatum etiam hodie Rosam Iericho vocamus? (*q.*) Venosus est frutex; odoratus, quando recẽs; ramulis duriusculis, & spinosis; colore subflauo; bacculas habet racematim cohærentes; foliola oliuæ similia; flores violæ candidos; non altè à solo exurgit. Eam non monachi tantum, & mulierculæ, (: vt audaculus quidam medicus (*r*) effutijt,) Sed & eruditi multi & sapientes viri Rosam Mariæ appellarunt, iure quo qui optimo. Magna enim rosæ huius cum Mystica Rosa est similitudo.] Ita ille. Docet idem porrò singula dicens.

p. Delrio vbi supra.

Descriptio rosæ Iericho-chuntinæ.

q. Descriptio facta ex Lonicero, Lobelio, & Saligniaco.

r. Balechãpius l. 18. hist. plant. c. 36.

Talis S. Maria est rosa.

s. Psal. 51. v. 10.

t. Gen. 8. v. 11.

I. [Violæ candidæ similis est flos: Quid virginum castitate purius & nitidius?

II. Folia sunt, qualia olearum: Deipara, nonne oliua fructifera in domo Dei? (*s*) Nonne surculus oliuæ in Ecclesiæ arcam delatus, (*t.*) pacem mortalibus iræ diuinç diluuio arefacto tam certam, quàm lætam annuncians?

III. Baccæ racematim cohærent: B. Virginis charitas in omnes sese homines diffundit, & eos in cordis sui sinu colligens tam arctè complectitur, vt acinos plurimos vnius botri Cyprij, in

in Crucis torculari exprimendi, aptissimè repræsentet.

IV. Subflauus est color ramorum: pallor veri amoris est color.

Quis sincerius, & ardentius DEVM, proximumque amauit; quàm, (vt sic dicam,) Æthna charitatis Maria. V. Spinosi sunt ramusculi, & aridi: Tolerantiam denotant, & abstinentiam. Quid tota Deiparæ vita fuit aliud, quàm temperantiæ & continentiæ quædam idæa? quàm paupertas, curæ, ærumnæ, quàm continua quædam patientiæ cos atque palæstra? VI. Parum se humo frutex attollit: Nihil demissius Deipara; quæ pelagus quoddam profundissimum humilitatis.

Deniq; qui regiones illas accuratissimè lustrauit, & magna fide posteris, quasi in tabulâ artificiosè depictâ, spectandas proposuit Bartholomæus Saligniacus, (u) testatur, prope fontem Helisæi huius generis nasci rosaria; quorũ fœtus ipsæ rosę, quâ Saluator noster nocte nasci dignatus est, quamuis exsuccæ sint & siccæ, paulatim spontè sua hiare, & tandem se prorsus pandere: post eam noctem ramos iterum cõtrahunt, & in glomum sese colligunt. Vidi nonnullas. Id miraculi pia Fidelium deuotio virginei partus honori communibus suffragijs adiudicauit. Dies miraculo consentit, & prærogatiua incorruptionis Marianæ miraculo respondet. Nam fatetur non Catholici modò Patres S. Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, Chrysostomus & Damascenus; sed, quod miremur magis, apud Galatinum, Rabbini Iudæorum, Ipsam esse (x) Portã Principis, cuius nomen, teste Zachariâ, (y) est Oriens de qua prædixerat Ezechiel, (z) quòd clausa erit & non aperietur, & vir nõ trãsibit per eã: quoniã Domi-

u, Salig. to. 8. descript. terra Sancta cap. 6.

Rosæ Iericho nocte Natali Christi se pandunt & claudunt.

Sic Virgo Maria.

x. Vide Hec. Pintum in Ezec. c. 44.

y. Zac; 6. v. 12.

z. Ezec. 44. v. 2.

Dominus DEVS Israeël ingressus est per eam, eritque clausa Principi, nimirum post egressum eius. Et post aliqua: Hanc rosam de sede suâ vidit Altissimus, placuitque sibi in ancillæ suæ humilitate, de Iericho, quę in demissa planitie sita; ex hac miseriarum valle tandem assumtam sustulit super omnes choros Angelorum: vt, quæ fuerat sicut rosa in Iericho; eadem fieret sicut palma in Cades: sicut arbor celsissima in cœlis assurgeret, quæ se instar fruticis humillimi in terris depresserat. Ideò, quæ legitimè in Iericho certauit, illa nũc in Cades triumphat.] Hactenus de genio & ingenio rosę Hierichuntinæ Delrio.

Ierichuntinorum, id est, mutabiliorum peccatorum Rosa est Maria.

Tertiò Deipara se Rosam in Iericho nominat ratione *significationis rei.* [Nam Iericho,] ait P. Cornelius, & alij, [Interpretatur Luna, siue defectus; & significat peccatores à Dei gratia deficientes. Sicut autem ad Solis illuminationem Luna iterum incenditur, crescit, & vsque ad perfectum augmentatur; Sic peccator peccando deficit, decrescit; donec ad Mariæ auxilium confugiendo, gratiam Dei meretur accipere, & accendi; donec euacuato quod ex parte est, videat Deum Deorum in Sion. Et propter nos peccatores in mundo plantata est Maria, vt auxilium ferret, vt per eã accessum habeamus ad Filium, per Filium ad Patrem.] Benedicta Rosa Maria, quæ nos Lunæ filios omni obnoxios mutationi, [*Colore. Odore. Medicina*] recreatos in vitam restaurat. Rosam enim non voluptatis tantum, sed & vtilitatis causa à Deo creatam, sapienter Eusebius tradit. (a.)

a. Eus. l. 8. Præparat. Euang. cap. vlt.

Non vtilis *rosa, quæ medicinam multiplicem præstat*? Omnia sileo: Vnicum hoc considero, quod mortuis etiam, ac sepultis fructuo-

fructuosa existat; cariei resistat, & putredinem, odoremque tetrum arceat. (*b.*) Hoc vidit Homerus, cùm finxit cadauer Hectoris à Venere oleo rosaceo inunctum; & hac ratione à canibus & alitibus præseruatum, quibus laniandum Thetidis filius idem obiecerat.

Rosa mortuos præseruat à corruptione.
b. *Plin.l.21. c.4.18.&19*

Quantò vberior hæc laus Rosæ nostræ Ierichuntinæ, quàm in florida Nazareth inuentam Angelus salutauit? Quot corporis illa morbos, quot pestes animæ olim repulit, & quotidie repellit? Infiniti in sordibus peccatorum computrescerent; nisi floris istius vis eos reficeret.

Maria peccatores.

Color rosæ pulcerrimus est, qui ruber, vel candidus; quos ideò sponsa sponso suo, qui se rosam vocârat, tribuit. (*c.*) Nihil verò Deiparæ fuit ardentius charitate: nihil eiusdem candidius castitate. *Odor rosæ* suauiter se & longe fundens nomini causam præbuit: vt Delrio vult (*d.*) ex Plutarcho, qui ῥόδον dictum censet, quasi ῥευμα τῆς ὀλμῆς, quod largum odoris effluuium emittat. Deiparæ laus, & vitæ totius odor omnium retrò sæculorum Ecclesiam impleuit; vt eam omnes boni venerari & collaudare satis nunquam valeant.

c. *Cant.5. v.10.*
d. *Del.orat. 4.de Ann*-
Mariæ odor pios reficit.

Extitere soli, his nouissimis temporibus, obscæni quidam, inque libidinum sterquilinijs nati & educati Scarabæi, qui MARIÆ ROSARIA & laudes auersantur. Quia illorum sunt de Scarabæorum genere, quos rosarum suauitas solet enecare: (*e.*) Nam Rosa mystica Maria hactenus cunctas hæreses interemit. Dignum planè, vt, qui amplexantur stercora, sit ijs in mortem rosa, quæ cæteris est ad salutem. Digni qui, vt Plinius (*f*) tradit, ictibus viginti hominem interimunt, ipsi

Hæreticos enecat.
e. *Arist.de Admir.c. 140.*
f. *Plin. nat. hist.l.21.ca. 21. Vincent. nat.l.20.ca. 157.*

vnguen-

vnguento rosæ tacti Scarabæi extinguantur: (*g*) At suo illi fruantur oleto: Nos Rosa nostrâ mysticâ delectamur Maria: de cuius hucusque interpretatione symbolicâ.

g. *Clemens Alex. Pæda. l.2.c.8.*

De ipsius verò Amœnitate, (*h*:) Proprietatibus; (*i*:) de Medica vi & efficacia, (*k*:) de Oleo rosaceo; (*l*:) de reflectione rosæ versus terram; (*m*:) de Aqua rosacea mystica; (*n*:) de Melle Rosarum; (*o*:) de Candore rosæ, (*p*:) deque similibus, cui libet, Bernardum Luxenburgium consulat, singulis ea sermonibus iuxta moraliter ac physicè persequentem. Nos cum Alberto Magno sic concludimus: (*q*:) *Quis deniq; quid deuotionis, orationis, & seruitij sub cuiuscunque nominis appellatione MARIÆ impenditur: totum ad laudem & gloriam ipsius pertinere videtur.* Pertinet igitur ad Mariam, quòd Rosa mystica sit, dicique debeat.

h. *Ber. Lux. serm.3.* i. *Id. ser.4.* k. *Id. ser. 6. & ser. 7.* m. *ser. 8.* n. *ser. 9.* o *ser. 10.* p. *ser. 11.* q. *Alb. li. de laudibus B. Virginis.*

Porrò *Salutatio quoque MARIÆ. Rosa pari iure, sensuque appellatur.* Hoc si docuerimus; iam circulum huius capitis, propositique nostri absolutum rectè concludemus. Nimirum, istum quoque nostrum ad precarios globulos Deum, Deiparamque colendi ritum, iure & ratione, quâ qui optimâ, Rosarium appellari. Sed, ne longum faciam, vnius hîc Doctoris sermonem reddam: ita enim P. Cornelius: (*r*:) *ANGELICA SALVTATIO magnam habet similitudinem cum ROSA*: ratione cuius etiam iste modus orandi per L. Aue Maria, & V. Pater noster, conuenienter potest dici ROSARIVM.

r. *Sinekis ser. 11. Sub finem. aliâs. 13.*

Primò, sicut rosa surgit de stipite; ita Angelica Salutatio de corde Dei Patris, quasi de plantario, nascitur, & per Gabrielem in sinum Virginis deportatur. Albertus Magnus, (*s*:) in-

(s) inquit. Hæc Salutatio à Deo Patre est dictata, à Filio conscripta, à Spiritu S. confirmata; ab Archangelo Virgini deportata: nusquam ante comperta, nusquam ante lecta; Sed soli Mariæ Virgini est à Sancta Trinitate reseruata.

s. Alb. l. de laudibus B. Virginis.

II. Sicut Rosa quinque distinguitur folijs, ita Salutatio Angelica, secundùm Doctores, quinque distinctionibus, siue clausulis principalibus est diuisa. De quibus suo tempore dicam, si Dominus vitam concesserit. *.

*. Sed autor fuit morte præuentus.

III. Sicut Rosa intra se grana continere videtur, & exinde excitare cordialem lætitiam: sic Ang. Salutatio auream continet charitatem, & multiplicem spiritualem lætitiam. Bernardus. Cælum ridet, Angeli lætantur, terra gaudet, mēs hominis exultat, dæmones fugiunt, infernus cōtremiscit; dum Salutatio Angelica deuotè profertur.

IV. Rosa est plurimum odorifera: ita hæc Salutatio mirabilem suæ virtutis spargit odorem. Abbas Franco ait. Cùm huius Salutationis fragrantiam Virgo sentires, vultu demisso tacita æstuas, tacita tecum cogitas, stupens, qualis esset ista Salutatio noua. &c. De Paradiso tibi hęc rosa allata est: quia talem terra nostra germinare nescit. Cogita ergo Virgo, qualis sit; olfac odorem eius: gusta saporem.] Pergit Cornelius: [Ita & nos quoties ei hanc Salutationem offerimus, eius odore suauissimo exhilarata oculos suos ad nos conuertit, & largam suæ benedictionis gratiam super nos clementer effundit. Tanta quoq; est huius Rosæ fragrantia, vt omnium deuotorum mentes pascat & satiet, vt Angelos ad nos inuitet, Deum nobis reconciliet, Animas à Purgatorio liberet, morbos exterminet, peccata eliminet, pestes auferat, tartara claudat, dęmones exter-

Effectus Salutationis vsurpatæ.

exterreat. De ſingulis iſtis reperiuntur exempla.

Quintò. Sicut Roſa eſt medicinalis: ita hęc Salutatio mirabiles animarum operatur ſanitates. Fuit enim noſtræ ſalutis primordialis cauſa.] Sic ille.

Idem rurſus alio in ſermone (*t.*) de eodem argumento ſic diſſerit, vt doceat, ſalutationem roſam dici iure oportere, eò quod ſalutata ſit Roſa myſtica.

t. Senekis ſer. 10. alias 12. edit. Pariſi.

[Quod autem] inquit [MARIA SE ROSAM appellârit, & exinde modus orandi. L. Aue Maria, quò eam honoramus, iuſtè ROSARIVM nominetur, ex conditionibus ROSÆ, quæ & pulcerrimè conueniunt, deduci poteſt: Primò, ex eius colore. Reperiuntur enim roſæ Albæ, Purpureæ, Rubræ.] Docet porrò ſingulas in Deiparam apprimè conuenire: indeque concludit: Quia vtraque & MARIA Virgo, & Salutatio ipſius Roſa dicitur; Salutationum quoque collectionem rectè Roſarium, quod eſt Roſarum collectio, appellari. Atque iſta de analogica nominis ratione ſufficiant: ſimul libro de Roſario finem imponant. Qui Deiparæ, & Eccleſiæ operam ſuam conſecrabunt ad prædicandum pro concionibus Roſarium; ijs hæc, quæ in medium attulimus, cùm ipſa copiam ad dicendum haud tenuem; tũ ex ſeipſis ad alia quoque iſtorum ſimilia, viam facilè præſtabunt.

u. Iud. Beyſſ. l. de Corona roſacea, in proëmio.

Fructus ſcribentis de Roſario.

Ad vltimum, Coronidem iſtis imponat Iudocus Beyſſelius, vir ęque pius; ac diſertus; qui cùm *in proœmio libri de Roſacea Auguſtiſſimæ Chriſtiferæ Corona,* rationem reddit, cur ad ſcribendum de ea acceſſerit, ita de ſeſe inprimis (*u*) teſtatur. *Coronariorum ſpiritales theſauros vtinam dignus eſſem expandere: Verum, vtcunq; ſit, me certè nunquam tẽtati huius muneris pænitebit.*

Quippe

Quippe vt verum fatear, multò mihi plus voluptatis, & commodi secum attulit; quàm laboris. Dum enim huic studiosius incumbo, & spiritales Rosas attrectare præsumo; euenit, vt spinis earum altius ipse compungerer; & cælesti frequentia suauius permulcerer. Quid igitur his ROSIS fructuosius, quid iucundius esse potest; quæ non folijs modo suis, sed & spinis beneficio nos afficiunt. Dum enim his peccatricem carnem diuini timoris compunctione configunt; illis charitate nos vulnerant, ac succendunt. Quorum altero inchoatur; altero perficitur sanctioris vitæ propositum. Quo nihil nobis est ad animarum salutem accommodatius. Et hæc ex sua experientia Beysselius.

Porrò post pauca ex sua Scientia de Rosacea Corona istis luculentè testatur. *Vt cælesti est oraculo prodita; ita & cælesti erga mortales benignitate corusca. Obseruationis quidem ritu vulgaris: sed reuelationum, ac signorum claritate mirabilis. Specie simplex, & mysteriorum multifaria ostentatione humilis: Sed Angelorum æmulatione sublimis. Præscribit quidem facilia: sed facillimis istis repromittit excellentissima.*

Laus & vtilitas Rosarij.

Et omninò excellentissima etiam re apsè præstat, teste, præter Experientiam, solēni illo, quod in horario precum Ecclesiasticarum Officio ita canitur: (*u*:) O quàm fælix plantatio Rosarij, cuius frondibus reuiuiscunt peccatores, spinis probantur pœnitentes, floribus coronantur victores: qui memores misericordiæ Matris Dei, exultantes dicunt: Benedictus Dominus DEVS Israël.

u. *Breuiarium Prædicatorum Hippolyti in festo Rosarij Antiph. ad Benedictus.*

Nos igitur, Fratres, (ita Lectio nona de festo Rosarij nos commonefacit, (*Fratres Charissimi, stolis amicti; & afferentes Rosas, & lilia ex conuallibus Sion, diem festum agamus in Psalterio, & Cantico militiæ Christianæ Imperatrici Mariæ: & trium-*

Epilogus Protrepticus ex Breuiarij Lectione.

*triumphale Rosarium illius Nomini benedicto in perenne tropaeum dicemus, & consecremus. Hoc signum B. DOMINICI Asseclae leuate in nationes, & in montibus Ecclesiae ipsius Mysteria clangite buccinâ: narrantes mirabilia, quae in in huiusce plantationis horto innouantur quotidie. Sumite Psalterium, quod est haereditas vestra: & omnis Ecclesiasticae melodiae modulantia perfectum. Huius namque canoris fidibus inter insignia Deiparae Virginis praeconia; totius itinerarij Vnigeniti per vos exprimentur tropaea: Simulque viuifica S. spiritus enunciabuntur charismata: tum mirifica diuinae virtutis depromentur arcana. Adeò quòd in hac vna Sacri Rosarij, & Psalterij celebritate, totum superexcelsae Trinitatis, atque immensae Vnitatis beneplacitum ineffabili modo perficietur. A-*gite ergò.

x. Diurnale Parisiense Praedic.. anni 1595. de Festo Rosarij ad Hymnum. 2. ves.

(x) *Iubilemus exultantes*
Virginis encomijs,
Laudem laudi cumulantes
Precibus Rosarijs:
De Dracone triumphantes
Eius Patrocinijs.
ROSA Rubo defloratur
Antiquae propaginis.
FLOS de ROSA propagatur
Radix Nouae Originis.
Cuius spina vulneratur
Vulnerator germinis.

y. Ibid. ex Hymno ad primas vesp.

(y) *Laus Tibi Regina: Quae pios coronas*
Triumphalis horti Lilijs, & ROSIS.
Amen.



LIBER

LIBER SECVNDVS.

DE FRATERNITATIS Rosarij Institutis reliquis.

CVM nostræ Fraternitatis prora & puppis sit Rosarium Mariæ, à quo & nomen sibi inuenit; cætera Instituta felicis istius Marianæ Nauis erunt quædam velut armamenta censenda: quorum vsu commodius ad portum cælestem prouecti, Cynosurâ nostrâ, MARIS STELLA MARIA secundante cursum, in Beatarum deniq; Insularum stationem beatissimam nos penetremus, sed illorum ego haudquaquam omnium quin paucorum duntaxat vsum, rationemque describere, DEO, Deipara, Diuisque adiuuantibus, constitui: daturus nimirum Rosarij Prædicatoribus cùm aliquam dicendi materiem; tùm inueniendi similia occasionem.

CAPVT PRIMVM.

QVOD FRATERNITAS ROSARII *rectè sit Exlex, hoc est, immunis ab omni propria Legis obligatione.*

FRATERNITATIS Rosarij Instituta, seu pias Consuetudines, libro 3. de Ortu & progressu Fraternitatis, cap. 10. recitauimus.

Et hoc tantùm. Eò, quòd explicationem eorundum hunc partim in locum reseruaremus. Inter ea vnum commune omnibus erat: LEGE CARERE, QVÆ OBLIGET. Non, inquam, omni carere lege: nam, vt benè Tullius, (*a.*) *Nihil est tam ad ius conditionemque naturæ, quàm Lex: Sine qua, nec domus vlla, nec ciuitas, nec gens, nec hominum vniuersum genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus potest.* Quare & Fraternitas nostra legibus quidem vtitur; legum tamen obligatione soluta est. Vnde eas nec leges verè; sed Regulas potius, aut Consetudines, siue Instituta appellârim: vt quarum vel omissio, vel transgressio, vi sua nullum afferat reatum seu culpæ, seu pœnę ijs, qui aliquando nomina sua fuerint ad eadem obseruanda professi.

a. *Cic. l. 3. de Legib.*

Omnia in Fraternitate sunt libera. nihil obligat ad culpam.

Ita nimirum in Domino visum est ijs, qui eam instituerunt: Vt S. Dominicus cum P. Ioanne de monte, & P. Thoma de Templo: qui rexerunt eam semper, ac propagarunt: Vt cæteri Patres, ac Fratres Prædicatores: & qui eam confirmarunt autoritate Summi Pontifices: ornarunt priuilegijs; locupletarunt amplissimis Indulgentiarum condonationibus; Commendarunt fidelibus: ac protexerunt potestate. Quocirca istud iam robur illa sibi acquisiuit Libertas; vt fortè sit talis, de qua Iurisperitorum axioma illud: *Libertatis priuilegio renunciari non potest.* Certè huiusmodi est, de qua Institutiones: (*b:*) *Libertas,* inquiunt, *Semel competens, non potest retractari.* Et ea est omnibus rebus fauorabilior (*c:*) Adeoq; (*c*) *res est inæstimabilis.*

Ea libertas est irretractabilis.

b. *De eo cui li. cau. 8. hi autem quos. insti.*

c. *de reg. iuris. l. libertas omnib.*

d. *ibidem.*

In cæteris itaque Institutis Fraternitatis est: quod noui nihil iubet: sed suadet vetera: Hoc est: quæ ex Lege Christiana incumbunt omnibus: ad illa & frequentius, & diligentius prestanda in-

da inducit. Quò inprimis illud Demetrij Phalaræi spectat consilium dicentis: *Vtere legibus antiquis, obsonijs verò recentibus.* Hoc fac, & viues.

Istud tamen haud dissimulauerim: quod in ea de meritorum communicatione, deque hebdomadario orationis penso decretum, & orbe toto receptum est. Mos enim obtinuit, vt quilibet in Fraternitatem inscriptus, quot hebdomadis tria Rosaria, siue Psalterium Mariæ vnicum ad minus, orando persoluat, per se, aut alium. Quo facto se participem reddit omnium eorum Rosariorum, quę per illam hebdomadam ab omnibus in tota Fraternitate per orbem vniuersum orantur.

Pensi hebdomadarij meritum.

Si quando id vna, pluribusue septimanis omitti ex causa, vel negligentia contingat; id alio pòst tempore compenset licet: & dicti Rosariorum meriti participationem consequetur.

Omissi recōpēsatio.

Quoties autem prorsus istud hebdomadarium orationum pensum quis omiserit, nec pòst recompensarit: toties ipsius pensi meritum perdit. Quæ iactura, est pœna omissionis. Vt maneat hic quoque verissimum, quod S. Augustinus (e) dixit: *Lex non inuenitur sine pœna.* Is tamen haudquaquam cæterorum in Fraternitate meritorum communicatione per omissionem illam priuatur: Sed ea manet ipsi perpetua, pro charitatis suæ mensura: Manet ipsi meritorum Ordinis nostri communicatio, de qua alubi. (f) Dummodo ipse in Deo, inque gratia Dei permaneat. Quare statum omittentibus pensum contingit pęna secundùm illam Gregorij Magni sententiam. (ff) *Liber homo si fraudē committit, in persona non debet puniri: sed in facultate.* At Cōmunio meritorum sunt facultates Fraternitatis: Recte igitur Confratres in ea liberi, & negligentes,

Pęna omissi pensi.

e. S. August. hom. 5. in Acta Apost.
f. l. 3. de Ortu & progressu Frat. cap. 12.

Pęna ea est iusta.

ff. S. Greg. in Regist. l. 8.

velut puniuntur in facultatibus, non in persona. Parùm hoc? Audi Ioannem de Lambsheim Canonicum Vuormatiensem. (g.) *Qui omittit*, inquit, *priuatur participatione aliorum Rosariorum eius hebdomadæ. Quæ si parua pæna est: credat, qui volet. Mihi persuadere non poterit. Propterea, quòd multi deuotissimi viri, & fæminæ in illa Fraternitate existant*, Hęc ille.

g. *Lambs. l. de Fraternitate Rosarij.*

Pæna non est parui.

Verùm istud hîc obiter monitum velim, errori cauendo, quòd ea priuatio tantum intelligi debet de meritis Rosariorum illius hebdomadę: non autem de aliorum communicatione meritorum. Ratio est. Quia (k) *Pænæ sunt molliēdæ: & non asperandæ.* Deinde cum (l) *omnis pæna esse debeat mensura delicti*, dicam in hac nostra causa, *omissi*: Omissio aūt sit tantum Rosarium, & illius hebdomadæ: priuationis certè pęna ad solū rosariorum meritum subtrahendum astringi debet; non extendi ad alia plura.

Satis reor intelligi, qualis ea sit ab obligatione libertas: nunc quàm iusta sit, quàmq; rationi consentiens, aspiciamus. Dico, Nihil in hac Fraternitate sub præcepti rigore præscribi. Idq; factum eò, quia *Necessarium*; quia *Vtile*; quia *Facile*; quia *Laudabile*; quia deniq; *Sapiens* erat & cautum. Singula doceamus.

Fraternitatis quędam quasi forma essentialis est. Vniuersalem esse,

I. *Necessarium erat*: principio ob Vniuersalitatem Fraternitatis, ita propriam huic: vt eius quædam velut essentialis forma esse censeri debeat. Illa autem Vniuersalitas in duobus potissimum consistit. Nimirum 1. vt Fraternitas nostra sit omnium capax Fidelium & admittat cuiuscunque status, ætatis, sexus, conditionis mortales; adeòque defunctos quoque in Igne Purgante etiamnum fortè luentes. Neque enim, quod mortui sunt carne: in Fraternitate esse desierunt. Vt benè, inquit Lamshemius. II. Deinde, vt eadem omnibus apta sit & conueniens; sit commoda, sit facilis, sit tolera-

bilis, sit possibilis, subleuet magis, quàm grauet.

Atqui certum quid imponere cum onere præcepti; vt hoc non omnibus, nonnullis tamen, iustis etiam de causis, incommodum accidere potuisset. Vnde data ipsis, non arrepta ab ijs occasio, nec prorsus improbabilis causatio fuisset; quò minus nomen Fraternitati darent. Atque eo pacto, rei cuiusdam particularis ac priuatæ præceptum, vniuersali Instituto cunctisque patenti in Fraternitate accessui contrarium, in viam publicam velut transuersum sese obiecisset; aditu non paucis ad eam intercluso. Quod quidem vehementer cum essentiali Fraternitatis forma pugnasset. Non igitur vllum debuit Accidens præcepti illi inseri Instituto, quod ipsam Instituti substantiam ac formam corrupisset: Quæ erat, facilem ipsam omnibus conuenire; quin commodam quoq; subuenire. At vnum aliquod præceptum haud esse posset eiusmodi, quod aptum omnib. cecidisset. Crede grauissimo Plinio Iuniore, qui ait: (g:) *Non aliquod in vniuersum, quod quasi certam formam habeat, constitui potest.* g. *Plin. l.10.*

Ad hæc necessârium id erat ob finem Fraternitatis; vt hunc illa certius assequeretur. Is autem est: facili viâ, modoque suaui Christianos inducere ad certiorem obseruationem, & perfectiorem executionem vniuersalium, omnibusque obseruatu necessariorum Dei mandatorum. Huc verò quid aliud plus conferebat, & potius conducebat; quàm illa ab omni præcepto immunitas; & Exempli plurium præsens, obque oculos vis posita & grauitas? Qua de re post pauxillum.

Finis Fraternitatis Rosarij obligatorio præcepto aduersatur.

Medium ad finem aptissimum.

Non igitur inducẽda erat præceptorum nouorũ onerositas; vbi nec vtilitas suadebat, nec flagitabat necessitas. Frustra enim aperitur via per ambages noua; cùm vetus peruia est, recta & secura.

Vnde meritum Fraternitati accrescat.

II. *Vtile quoque idem est* Fraternitatis institutum, quod nullum eorum, quæ pia tractat exercitia, præcepto astringat. Libertas hæc est omninò vtilissima, ad exaggerandum meriti cumulum ijs, qui in Fraternitate Deo deseruiunt, eò præsertim, quòd ipsis ita collibuit. Vt si vsquam, hic certè verissimum illud esse D. Bernardi existimem: (*h.*) *Libertas vbi non est, nec meritum est.* Sed huiusce causæ demonstrandæ, rationes aliunde non certiores, quàm ex Sacris Theologorum fontibus hausero. In quibus meriti nostri caput est, Charitas infusa, seu gratia Dei; & Voluntas humana, Hinc ista deriuata promanāt:

h. S. *Bern. l. de gratia & libero arbit.*

Probatur 1.

Primùm, quod S. Thomas agnouit: (*i.*) *Manifestum est, quòd id, quod ex amore facimus, maximè voluntariè facimus: vndè etiam, (secundùm quod ad rationem meriti requiritur, quod sit voluntarium,) principaliter meritum charitati attribuitur:* Atqui in Fraternitate, cùm seruitur Deo, eiusq; mandatis paretur, absque vlla accedente alicunde coactione, vel impulsione: idque ex instituto; tunc illi maximè voluntariè, & ex amore interno deseruitur: ergo istius instituti *Charitati, principaliter meritum attribuitur* in Fraternitate. Minor est ex dictis, adeoque per se nota.

i. S. *Th. 1. 2. q. 114. a. 4.*

Amor Voluntarium; ambo meritum causant.

Maiorem idem sic declarat, & confirmat ibidem. *Humanus actus habet rationem merendi ex duobus: Primò quidem & principaliter ex diuina ordinatione; secundùm quod actus dicitur esse meritorius illius boni, ad quod homo diuinitus ordinatur. Secundò verò ex parte liberi arbitrij: in quantum scilicet homo habet, vt per se agat voluntariè agens. Et quantum ad vtrunq;, principalitas meriti penes charitatem consistit.*

Atqui actus virtutū in hoc Fraternitatis instituto fiūt ex Dei mādatorū diuina ordinatione, secūdū quod diuinit⁹ ordinātur esse meritorij sūmi boni. Et iterū; fiūt *ex liberrimo arbitrio.* Ergo *quan-*

quantum ad vtrumq;, principalitas meriti in Fraternitate *penes charitatem consistit* talis Instituti, quo de agimus. Idem igitur institutum ad meritum nobis vtilissimum esse constat.

Ac ne tenue fortassis, aut finitum, quantumcunque meritum aliquod tibi imagineris, accipe tertium ita eundem argumentantem: *Vita æterna* inquit, *in fruitione DEI consistit: motus autẽ humanæ mentis ad fruitionẽ diuini boni, est proprius actus charitatis; per quem omnes actus aliarum virtutum ordinantur in hunc finem; secundum quod aliæ virtutes imperantur à charitate. Et ideò meritum vitæ æternæ primò pertinet ad charitatem*: Et quidem ad charitatem quoque talis nostri Instituti: *Ad alias autem virtutes secundariò; Secundum quod eorum actus à charitate imperantur*: Quare ad nostram charitatem Fraternitatis illud imprimis pertinere videtur: (*k*) *Si quis diligit me, diligetur à Patre meo; & Ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum*: quod est vita æterna. *Ergò* concludit S. Thomas, *meritum vitæ æternæ maximè residet penes charitatem*: Talem quoque tam liberi Instituti, quale hoc nostrum est Fraternitatis.

2. Probatur. Meritum Fraternitatis est vita æterna.

k. *Ioan. 14. v. 21.*

Huc accedit S. Augustinus: (*l*) qui ait: *Virtus est bonus vsus liberi arbitrij.* Rationem dat S. Thomas (*m*) *Quia scilicet, is bonus vsus, est id, ad quod ordinatur Virtus, sicut ad proprium actum.* Ergo, quò maior est ea libertas, eò melior & vsus esse Virtutis debet, ipsaque virtus præstantior, & meritum excellentius. Atqui per tale Institutum Fraternitatis, quo de agimus, maxima est homini libertas: ergo & meritum ex ea operantiũ benè, par esse debet. Sed hæc ex profundis hausta Theologiæ fontibus minus fortassis ad palatum accident, captumque vulgarem.

3. Probatur l. S. *Aug. li. 2. de libero arbit. cap. 19. tom. 1.* m. *1. 2. q. 55. a. 1. ad 2.* Virtus est actus liberi arbitrij.

Quod si hanc Fraternitatis libertatem cum Reli- 4. Probatur

Religionis & Fraternitatis in merẽdo cõparatio.

Religiosi status obligatione in contentionem venire velimus: ex hac continuò mirifica vis illius meriti elucescet. Etenim quis ignorat, suum Religiosis meritum velut in immensum crescere ex eo; quòd præter voluntariam mandatorum Dei obseruationem, ad Consiliorum quoque executionem modo sese obstrinxerunt, quo qui excellentissimo? Quòd autem & ad operis boni momentum; & ad augmentum meriti valet in Religione felix necessitas voti; hoc idem (seruata proportione Statunm) potest & in Fraternitate Rosarij sua ista libertas instituti, siue, quod idem, Charitas Voluntarij. Neque enim ista multum inter sese differunt, nisi quòd illa Necessitas Voti, præmium accidentale meriti exaugeat: hæc vero Charitas Voluntarij non hoc solum cumulet; sed essentiale quoque ipsum constituat. Illud de Religione voti; vno profes-sæ deuotęque Deo Virginitatis exemplo clarum ac certum facit S. Augustinus: (n) vbi ait. *Ne ipsa Virginitas, quia Virginitas est; sed quia DEO DICATA est, honoratur; quam fouet, & conseruat continentia pietatis.* Istud verò, de charitate Voluntarij in sæcularibus, item monet ieiunij exemplo, atque declarat S. Prosper Aquitanicus isto (o) *Sic abstinere, vel ieiunare debemus, vt non nos necessitati ieiunandi subdamus; ne iam non deuoti, sed inuiti rem voluntariam faciamus.* Cuius rationem ex D. Thoma accipe istam: (p) *Necessitas coactionis inuoluntarium causat, excludit deuotionem:* Ergo meritum quoque minuit, aut prorsus tollit. E contrà, quantum libertas charitatis voluntatem excitat, (vt paulò ante ex D. Thoma docuimus;) & adiuuat deuotionem; tantum quoque meriti gloriam illustrat.

Felix est necessitas Religione.

n. *S. Ang. li. de Virginit.*

Felix libertas in Fraternitate.

o. *S. Prosp. lib. 2. de vita contẽpl.*

p. *S. Tho. 2. 2. q. 88. a. b.*

Cùm igitur voluntas, post Dei gratiam) sit meriti causa; (Esto, ad voluntatem in Religione admoueatur ardens charitate necessitas:) in Fraternitate

nitate certè affertur ad eandem ardens charitate libertas. Si autem tam hæc libertas voluntatem regat & contineat in officij diuini constantia; quàm illa:(quod quidem eam certò posse, negari non debet;) quid est, quò minus ad commerēdum perinde efficax esse vtraque posśit? Vtraque sanè pari constantiâ, in suis quæq; pietatis exercitijs Deo adhæret. Nisi quod S. Bernardo magis dicere placeat; inhærere Deo Religiosos; seruire alios: atque inde meritis illos esse beatiores.

Probatur 5. Quantitas meriti vnde pensanda.

Verùm istud ex illa D. Thomæ doctrina euidenter etiam colligitur. Is ita scribit. (q) *Quantitas meriti ex duobus pensatur: 1. ex radice charitatis & gratiæ: Et hæc respondet præmio essentiali: 2. ex quantitate operis: quæ duplex. Absoluta & Proportionalis. Vidua enim, quæ misit duo æra minuta in gazophylacium, minus opus fecit quantitate absoluta, quàm illi, qui magna munera posuerunt. Sed quantitate proportionali vidua plus fecit, secundum sententiam Domini. Quia magis eius facultatem superabat.* Iam verò quin quantitate radicis, meritum sæcularis Viri, in Fraternitate Rosarij degentis, nō solum par: sed aliquādo fortasse maius quoq; esse posśit, meritò religiosi in suo statu, eodem aut simili in opere versantis; nemo non videt. Similiter & quantitate operis tam absoluta, quam proportionali: ob maiora & sæcularium impedimenta, & adiumenta religiosorum.

q S. Tho. 1. q. 95. a. 4. o.

Difficultas operandi sæcularibus auget meritum. *Probatur 16*

Iā quod ibidem ex istis S. Thomę luculentius declaratur dum ait: *Efficaciora fuissent hominis opera ad merendum in statu innocentiæ, quàm post peccatum; si attendatur quantitas meriti ex parte gratiæ: quæ tūc copiosior fuisset, nullo obstaculo in humana natura inuēto. similiter etiā, si cōsideretur absoluta quantitas operis. Sed si consideretur quantitas proportionalis; maior inuenitur post peccatum, propter hominis imbecillitatem. Magis enim*

excedit

excedit paruum opus potestatem eius, qui cum difficultate operatur illud; quàm opus magnum potestatem eius, qui sine difficultate operatur. Atqui inter sæculares in Fraternitate haud dubiè maior occurrit difficultas diuino vocandi seruitio, quàm inter religiosos. Vt horum status cum illo innocentiæ, illorum cum istius lapsi status conditione comparari queat.

Vehementer igitur cunctis in hac Fraternitate positis illam esse felicitatem grutulandum arbitror: quòd via sit ratioque inuenta, quâ sua ipsis gloriosa libertas idem penè dat meritum quod sua religiosis confert onerosa, sed suauis, necessitas. Sicut enim vera *Libertas est, nulli necessitati seruire*, vt Iureconsultis placet: ita teste

r. *Quint. Declamat.* 7.

Quintiliano, (r) *genus seruitutis est; coacta libertas.* Quin, vt Euripides vult, (ſ) Omne, quod

ſ. *Eurip. in Oreste.*

ex necessitate est, seruitus est. Qua causâ Fraternitas suo ab Instituto seruilem omnem obligationis necessitatem remouit; simul eo ipso in liberalissimam DEI seruitutem suos inducit.

Idem 8. declaratur.

Sit iam tibi bonum iumentum, quod te sponte sequatur; sed frenatum: infrenari namque necesse habuit. Sit verò tibi & alterum effrene; idque ideò, quia freni nil egeat: nihilo tamen minus vltrò te in omne sequatur opus ad nutum. Quæro, vtrius anteferes indolem? Posterioris, opinor. Atqui verò ad talem indolem, animumque sequaces suos Confratres assuefacit Fraternitas Rosarij, per suum illud Institutum, ab omni immune obligatione.

Hæc Christiana philosophia etsi captu vul-

t. 2. *Cor.* 9. 7.

gari sit altior, factu tamen facilis est. Tales isti erant Corinthij quos laudat Apostolus: (t) *Vnusquisque*, inquit, *prout destinauit in corde suo: non ex tristitia, aut ex necessitate. Hilarem enim datorem diligit Dominus. Potens est autem Deus*

omnem

omnem gratiam abundare facere in vobis ; vt in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum. Sicut igitur hilaritatem affert, illa *destinans in corde suo* libertas : ita quoque, secundum Philosophi dictum, (*u*) *Necessitas contristans est* ; vt quæ nos debitores constituat.

u. *Arist. 5. Metaph. text. 6.*

Quid si hac ob causam moneamur sic passim? (*x*) *Nemini quicquam debeatis ; nisi, vt inuicem diligatis* ; (*y*) *non verbo, neque lingua ; sed opere, & veritate* (*z*) *IN OBEDIENTIA CHARITATIS, ET FRATERNITATIS AMORE SIMPLICI, ex corde attentius* : vt (*a*) *vnusquisque proximo suo placeat in bonum ad ædificationem* : (*b*) *in prouocationem charitatis & bonorum operum ; non deserentes Collectionem.* Planè hæc est forma nostræ Fraternitatis, eaque tam vtilis, quàm salubris ac gloriosa.

x. *Rom. 13. v. 8.*
y. *1. Ioan. 3. v. 18.*
z. *1. Pet. 1. v. 22.*
a. *Rom. 15. v. 2.*
b. *Hebr. 10. v. 24.*

III. *Facilis est eadem Instituti forma* ratioq; inducendi Fideles in viam, mandatorum DEI decurrendam absque alterius mandati compulsione ; sed ex mera voluntatis promptitudine, deuotione, & charitate fraterna. Is autem inducendi modus est Exemplum ipsum fraternũ. Cuius haud paulò minor vis est & efficacia ad id, quòd dixi, quàm cuiuscunque præcepti. Qui expertus, id ita testatur S. Augustinus : (*c*) [Exempla seruorum tuorum, quos de nigris lucidos de mortuis viuos feceras, congesta in sinum cogitationis nostræ, vrebant & absumebant grauem torporem, ne in ima vergeremus, & accendebant nos valde.]

Exemplo vis in est per magna
c. *S. Aug. lib. 1. Confess. cap. 2.*

Consilia suadent : trahunt admonitiones : præcepta legesque cogunt : exempla verò plus omnibus apud benè nata & instituta possunt ingenia ; capiunt, tenent, ducunt, pascunt, corroborant, delectant, docent. Benè Bernardus : (*d*) Ser-

d. *Bern. Ser.*

mo

mo viuus & efficax, exemplum operis est, plurimum faciens suasibile, quod auditur; dum monstrat factibile, quod suadetur. Et alubi: (e) *Dabis voci tua vocem virtutis. Validior enim operis, quàm oris vox est. Fac, vt loqueris.* Sed pulcrè S. Gregorius comparatione pręcepti & exempli, vim huius efficaciorem ostendit, dum inquit: (f) *Illa vox libentius corda penetrat, quam dicentis vita commendat. Quia, quod loquendo imperat; ostendendo adiuuat, vt fiat.*

e. Idē ser. 59. in Cantica.

f. S. Greg. in Pastorali parte. 2. c. 3.

Vidit id Tullius, nec siluit; sed inquit: (g) *Duo nos maximè mouent; Exemplum, & Similitudo.* Causam Seneca philosophus expressit: (h) *Longum iter est per pręcepta: breue & efficax per exempla. Plus ex moribus, quam ex verbis trahimus.* Quocirca sicut *omnes dociles sumus imitandis turpibus ac prauis*: vt benè Satyricus: (i) ita quoque cum S. Gregorio inquam: (k) *Nullum ego consilium melius arbitror, quam exemplo tuo fratrem docere studeas.* Id studet Fraternitas Rosarij, exemplo potius viâ, quàm præcepto in suis Institutis pietatis. Sic enim comparatos omniū nouit animos, vt sētiāt sicut S. Ambrosius inquit: *Non difficile factu æstimatur, quod factum conspicimus.* Facilis igitur virtutis est via per exempla: per præcepta difficilis. Illam idcircò præ hac in suis amauit, ac elegit Fraternitas Rosarij, tenetque non salubriter minus, quàm constanter.

g. M. T. Cic. lib. 3. de Oratore.

h. Sē. Epi. 6.

i. Iuuenalis satyr. 14.

k. S. Greg. li. 1. Moraliū.

IV. *Laudabile quoque inprimis est*, quod expers obligationis Institutum sit. Quo ipso satis docet Fraternitas fideles, suæ ipsorum rationis rectę dictamen eos audire; parere voluntati diuinæ; suam isti conformare; pati imperium bonæ voluntatis suæ; obsequi conscientiæ suæ; accipere legem à Charitate; locum dare Spiritui; pietatem imitari fratrum; exemplum eorum admirari, & exprimere. Hi, etiam (l) *Legem non habentes*

l. Rom. 2. v. 15.

bentes, ipsi sibi sunt lex: qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis; testimonium reddente illis conscientia ipsorum. Istis lex Christi *est iugum suaue, & onus leue.*

Imò (m) *lex iusto non est posita: sed iniustis, & non subditis, impijs.* Cui simile ciuiles loquuntur leges (n) *Quòd Lex non debet fieri propter bonas fæminas, quia raræ sunt; sed propter malas, quia multæ sunt.* Nam ex his, quæ fortè vno aliquo casu accidere possunt, iura non constituuntur; (o) Tales igitur parit Fraternitas nostra, tales alit, ac instituit filios; qui sine lege legem Christianam sequuntur; quorum conscientia, piaque voluntas ipsis, vita verò alijs dat legem, non scriptam in tabulis; sed inscriptam cordibus, moribus expressam atque spirantem. Quo quid laudabilius quid gloriosius?

m. 1. *Tim.* 1. *v.* 9.

n. *In L. Scripta. in Authen. vt sine prohibitione matres debi & credi. 8. quia verò colla. v.*

o. *l. Ex his. ff. de legib.*

Laudabile est ex necessitate legis Christianæ nosse, & posse virtutem facere; vt, quod debes, velis vltrò magis, quàm debeas; atque ita velis, vt liberalitas voluntatis planè obruat debitum legis: quo hæc sese tuam iam esse debitricem fateri necesse sit. Laudabile est vnum illud talentum acceptæ legis Christianæ sic expendere; vt exinde per abundantiam charitatis plurimùm colligas; quod in lucro ponas. Hoc autem ijs vsu venit; qui, quæ Christianis præcepta sunt, non eò, quòd præcepta sunt, faciunt: sed quia iusta esse, sancta & salutaria intelligunt, amant, ac tota mente complectuntur. Quales in tali Fraternitatis nostræ Instituto reperiuntur. Isti iam hoc ipso legis virtutē & altitudinē sua virtute & charitate supergressi, propè ipsā quasi plenitudinem legis transcendūt: (fas dicere) & legi subiacerent?

His enim cum Apostolo (p) gloriari forte licebit in Domino: *Lex pædagogus noster fuit in Christo, vt ex fide iustificemur. At vbi venit fides, iam non sumus sub pædagogo. Omnes enim filij*

p. *Gal.* 3. 24. & *Rom.* 4. 14

filij DEI sumus. Esto, loquatur ibi de lege veteri: Et nouæ quoque potest quis ex seruili metu perinde sese addicere. Quæ vilis seruitus est.
q. Galat. 4. v. 2. Iste sub tutoribus & (q) actoribus legis est, sub elementis eius seruiens paruulus: quo facto nihil differt à seruo. At Christianum decet, vt *iam non seruus, sed filius* sit: Vt cui *misit DEVS Spiritum Filij sui in corda clamantem: Abba, Pater. Misit Deus Filium suum; vt eos, qui sub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus.*

r. Ioan. 15. v. 15. Qua de causa, ipse inquit: (r) *Non iam dico vos seruos, sed amicos.* Istam ingenerat verè filiorum Dei indolem; istum inspirat animis eorum spiritum; quos suo fouet in complexu, suis informat Institutis Fraternitas Rosarij. Non lege, non necessitate, non metu cogit; sed consilio regit, allicit charitate; libera voluntate ducit, inducit exemplo; constringit societatis fraternitate. Quæ si singula dispicias, ad laudem veram esse longè maximà reperies.

V. *Sapientissimum denique & inprimis cautum est genus hoc Instituti nostri.* Ne scilicet laqueum inijceret conscientijs, iccircò omnem ab
r. Rom. 4. v. 15. sese relegauit obligationis rigorem (r) *Lex enim iram operatur. Vbi enim non est lex, nec prauaricatio.* Sicut
ſ. Rom. 5. v. 13. (ſ) *peccatum non imputabatur, cum Lex non esset.* Id quod idem Apostolus paulò
t. Rom. 7. v. 7. inferius proxilè, & luculentè disceptat, (t) dicens: *Quid ergò dicemus? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognoui, nisi per legem &c. Sine lege enim peccatum mortuum erat.*

Quod si quæ legis foret necessitas in Fraternitate, iam qui in hac sub illa degens in legem committeret; sanè is cum Apostolo queri posset: *Ego autem mortuus sum, Et inuentum est mihi mandatum; quod erat ad vitam, hoc esse ad mortem. Nam peccatum, occasione accepta per manda-*

mandatum, seduxit me, & per illud occidit. Cui quidem & querelæ, & periculo omnis ad Fraternitatem hanc aditus est interclusus. Manet in ea *Liber, quem conscientia non grauat* aliunde. (*u*) Quoniam is. *Liber est æstimandus, qui nulli turpitudini seruit*, vt Tullius inquit. (*x*) *Qui enim facit peccatum, seruus est peccati*. (*y*).

u. S. Greg. in Registro.
x. Cic. 4. ad Herenn. & Paradoxo vlt.
y. Ioan. 8. v. 34.

Seruit nihilominus illa Domino, cui seruire, regnare est. Nam (*z*) *Liber est Bonus homo, etiamsi seruiat*: At vero. (*a*) *Deo parere, libertas est* verissima. Quemadmodum igitur *seruus fidelis Domini probatur absentiâ*: vt S. Chrysostomus ait; ita seruiens Deo Fraternitas legis & obligationis carentia probatur.

z. S. Aug. lib. 4. de Ciuit.
a. Seneca Philosophus lib. de beata vita.

Quòd si cui adhuc libeat istam Fraternitatis ab obligatione immunitatem benignè minus interpretari; & libertatem tot laudandam nominibus licentiæ appellatione notare: istius id ego tarditati libens condono. Vt qui. 1 needum intelligat Fraternitatis, institutum, institutique intentionem ac formam: quod est: Christi fideles ad integriorem Dei mandatorum obseruationē inducere: idq; potius ipso Confratrum exemplo, quàm vllo præcepto. 2. Neque intelligit idem; in quo sit verè sita Christiana libertas. Non in hoc inquam, vt ab omni scriptæ legis debito liberos efficiat Christianos: quod hæretici volunt, apud Bellarminum. (*c*) Non in eo; quasi magistratui leges quidem condere sit integrum; verùm illas eiusmodi esse, quæ nullius obstringere Christiani conscientiam queant aut debeant; neu quâ parte credentium infringatur libertas. Et hæc est iam olim proscripta hæresis, hodièque renata: sed stirpitus apud Bellarminum. (*d*) succisa.

c. Bell. to. 3. de Iustificatione. lib. 4. cap. 4. 5. 6.
d. Bell. to. 1. de magistratu politico lib. 3.

Verùm ab his alia mihi longissimè diuersa libertas est quæ commendatur; vt satis res ipsa testa-

Cap. 10. testatur. Nimirum talem esse quemque in Fra-
Vera liber- ternitate conuenit, qualem Apostolus istis de-
tas Chri- scribit: (*e*) *Vnicuique sicut diuisit Dominus. Vnum-*
stiana quę? *quemque sicut vocauit Dominus, ita ambulet. V-*
e. *1. Cor. 7.* *nusquisque, in qua vocatione vocatus est; in ea*
20. *permaneat. Qui enim in Domino vocatus est ser-*
uus: libertus est Domini. Similiter, qui liber voca-
tus est; seruus est Christi. Pretio emti estis; nolite
fieri serui hominum. Vnusquisque in quo vocatus
est, frater in hoc permaneat apud Deum. Quæ qui-
dem ad verbum de iure mancipij dicta sunt:
quin tamen & de modo liberæ seruitutis, & ser-
uilis libertatis inter Christianos obseruandæ
accipi queant, nihil obstat.

Concludam hunc locum verbis duorum prin-
cipum Apostolorum. Petri primùm, de Christia-
na libertate sicquidem disserentis, vt vel inprimis
ad subiectionem hortetur: (*f*) *Subiecti,* inquit,
estote omni humanæ creaturæ, propter Deum: siue
f. *1. Pet. 2.* *Regi, quasi præcellenti: siue Ducibus, tanquam ab*
v. 13. *eo missis ad vindictam malefactorum, laudem ve-*
rò bonorum. Quia sic est voluntas Dei, vt benefa-
cientes obmutescere faciatis imprudentium homi-
num ignorantiam: quasi Liberi, & non quasi ve-
lamen habentes malitiæ libertatem: sed sicut serui
Dei. Omnes honorate: Fraternitatem diligite:
Deum timete. Regem honorificate. Nimirum præ-
clarè docet, quemadmodum seruus & liber esse
iuxtà queat ac debeat Christianus. Seruus scilicet,
vt obedienter subditus pareat, non timoris clauâ
compulsus; non coactionis freno capistratus:
non vllius telo necessitatis ictus: Sed amore, ac
sponte, Deique intuitu. Atqui tales instituit
suos Fraternitas. Ita ex S. Petro.

g. *Gal. 5.* Quid verò Paulus? Non is Galatis solis
v. 13. tunc in transuersum actis; sed cunctis quoque
Fidelibus ita scribit. (*g*) *Vos in libertatem voca-*
ti estis

ri estis fratres. Tantum ne libertatem in occasionem detis carnis: sed PER CHARITATEM SERVITE INVICEM. Omnis enim Lex in vno sermone impletur; Diliges proximum tuum, sicut teipsum. &c. Quod si Spiritu ducimini; non estis sub lege. Hæc Apostoli. Quibus in verbis qui viuit, Spiritus, idem & in Fraternitatis Spirat Institutis. Seruit hæc Deo libera: & regnat obnoxia: vnâ temperat vtrumque charitate fraterna. Talem & primæuam Lucas in Actis depinget Fraternitatem. Deus benedictus, ab cuius nostra tam propè abest similitudine.



CAPVT II.

De Inscriptione in Album, seu Matriculam Fraternitatis Rosarij.

DE inscriptione hac primùm filo meo pauca hoc capite pertexam. Deinde, quæ apud alios digna memoratu reperio, in medium afferam. Dicendum est autem hic *de Necessitate, de Iure, de Circumstantijs Inscriptionis.*

I. *Necessitas* ea nemini vltrò venit; sed accersita volenti adest, ac Fraternitatem expetenti incumbit. Neque dura est, aut difficilis: quin omnium facillima. Nam aliud haut opus est factu; quàm vt petitor Fraternitatis in huius Album nomine tenus inscribatur. Nolim tamen quenquam existimare, Inscriptionem adeò esse absolutè necessariam; vt absque ea nemo ad Fraternitatem accenseri posit. Quando tam facilis in hanc cuiuis est aditus; vt admissio alicuius etiam verbo solo ritè fieri, & efficaciter transigi queat. Est igitur necessaria, vt aiũt, secũdũ quid.

Expetenti Fraternitatem Rosarij inscriptio est necessaria. Sed secundum quid.

Verũ ad quid? seu propter quid? Propter ingentia inquam beneficia, quæ in vno acceptæ Frater-

ternitatis beneficio simul accipiuntur. Sed ea non sensu, neque solo sunt humano pensanda intellectu & huius mundi iudicio; verùm Spiritu, & veritatis diuinæ, ecclesiasticæque trutina ponderari debent & æstimari. (a) *Nam animalis homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus Dei. Stultitia enim est illi; & non potest intelligere, quia Spiritualiter examinatur. Spiritualis autem iudicat omnia.* Talis igitur nunc iudicet mihi de beneficij magnitudine, quod cuilibet cum ipsa Fraternitate confertur.

Ob Festificationem accepti beneficij.

a. 1. Cor. 2. v. 14.

Est autem istud: *Specialis sanctorum Communio.* Vna quidem est hæc omnium Christi fidelium in Ecclesia generalis: at ista in Fraternitate præter hanc, insuper singulatim consistit in maximorum quatruplicis generis bonorum mutua participatione. I. Omnium meritorum totius per omnem orbem Fraternitatis; quæcunque singuli in ea singulis suis operibus bonis apud Deum commerentur. II. Omnium item meritorum totius Ordinis Prædicatorum. III. Omnium quoque Indulgentiarum totius, vt ita dicam, Vrbis Romanæ; quas quilibet quot diebus ibidem existens, consequi posset. Ac præter has aliarum etiam Fraternitati speciatim concessarum; quas & longè plurimas, & multò maximas esse constat. IV. Specialis denique est in Fraternitate communicatio priuilegiorum ac indultorum, &c. quæ S. Sedes Apostolica ipsi nominatim impertiuit; inprimis istius, quòd Confratres & Sorores Rosarij possint à casibus vinculisque alijs Ecclesiasticis penè plerisque, per præsidem Fraternitatis Patrem Prædicatorem absolui. Quæ alubi demonstraui. (b) neque hoc loco, quanta sint, dicam: æstimanda cuique relinquam.

Beneficiorum in Fraternitate communicatio.

b. *de Ortu & progressu Fraternitatis lib. 3. ca. 11. & 12.*

Horum adit omnium hæreditatem, quisquis adop-

adoptatur in Roſarij Fraternitatem. Hanc petere, eſt ad illa adſpirare. Atque diſpenſationis iſtorum causâ Inſcriptio in Fraternitatem cenſetur eſſe quodammodo neceſſaria. Quam iuſtè; nemo non videt. Enimuerò cùm tot ac tanta non ſine grauiſſimo iudicio, & inprimis matura conſideratione, ſint à ſummis Pontificibus conceſſa; certè non ſunt in ventum ſcribenda, aut temerè proijcienda. Ne ſcilicet concredita fidelis diſpenſatio, fiat infidelis diſsipatio. Sciendum eſt omninò, qui & quot ad eam admittantur; vt quandoque recognoſci queant; maximè cùm ipſis pòſt fato functis iuſta fieri expetuntur. Quę quidem manifeſtè non iuſtam ſolum, ſed eatenus neceſſariam quoq; cauſam inſcriptionis conſtituunt. Præter quam principem, alias quoque congruentes inferius ex optimis reddam autoribus.

Poſtulat inſcriptionem communicantium illa.

II. *De ordinario Iure Inſcriptionis* tantò hîc breuius; quantò alubi prolixius ipſas Pontificum Bullas verbatim recitaui. (c) Ex hiſce tamen, quæ huc faciunt, omnia ad tria quædam ſumma capita reuocari poſſe intelligo. I. Quòd Pontifices ita meminerunt de Inſcriptione, vt eam non quidem præſcribant, aut tanquam abſolutè neceſſariam præcipiant, ſed velut vtilem præſupponant; cùm de Fraternitate loquuntur, atque diſponunt. II. Diem inſcriptionis cuiuſque, (ſic diem, quo quis in Fraternitatem recipitur, appellant,) largiſsimis donationibus locupletant & honorant: Vt ſingulis inſcriptis, ſi ritè confeſſi communicârint, plenarias indulgentias, & omnium quoque peccatorum remiſsionem miſericorditer largiantur. Quo ſanè facto parem religioſis Ordinibus Fraternitatem effecerunt. Perſonis quippe religioſis in diem vel inueſtitionis ſuæ, vel profeſsionis maius nihil vnquam

II. Ius Inſcriptionis ordinariũ.

c. *Eodem lib. 3. quo ſuprà cap. 6. 7. 8.*

concesserunt; ac fortasse, quam maiorem concedant gratiam, non habent. III. Decernunt, planissimèque definiunt, vt in Fraternitatem inscribendi ius atque facultas, sicut & erigendi, administrandique Fraternitates, resideat penes solum Ordinem Prædicatorum: Simul grauissimè cauent, in forma, qua possunt optima, neu quisquam alterius status, vel ordinis, vel gradus, vel autoritatis id sibi, inscijs vel inuitis Prędicatorum Superioribus, scienter vel ignoranter audeat vsurpare. De quo alubi latius. (*d*).

d. *Ibidē. lib. 2. cap. 7,*

2. Inscriptionis Ius cō municatū.

Ad hæc si cui sit alteri, *Iure communicato* legitimè facta potestas ab Ordine Prædicatorum alubi Fraternitatem hanc instituendi, ac celebrandi: is sibi incumbere nouerit ista. I. Librum habeat, in quem nomina excipiat eorum qui sese ad eam profitentur. II. Quot annis, aut subinde Catalogum ipsorum Nominum, aut solum duntaxat numerum recens scriptorum, ad eum mittat Prædicatorum Conuentum, à quo erigendæ Fraternitatis accepit facultatem. Nimirum vt Fraternitas illa Filialis assuescat hoc signo Matrem, vnde descendit, ac dependet, agnoscere. Cuius auitæ consuetudinis vel in vna Coloniensis Conuentus Fraternitate exempla extant & quam plurima, & illustrissima. Eorum Specimen antè exhibui. (*e*).

e *Ibidē. lib. 3. cap. 9.*

III. Si quando, serius aut citius, contigerit Ordinem Prædicatorum ijs in locis domicilium constituere; tum necesse est, vt Fraternitas ea ad Ecclesiam seu Domum nostram Conuentualem se transferat; vtpote ad proprios suos Patres ac Præsides. Hi enim, qui fuerunt hactenus in Fraternitate administranda Vicarij, communicatum sibi ius expirare sciant; cùm adsunt ibidem iam stabiles inquilini eorum Ordinarij.

Deni-

Inscriptio sit gratuita.

Denique & illud ad inscriptionis ius vel inprimis pertinet: quo & totius Ordinis Prædicatorum Statuto, & Pontificum Decreto seuerè prohibetur; neu quicquam pecuniæ, vel pretij cuiuscunque, nomine Inscriptionis exigatur. Adeò gratis est illa omnibus præstanda. Vt omnis suspicio turpis lucri, & cupiditatis remoueatur; neque pietas cuiusquam ingenui bonique hominis aliquo quæstus, ac sordium indicio offendatur; vel tenuiorũ paupertas ab ingrediunda Fraternitate prohibeatur. Quin tamen sponte oblata alio vel titulo, vel tempore quocunque, eaque in vsum Fraternitatis, aut sustentationem Conuentus fieri acceptarique licitè, liberèque possint: eâdem Pontificij Iuris dispositione, quâ quæ optima, prospectum est atque permissum. Sed & de istis alubi.

Iura ista quatenus obligent & quos.

Dices: Ista de iure inscriptionis sunt plusquam prætoriana edicta, planèque satis pro imperio. Quid est igitur, quòd tam multis prædicatur; Fraternitati nullius præcepti onus, nullam incumbere legis obligationem? *Respondeo. I. de iure inscriptionis Ordinario, quoad I. ipsius membrum Pontificum* Istud nec in verbis vsquam vllis formam præcepti accepit; neque ex intentione cuiusquam Pontificis, vel Ordinis nostri obligationem importat. Quandoquidem, vt dixi, Inscriptio necessaria est non absolutè; sed secundum quid. Deinde, petitori Fraternitatis quid oneris est, quòd describatur? Non enim ipsi imperatur; vt curam ei afferre seu molestiam id queat: sed inscriptio â Præfectis Fraternitatis obseruatur ex vsu. *Quoad II.* Cõcessio indulgentiarum, donum est spiritale, siue ius indultum; non mandatum, nulli onerosum; præterquam inuidis. *Quoad III.* Mandatum id est, & prohibi-

 tio qui-

tio quidem ſceptica; ſed militans pro Fraternitate cui id honori eſt, non oneri. Cauet; & grauat. Eos, qui foris ſunt, non qui in Fraternitate, vrget; iſtorum coërcet audaciam; ſi quando hæreditatem Prædicatorum inuadere ſibique vſurpare auſu temerario attentarent.

Reſpondeo II. de iure inſcriptionis communicato: iſtud reſpectu Confraternitatis eſſe priuilegium, in ipſius & fauorem, & honorem gratioſè conceſſum: reſpectu autem Fraternitatum tali cum licentia inſtitutatum ius eſſe poſitiuum atque præceptum illis, quà talibus. Omnibus enim talibus eſt quædam ſubordinatio atque ſubiectio ſub eius loci Fraternitate, vnde licentia eis eſt facta: quæ, vt mater dum filiæ ſanguinem communicat, ius maioratus acquirit. *Reſpondeo III. de iure inſcriptionis gratuito;* & ipſum eſſe fauorabile, exonerans ab exactione ſeu contributione, non onerans. Quare Immunitas ſeu Priuilegium dici, vt eſt, debet.

Circumſtantiæ inſcriptionis.

III. *De circumſtantijs, ſeu modo inſcriptionis* omnia complectar, & abſoluam tribus. Dicendo I. Quotuplex ſit inſcriptio? 2. Quis eius modus ac ordo? 3. Quæ materia circa quam, vt vocant.

1. Quotuplex ſit.

Quod ad Primum. *Inſcriptio duplex eſt.* Solennis, & Priuata. Priuatam dico, cum petitor Fraternitatis priuatim Priorem Conuentus, aut Fraternitatis Patrem conuenit, & ſuum in hanc dans nomen tantùm inſcribitur. *Solennis verò, ſeu Publica, ſic dicitur à loco, tempore, actu, cæteriſque ritibus ſolennioribus, quibus cum obſeruatis ea inſtituitur. Locus* eſt Eccleſia publica Fraternitatis, vbi ſuos illa Conuentus frequentat. *Tempus* eſt aliqua ipſi Fraternitati ſolennior dies vel Deiparæ, vel Proceſsionis menſtruæ, aut Dominicę, aut alterius cuiuſcunque feſtiuitatis ad quam

ſeu

ſeu Fraternitas, ſeu cætera Fidelium multitudo maiori cum frequentia adeſſe conſueuit.

Quod ad ſecundum. *Actus inſcriptionis*, iſtis ferè cum ceremonijs geritur. I. Die aliquo ſolenniore ad menſam tapete ſtratam, in Eccleſia pone Fraternitatis aram, certus ex Ordine Prædicatorum, ſiue alius, cui ex huius iuſſu, permiſſuuè licet, adſit; cum aperto Fraternitatis libro, ſiue Matricula: qui in hanc nomina ſua ad Fraternitatem profiteri cupientes deſcribat, ordine promiſcuo, quo ſeſe offerunt, nullo ætatis, ſexus, ſtatus, gradus aut conditionis habito diſcrimine. Sequuntur porrò quatuor præcipuę circumſtantiæ, ſeu ceremoniæ Inſcriptionis: 1. Inſcriptorum publicatio: 2. Eorum confeſsio atq; communicatio, 3. Inſtitutio, 4. Roſariorum benedictio.

2. Quis eius modus.

De primo, quæ accepi, tradam penè verbatim. Coloniæ Agrippinæ cum ſexto abhinc anno degerem Nouitius Ord. Prædicatorum, & Antiquitatum Fraternitatis inquiſitor curioſus cò reperiundarum loci, vbi natæ ac propagatæ Fraternitatis incunabula eſſent: in cæteris Nomenclaturis vnum nactus ſum M.S.C. vaſtum ac peruetuſtum, mera inſcriptorum nomina calantem. Huic inſerta adiacebat ſcheda, teutonicè Colonienſi idiomate perſcripta, reor vel ab P. Iacobo Sprengero, aut Michaële ab Inſulis, aut eo, cui Prior innouatæ Fraternitatis curam demandarat. Illius latinè ad verbum penè redditæ eſt tenor iſte.

Fons indicatus ſequentium. MS.C. Colonienſis.

I. Stet menſa foris propter Aram Fraternitatis, ad quam recipi petentium nomina inſcribātur. II. Sub Sacro Fraternitatis, ante Offertorium, aut poſt Sacrum ipſe Præfectus illius, accepta in manus Matricula, verſus ad populū ante aram, clara dicat, cum expreſſo S. Crucis ſigno: In nomine

Publicatio inſcriptionis. Huiuſmodi recitatio nem vſurpandā eſſe docet & ſuadet.

mine Patris. Et subiungat: *Ab vltimo Inscriptionis Actu, celebrato ad diem N. vsq; huc, nomina sua dederunt in hanc laudabilẽ, & gratiosam Fraternitatem S. Rosarij, qui sequuntur. N. N. N.* Lectis nonnullis, concludat dicens: *& alij cumplures.* III. Hisce dein conceptis verbis solenniter eos recipiat, receptosque proclamet.

Formula publicè admittendi inscriptos.

Lectos iam, & non lectos, inscriptos tamen, omnes ac singulos, præsentes, siue absentes; viuos, seu vita functos: (Si nullus defunctus fuerit inscriptus, hoc membrum omittatur:) *ego N. Frater Ordinis Prædicatorum, licet indignissimus; Fraternitatis tamen Rosarij hoc in loco ritè constitutus Præfectus; ex plenitudine potestatis atq; autoritatis, à S. Sede Apostolica Ordini nostro concessa, & mihi ab ordinario meo superiore legitimè communicata, accipio eos ad laudabilem & gratiosam Fraternitatem nostram Rosarij in dilectissimos atque deuotos Confratres nostros & Consorores, qui possint fieri participes, viui, & vita functi,* (hoc ego addo) *Omnium meritorum totius Ord. Prædicatorum, omnium Fraternitatis nostræ, omnium Indulgentiarum, gratiarumq;, quas S. Sedes Apostolica dictæ Fraternitati Rosarij impertiuit, aut inposterũ impertiet. Simul declaro atq; pronuncio, omnes eos ac singulos verè nostros esse Confratres, atq; Sorores in Domino; proq; talibus agnoscendos esse. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus S. Amen. Pax vobis.* Mihi quidẽ prolixa nimis hęc formula semper visa fuit. Cęterùm hocde ritu admissionis nihil vsquam apud quenquam reperio.

Confessio & Communio ad Inscriptionẽ quatenus requirãtur.

IV. Circumstantia inscriptionis est, *Confessio, atq; Communio Ecclesiastica.* Hauc alterã aut vtramq; tibi nequaquã persuaseris esse de præcepto; Sed tantùm de consilio. Vt, si omiseris; Inscriptionem tamen, tuique admissionem in Fraternitatem nihilominus ratam esse atque efficacem, non sit, quòd addubites. Etenim adscriptio

tui

tui atque susceptio ad Fraternitatem est clauis, seu ianua quędam, quâ ad dictorum in ea bonorum communicationem ingrederis. Quia tamē contingere potest, vt Fraternitatem quidem verè ingrediaris; non tamen communicatione eius perfruaris: quòd illius sit incapax anima tua, peccatis obsessa: idcircò S. Pontifices Confessionem, Communionemq; suadent. Atque vt persuadeant, illicium tibi proponunt Indulgentias; quas istis expletis conditionib. commerearis actu eodem, quo pedem in Fraternitatē imponis.

Itaq; de hac confitendi, Communicandique conditione, ad ingressum in Fraternitatem præstanda, præceptum Pontificum nō habeo; consilium autem dant ijdem, tanquā misericordiam consecuti à Domino, vt sint fideles. Et quidem primum, qui eam proposuit, Piū V. fuisse reperio. Illius hæc sunt verba (a:) *Quo quisq; ad se numero Confratrum præfatorum aggregādum promtior & alacrior fiat; de Omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius autoritate confisi, omnibus & singulis Confratrib. prædicta, per deputatos prædictos descriptis; verè pœnitentib. & confessis, qui prima vice, qua descripti fuerint, sanctissimū Eucharistiæ Sacramentū in aliqua Ecclesia, seu Capella dictæ Confraternitatis perceperint; & vnam saltem Quinquagenā Rosarij recitauerint, & pro tranquillitate S. Matris Ecclesiæ orauerint: Nec non qui in mortis articulo constituti, salutaris pœnitentiæ, & Viatici Sacramento muniti fuerint, plenariā omnium & singulorū peccatorū indulgentiā & Remissionē misericorditer in Domino cōcedimus, & elargimur.* Ita P. V.

Sed quia id obscurū, & indistinctè dictū videbatur: successor eius Gregorius XIII. sic explicat. (*b:*) Qui inscriptionis die confessus communicarit, Plenariam &c. consequetur. Et qui item ante agonem ijsdem munitus Sacramētis fuerit. Plena-

a. *Pius V. in Bulla. Consueuerunt Roman. &c.*

b. *Greg. XIII in Breui. Cū sicut accepimus. 25. Ma. anno 1579. Et Alio. 1. Iun. an. eodē vt patet in approbata Brixiana Patente.*

Memoriam rursus indipiscetur. Quique in agone sanctissimum nomen Iesu ore vel corde inuocârit, tantundem lucrabitur. Hæc planè consilia sunt: non imperant, sed inuitant; & , vt sequaris, ditant. Tantum, *Vtere, & Fruere*. In horum consilium posteri omnes Pontifices descenderunt, testibus Bullis.

III. Inscriptionis circumstantia est, *vt Descriptorum Rosaria benedicantur*, precatione rituque solenni, vt in Missali præscribitur Prędicatorum.

IV. Denique est, vt recens descripti velut catechisentur, breuissimè admoniti eorum, quæ nouisse inprimis interest: Nimirum de precum hebdomadario penso; de meritorum communione: de menstruis processionibus frequentandis, de curâ pro mortuis; de Exhomologesi, atq; Synaxi crebrius per festa vsurpandis: alijsque talibus, quæ in consilio sunt, & vsu piorum.

1. Ratio in genere isti⁹ solennitat.

c. *Arist. l. 1. Metap. c. 2.*

d. S. *Tho. 2. 2. q. 102. a. 1.*

e. *Rom. 13.*

Si istarum causam ceremoniarum Inscriptionis, rationemque postules; tum eæ communem habent cum cæteris in Ecclesia similibus: tùm hanc generatim pro omnibus hîc obiter reddo. Cùm *Sapientis sit, ordinare*, vt Philosophus inquit, (*c* :) sanè *ea, quæ ex diuina Sapientia procedunt, oportet esse ordinata*: vt rectè S. Thomas, (*d*) ex Apostolo. (*e*.) Atqui Fraternitatis Instituta ex Deo promanasse, cùm in tribus totis voluminibus nostris exemplorum, miraculorumque tum ex libro item nostro. 2. de ortu & progressu Fraternitatis manifestè videre est: Ordinatam igitur eam esse oportuit. Ad hanc autem ordinationem indicem originis à Deo descendentis, istiusmodi pertinent ceremoniæ; quæ admoneāt, nihil hic profanum geri, aut inane: Sed ingressum ad Fraternitatem eundem esse simul ad cælestem

2. Ratio solennitatis istius.

f. S. *Tho. 1. 2. q. 102. a. 4.*

lestem quandam gratiarum hæreditatem. De qua copiosè libro 3.

Deinde, inquit S. Thomas. (f.) *Exterior cultus ad hoc præcipuè ordinatur, vt homines Deum*, vel diuina, *in reuerentia habeant. Habet aũt hoc humanus affectus. vt ea, quæ communia sunt, & non distincta ab alijs, minus reuereatur: ea verò quæ habent aliquam excellentia discretionem ab alijs magis admiretur & reuereatur. Et inde etiam hominum consuetudo inoleuit, vt Reges & Principes, quos oportet in reuerentia haberi à subditis; & pretiosioribus vestibus ornentur, & etiam pulcriores habitationes possideant.* Inde actus oẽs publici quà politici, quà Ecclesiastici, suam solẽnitatem quique propriam habent, certosque processus, ac limites, *Quos vltrà, citràq; nequit consistere Rectum.* Sic & Fraternitatis Inscriptio.

Quod ad III. *de Materia Inscriptionis*; eam Christianos appello, qui possunt inscribi. Siue hi sint pij, siue improbi, ac scelerati: adulti siue modo baptizati infantes: sani, an ægri: præsentes, an absentes: inscribi se scientes, an ignorantes: Voluntarij, an inuoluntarij: Viuẽtes, an vita defuncti. Hîc, describi sese ignorantium, item improborum, infantium, absentium, inuoluntariorũ, ac defunctorum inscriptio aliquam prę se ferre difficultatem videtur: Quemadmodum fieri salubriter posit. Hanc *Inscriptionem Procuratam* appello. Excutienda est: Nec operosa.

Qui possint inscribi.

Istud verò tenendum: Sicut Ecclesiæ, sic & Fraternitatis membra alia posse esse viua vt iusti; mortua alia, vt peccatores: qui tamẽ in spe viuunt vitâ spiritali: hoc est: potentiâ, non actu. Deinde ex viuis membris alia se habere tantum pasiuè in communicatione, alia actiuè simul & pasiuè.

Infantes, ignorantes, defuncti possunt inscribi.

Pasiuè se habent infantes, & defuncti, itemq; igno-

est, qui, si scirent, nollent inscribi; eos nihilominus inscribi procuras: dum oras pro ijsdem: tua illa superabundans charitas cùm per se est efficax ad DEVM ipsis propitiandum: tùm Fraternitatis quoq; meritis adiuta accedentibus, propitiandi robur efficacius acquirit. Quâ sanè viâ, mirum est dictu, quot, quàmq; admirabiles peccatorum, hæreticorum, aliorumque infidelium conuersiones sint factæ, quarum exempla videre est non pauca in nostro Exemplorum Rosario lib. 1. passim, ac tertio.

Verùm, obtendet mihi quispiam, ac dicet: Præceptum est Domini: (i) *Nolite dare Sanctum canibus: neq; mittatis margaritas vestras ante porcos: ne fortè conculcent eas pedibus suis, & conuersi dirumpant vos.* ac iterum vox eiusdem est Domini: (k) *Sine prius saturari filios. Non est enim bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus.* Atqui orationes fidelium sunt margaritæ: communioq; precum ac meritorum est quid Sanctũ: ipsaq; panis est filiorum ac fratrum habitantium in vnum. Qui autem extra Fraternitatem Rosarij tam piam ac deuotam sunt peccatores, quiq; prorsus inuoluntarij sunt, vt ad istius precũ meritorumq; communionem adscribantur, ij sunt de quibus S. Ioannes: (l) *Foris,* inquit, *canes, & venefici, & impudici. & homicidæ, & idolis seruiẽtes, & omnis, qui amat & facit mendacium.*

i. mat. 7. v. 6 *k. mar. 7. v. 27.*

Obiectio. Peccatores obstinati cõmunione sunt priuandi.

l. Apoc. 22. v. 15.

Ad hæc iam omninò iustissimè illa quoq; in Fraternitatem hanc cadet apostolicam reprehẽsio grauis, quæ in Corinthios quondam: quippe quæ notorios etiam peccatores non solum intra sese retineat, verùm etiam extra positos accersat. Audiat proinde Apostolum. (m) *Non est bona gloriatio nostra:* inquit, *Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrũpit?* Et infra. *Scripsi vobis ne commisceamini fornicarijs, aut auaris,*

Non ad cõmunionem accipiendi inuiti.

m. 1. Cor. 5. v. 6.

aut

aut rapacibus. &c. Nunc autem scripsi vobis, non commisceri, si is, qui Frater nominatur, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, ebriosus, aut rapax: cum huiusmodi nec cibum sumere: multò minus, inquam; spiritalia merita communicare. *Quid enim de ijs, qui foris sunt*; Ergo potius *tollatur de medio vestrum, qui hoc opus fecit*; quàm accipiatur in medium etiam inuitus.

Grauis hæc obiectio: At in speciem. Citius eam destruxero; quàm struxerim. *Dico autem 1.* esse de fide, quòd iustè ac debitè, licitè, bene & vtiliter faciant iusti seu fideles, orantes pro peccatoribus ac infidelibus. Id quod clarius est, apud ipsos quoq; hæreticos hodiernos; quàm vt doceri sit opus. Adeò & dictorum, & exemplorum plena omnis est Scriptura, quà Vetus, quà Noua. Idemq; totius Ecclesiæ vsus & manifestus, & plurimus clamat voce, re præstat: nihil obstantibus illis iam obiectis. Sicut autem Ecclesia illos suarum reddi precum participes posse credit: sic & Fraternitas. Responsio.

Dico 2. Illos, quorum nomina ipsis nescientib. aut nolentibus, Fraternitati sunt data, mente esse diuersimodè comparatos posse. Si vtrique se prorsus habeant negatiuè ad suam à peccatis conuersionem, aut ad sui in Fraternitatem inscriptionem; tum Fraternitatis oratio, seu meritorum communicatio nihil ijs cõferet positiuè; sed tantum sic, vti superius dictum. Id quod omninò permagnum est. Sin autem isti se etiam permissiuè aut passiuè animo ac voluntate habituri forent; iam hoc amplius conferet eis communicatio, quò magis sunt dispositi, animoq; proni dare locum spiritui sancto. Quòd si etiam voluntarij forent interpretatiuè, seu implicitè: hoc est, consentirent ad sui inscriptionem, si de ea quicquam ipsis constaret: iam plena manu par-

 ticipant,

concesserunt; ac fortasse, quam maiorem concedant gratiam, non habent. III. Decernunt, planissimèque definiunt, vt in Fraternitatem inscribendi ius atque facultas, sicut & erigendi, administrandique Fraternitates, resideat penes solum Ordinem Prædicatorum: Simul grauissimè cauent, in forma, qua possunt optima, neu quisquam alterius status, vel ordinis, vel gradus, vel autoritatis id sibi, inscijs vel inuitis Prędicatorum Superioribus, scienter vel ignoranter audeat vsurpare. De quo alibi latius. (*d*).

d. Ibidē. lib. 2. cap. 7,

2. Inscriptionis Ius cō municatū.

Ad hæc si cui sit alteri, *Iure communicato* legitimè facta potestas ab Ordine Prædicatorum alubi Fraternitatem hanc instituendi, ac celebrandi: is sibi incumbere nouerit ista. I. Librum habeat, in quem nomina excipiat eorum qui sese ad eam profitentur. II. Quot annis, aut subinde Catalogum ipsorum Nominum, aut solum duntaxat numerum recens scriptorum, ad eum mittat Prædicatorum Conuentum, à quo erigendæ Fraternitatis accepit facultatem. Nimirum vt Fraternitas illa Filialis assuescat hoc signo Matrem, vnde descendit, ac dependet, agnoscere. Cuius auitæ consuetudinis vel in vna Coloniensis Conuentus Fraternitate exempla extant & quam plurima, & illustrissima. Eorum Specimen antè exhibui. (*e*).

e Ibidē. lib. 3. cap. 9.

III. Si quando, serius aut citius, contigerit Ordinem Prædicatorum ijs in locis domicilium constituere; tum necesse est, vt Fraternitas ea ad Ecclesiam seu Domum nostram Conuentualem se transferat; vtpote ad proprios suos Patres ac Præsides. Hi enim, qui fuerunt hactenus in Fraternitate administranda Vicarij, communicatum sibi ius expirare sciant; cùm adsunt ibidem iam stabiles inquilini eorum Ordinarij.

Deni-

Denique & illud ad inſcriptionis ius vel inprimis pertinet: quo & totius Ordinis Prædicatorum Statuto, & Pontificum Decreto ſeuerè prohibetur; neu quicquam pecuniæ, vel pretij cuiuſcunque, nomine Inſcriptionis exigatur. Adeò gratis eſt illa omnibus præſtanda. Vt omnis ſuſpicio turpis lucri, & cupiditatis remoueatur; neque pietas cuiuſquam ingenui bonique hominis aliquo quæſtus, ac ſordium indicio offendatur; vel tenuiorū paupertas ab ingrediunda Fraternitate prohibeatur. Quin tàmen ſponte oblata alio vel titulo, vel tempore quocunque, eaque in vſum Fraternitatis, aut ſuſtentationem Conuentus fieri acceptarique licitè, liberèque poſsint: eâdem Pontificij Iuris diſpoſitione, quâ quæ optima, proſpectum eſt atque permiſſum. Sed & de iſtis alubi. *Inſcriptio ſit gratuita.*

Dices: Iſta de iure inſcriptionis ſunt pluſquam prætoriana edicta, planèque ſatis pro imperio. Quid eſt igitur, quòd tam multis prædicatur; Fraternitati nullius præcepti onus, nullam incumbere legis obligationem? *Reſpondeo. I. de iure inſcriptionis Ordinario*, *quoad I. ipſius membrum Pontificum* Iſtud nec in verbis vſquam vllis formam præcepti accepit; neque ex intentione cuiuſquam Pontificis, vel Ordinis noſtri obligationem importat. Quandoquidem, vt dixi, Inſcriptio neceſſaria eſt non abſolutè; ſed ſecundum quid. Deinde, petitori Fraternitatis quid oneris eſt, quòd deſcribatur? Non enim ipſi imperatur; vt curam ei afferre ſeu moleſtiam id queat: ſed inſcriptio â Præfectis Fraternitatis obſeruatur ex vſu. *Quoad II.* Cōceſsio indulgentiarum, donum eſt ſpiritale, ſiue ius indultum; non mandatum, nulli oneroſum; præterquam inuidis. *Quoad III.* Mandatum id eſt, & prohibi- Iura iſta quatenus obligent & quos.

 tio qui-

tio quidem ſceptica; ſed militans pro Fraternitate cui id honori eſt, non oneri. Cauet; & grauat. Eos, qui foris ſunt, non qui in Fraternitate, vrget; iſtorum coërcet audaciam; ſi quando hæreditatem Prædicatorum inuadere ſibique vſurpare auſu temerario attentarent.

Reſpondeo II. de iure inſcriptionis communicato: iſtud reſpectu Confraternitatis eſſe priuilegium, in ipſius & fauorem, & honorem gratioſè conceſſum: reſpectu autem Fraternitatum tali cum licentia inſtitutarum ius eſſe poſitiuum atque præceptum illis, quà talibus. Omnibus enim talibus eſt quædam ſubordinatio atque ſubiectio ſub eius loci Fraternitate, vnde licentia eis eſt facta: quæ, vt mater dum filiæ ſanguinem communicat, ius maioratus acquirit. *Reſpondeo III. de iure inſcriptionis gratuito*; & ipſum eſſe fauorabile, exonerans ab exactione ſeu contributione; non onerans. Quare Immunitas ſeu Priuilegium dici, vt eſt, debet.

Circumſtantiæ inſcriptionis.

III. *De circumſtantijs, ſeu modo inſcriptionis* omnia complectar, & abſoluam tribus. Dicendo I. Quotuplex ſit inſcriptio? 2. Quis eius modus ac ordo? 3. Quæ materia circa quam, vt vocant.

1. Quotuplex ſit.

Quod ad Primum. *Inſcriptio duplex eſt*. Solennis, & Priuata. Priuatam dico, cum petitor Fraternitatis priuatim Priorem Conuentus, aut Fraternitatis Patrem conuenit, & ſuum in hanc dans nomen tantùm inſcribitur. *Solennis verò, ſeu Publica, ſic dicitur à loco, tempore, actu, cæteriſque ritibus ſolennioribus, quibus cum obſeruatis ea inſtituitur. Locus* eſt Eccleſia publica Fraternitatis, vbi ſuos illa Conuentus frequentat. *Tempus* eſt aliqua ipſi Fraternitati ſolennior dies vel Deiparæ, vel Proceſsionis menſtruæ, aut Dominicę, aut alterius cuiuſcunque feſtiuitatis ad quam

ſeu

ſeu Fraternitas,ſeu cætera Fidelium multitudo maiori cum frequentia adeſſe conſueuit.

Quod ad ſecundum. *Actus inſcriptionis*, iſtis ferè cum ceremonijs geritur. I. Die aliquo ſolenniore ad menſam tapete ſtratam, in Eccleſia pone Fraternitatis aram, certus ex Ordine Prædicatorum,ſiue alius,cui ex huius iuſſu, permiſſuuè licet, adſit; cum aperto Fraternitatis libro,ſiue Matricula:qui in hanc nomina ſua ad Fraternitatem profiteri cupientes deſcribat, ordine promiſcuo, quo ſeſe offerunt, nullo ætatis, ſexus,ſtatus,gradus aut conditionis habito diſcrimine.Sequuntur porrò quatuor præcipuę circumſtantiæ,ſeu ceremoniæ Inſcriptionis:1. Inſcriptorum publicatio:2. Eorum confeſsio atq; communicatio,3.Inſtitutio, 4. Roſariorum benedictio. 2. Quis eius modus.

De primo,quæ accepi, tradam penè verbatim.Coloniæ Agrippinæ cum ſexto abhinc anno degerem Nouitius Ord. Prædicatorum, & Antiquitatum Fraternitatis inquiſitor curioſus cò reperiundarum loci,vbi natæ ac propagatæ Fraternitatis incunabula eſſent: in cæteris Nomenclaturis vnum nactus ſum M.S.C. vaſtum ac peruetuſtum,mera inſcriptorum nomina calantem.Huic inſerta adiacebat ſcheda, teutonicè Colonienſi idiomate perſcripta, reor vel ab P.Iacobo Sprengero, aut Michaële ab Inſulis, aut eo,cui Prior innouatæ Fraternitatis curam demandarat.Illius latinè ad verbum penè redditæ eſt tenor iſte. Fons indicatus ſequentium. MS.C. Colonienſis.

I.Stet menſa foris propter Aram Fraternitatis, ad quam recipi petentium nomina inſcribãtur. II.Sub Sacro Fraternitatis, ante Offertorium, aut poſt Sacrum ipſe Præfectus illius, accepta in manus Matricula, verſus ad populũ ante aram, clara dicat,cum expreſſo S,Crucis ſigno: In nomine Publicatio inſcriptionis. Huiuſmodi recitationem vſurpandã eſſe docet & ſuadet.

mine Patris. Et subiungat: *Ab vltimo Inscriptionis Actu, celebrato ad diem N. vsq; huc, nomina sua dederunt in hanc laudabilẽ, & gratiosam Fraternitatem S. Rosarij, qui sequuntur. N. N. N.* Lectis nonnullis, concludat dicens: *& alij cumplures.* III. Hisce dein conceptis verbis solenniter eos recipiat, receptosque proclamet.

Formula publicè admittendi inscriptos.

Lectos iam, & non lectos, inscriptos tamen, omnes ac singulos præsentes. siue absentes; viuos, seu vita functos: (Si nullus defunctus fuerit inscriptus, hoc membrum omittatur:) *ego N. Frater Ordinis Prædicatorum, licet indignissimus; Fraternitatis tamen Rosarij hoc in loco ritè constitutus Præfectus; ex plenitudine potestatis atq; autoritatis, à S. Sede Apostolica Ordini nostro concessa, & mihi ab ordinario meo superiore legitimè communicata, accipio eos ad laudabilem & gratiosam Fraternitatem nostram Rosarij in dilectissimos atque deuotos Confratres nostros & Consorores, qui possint fieri participes, viui, & vita functi,* (hoc ego addo) Omnium meritorum totius Ord. Prædicatorum, *omnium Fraternitatis nostræ, omnium Indulgentiarum, gratiarumq;, quas S. Sedes Apostolica dicta Fraternitati Rosarij impertiuit, aut inposterũ impertiet. Simul declaro atq; pronuncio, omnes eos ac singulos verè nostros esse Confratres, atq; Sorores in Domino; proq; talibus agnoscendos esse. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus S. Amen. Pax vobis.* Mihi quidẽ prolixa nimis hęc formula semper visa fuit. Cęterùm hocde ritu admissionis nihil vsquam apud quenquam reperio.

Confessio & Communio ad Inscriptionẽ quatenus requiratur.

IV. Circumstantia inscriptionis est, *Confessio, atq; Communio Ecclesiastica.* Hauc alterã aut vtramq; tibi nequaquã persuaseris esse de præcepto; Sed tantùm de consilio. Vt, si omiseris; Inscriptionem tamen, tuique admissionem in Fraternitatem nihilominus ratam esse atque efficacem, non sit, quòd addubites. Etenim adscriptio

tui

tui atque susceptio ad Fraternitatem est clauis, seu ianua quędam, quâ ad dictorum in ea bonorum communicationem ingrederis. Quia tamẽ contingere potest, vt Fraternitatem quidem verè ingrediaris; non tamen communicatione eius perfruaris: quòd illius sit incapax anima tua, peccatis obsessa: idcircò S. Pontifices Confessionem, Communionemq; suadent. Atque vt persuadeant, illicium tibi proponunt Indulgentias; quas istis expletis conditionib. commerearis actu eodem, quo pedem in Fraternitatẽ imponis.

Itaq; de hac confitendi, Communicandique conditione, ad ingressum in Fraternitatem præstanda, præceptum Pontificum nõ habeo; consilium autem dant ijdem, tanquã misericordiam consecuti à Domino, vt sint fideles. Et quidem primum, qui eam proposuit, Piũ V. fuisse reperio. Illius hæc sunt verba(*a*:) *Quo quisq; ad se numero Confratrum præfatorum aggregãdum promptior & alacrior fiat; de Omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius autoritate confisi, omnibus & singulis Confratrib. prædicta, per deputatos prædictos descriptis; verè pœnitentib. & confessis, qui prima vice, qua descripti fuerint, sanctissimũ Eucharistiæ Sacramentũ in aliqua Ecclesia, seu Capella dictæ Confraternitatis perceperint; & vnam saltem Quinquagenã Rosarij recitauerint, & pro tranquillitate S. Matris Ecclesiæ orauerint: Nec non qui in mortis articulo constituti, salutaris pœnitentiæ, & Viatici Sacramento muniti fuerint, plenariã omnium & singulorũ peccatorũ indulgentiã & Remissionẽ misericorditer in Domino cõcedimus, & elargimur.* Ita P. V.

a. Pius V. in Bulla. Consueuerunt Roman. &c.

Sed quia id obscurũ, & indistinctè dictũ videbatur: successor eius Gregorius XIII. sic explicat.(*b*:) Qui inscriptionis die confessus communicarit, Plenariam &c. consequetur. Et qui item ante agonem ijsdem munitus Sacramẽtis fuerit. Plena-

b. Greg. XIII in Breui. Cũ sicut accepimus. 25. Ma. anno 1579. Et Alio. 1. Iun. an. eodẽ vt patet in approbata Brixiana Patente.

Memoriam rursus indipiscetur. Quique in agone sanctissimum nomen Iesu ore vel corde inuocârit, tantundem lucrabitur. Hæc planè consilia sunt: non imperant, sed inuitant; &, vt sequaris, ditant. Tantum, *Vtere, & Fruere.* In horum consilium posteri omnes Pontifices descenderunt, testibus Bullis.

III. Inscriptionis circumstantia est, *vt Descriptorum Rosaria benedicantur*, precatione rituque solenni, vt in Missali præscribitur Prędicatorum.

IV. Denique est, vt recens descripti velut catechisentur, breuissimè admoniti eorum, quæ nouisse inprimis interest: Nimirum de precum hebdomadario penso; de meritorum communione: de menstruis processionibus frequentandis, de curâ pro mortuis; de Exhomologesi, atq; Synaxi crebrius per festa vsurpandis: alijsque talibus, quæ in consilio sunt, & vsu piorum.

1. Ratio in genere isti⁹ solennitat. c. *Arist. l. 1. Metap. c. 2.* d. S. *Tho.* 2. 2. *q.* 102. *a.* 1. e. *Rom.* 13.

Si istarum causam ceremoniarum Inscriptionis, rationemque postules; tum eæ communem habent cum cæteris in Ecclesia similibus: tùm hanc generatim pro omnibus hîc obiter reddo. Cùm *Sapientis sit, ordinare,* vt Philosophus inquit, (c) sanè *ea, quæ ex diuina Sapientia procedunt, oportet esse ordinata*: vt rectè S. Thomas, (*d*) ex Apostolo. (*e.*) Atqui Fraternitatis Instituta ex Deo promanasse, cùm in tribus totis voluminibus nostris exemplorum, miraculorumque tum ex libro item nostro. 2. de ortu & progressu Fraternitatis manifestè videre est: Ordinatam igitur eam esse oportuit. Ad hanc autem ordinationem indicem originis à Deo descendentis, istiusmodi pertinent ceremoniæ; quæ admoneât, nihil hic profanum geri, aut inane: Sed ingressum ad Fraternitatem eundem esse simul ad cælestem

2. Ratio solennitatis istius. f. S. *Tho.* 1. 2. q. 102. *a.* 4.

lestem quandam gratiarum hæreditatem. De qua copiosè libro 3.

Deinde, inquit S. Thomas. (*f.*) *Exterior cultus ad hoc præcipuè ordinatur, vt homines Deum, vel diuina, in reuerentia habeant. Habet aūt hoc humanus affectus. vt ea, quæ communia sunt, & non distincta ab alijs, minus reuereatur: ea verò quæ habent aliquam excellentia discretionem ab alijs magis admiretur & reuereatur. Et inde etiam hominum consuetudo inoleuit, vt Reges & Principes, quos oportet in reuerentia haberi à subditis; & pretiosioribus vestibus ornentur, & etiam pulcriores habitationes possideant.* Inde actus oēs publici quà politici, quà Ecclesiastici, suam solēnitatem quique propriam habent, certosque processus, ac limites, *Quos vltrà, citràq; nequit consistere Rectum.* Sic & Fraternitatis Inscriptio.

Quod ad III. *de Materia Inscriptionis*; eam Christianos appello, qui possunt inscribi. Siue hi sint pij, siuè improbi, ac scelerati: adulti siue modo baptizati infantes: sani, an ægri: præsentes, an absentes: inscribi se scientes, an ignorantes: Voluntarij, an inuoluntarij: Viuētes, an vita defuncti. Hîc, describi sese ignorantium, item improborum, infantium, absentium, inuoluntariorū, ac defunctorum inscriptio aliquam prę se ferre difficultatem videtur: Quemadmodum fieri salubriter posit. Hanc *Inscriptionem Procuratam* appello. Excutienda est: Nec operosa.

Qui possint inscribi

Istud verò tenendum: Sicut Ecclesiæ, sic & Fraternitatis membra alia posse esse viua vt iusti; mortua alia, vt peccatores: qui tamē in spe viuunt vitâ spiritali: hoc est: potentiâ, non actu. Deinde ex viuis membris alia se habere tantum pasiuè in communicatione, alia actiuè simul & pasiuè.

Infantes, ignorantes, defuncti possunt inscribi.

Pasiuè se habent infantes, & defuncti, itemq; igno-

ignoranter inſcripti; ſi tamen in gratia Dei poſiti ſint, atq; diſpoſiti. Hi.n. tantùm accipiunt bona, non cooperantur ipſi. Nam Infantes, *actiuum Velle*; defuncti, *poſſe*; ignoranter inſcripti, *Scire* nõ habent. Sicut tamen in Eccleſia adulti pro Infantibus ſtant, dum baptizantur; viui pro defunctis orant & ſuffragantur, vt hi vel alleuentur, aut prorſus liberentur; & ſicut contrahentes politicè, vel Canonicè, ſub ſpe ratihabitionis ſpõdent pro alijs de contractu neſcientibus: ita & pro iſtis ij, qui ipſos inſcribi curant.

Quid pro ipſis præſtandum ab ijs, qui eorum dant nomina.

Quocirca & hi pro ipſis hebdomadarium exoluant penſum neceſſe eſt: Si quidem eos reddi participes ſtatarum velint precum, quas ad Roſarium hebdomadatim perſoluit Fraternitas: nã penſum iſtud eſt cõditio, ſeu medium, per quod ea Roſariorum Cõmunicatio fit ſecundùm pactum. De quo in c.1. egimus. Cùm .n. in hac ſit mutuum; ideò datur, vt accipiatur: & accipitur, quia datur. Quemadmodum Põtifices Eccleſiæ theſaurum inter fideles diſpenſant communicandũ ſub cõditione operis alicuius ſatisfactorij, ſeu pęnalis: quòd, vt mediũ *Quo*, pręrequirũt.

Nulla tamen pro ijs incumbit obligatio.

Nemo autem ſibi perſuadeat, eum, qui infantẽ, vel ignorantem, aut defunctum inſcribi curat, pro eodem ſeſe obligare; aut quicquã ſpondere: Nam qui ſuũ dat nomẽ, is pro ſe nihil ſpõdet, nec in re vlla ſe obligat: eòq; minus, qui alterius nomen profitetur. Quapropter hunc actũ vel contractum Inſcriptionis, nihil attingit iſtud Eccleſiaſtici: (g) *Si ſpoponderis, quaſi reſtituens cogita*. Nihil iſtud Sapientis (h) *Fili mi, ſi ſpopõderis pro amico tu,: defixiſti apud extraneum animam tuam: illaqueatus es verbis oris tui, & captus proprijs ſermonib. Fac ergo quod dico, fili mi, & temetipſum libera, quia incidiſti in manũ proximi tui*. Eſto nihilominus iſtud ipſis ad inſtar conſilij ſalutaris,

g *Ec.8.v.16.*
h *Pro.6.v.1.*

taris, quod libentes volentes amici gratia sequãtur. Sic suadeo. Saluo tamen isto Fraternitatis axiomate & Symbolo: LIBERVM, AC MVTVVM: est scilicet omne, quicquid in illa est.

Dices: Infantibus nemo potest quicquã mereri: ergò inscriptio nil eis prodest: quicquid eorũ nomine orâris, aut egeris. Nam op⁹ tuũ bonum quà est meritorium gratiæ amplioris; tibi soli prodesse potest. Nemo. n. alteri gratiam mereri valet. Quà verò est satisfactorium: sic infanti nil confert. Quia cùm innocens sit, satisfactione nulla indiget.

Quid conferat infantibus Inscriptio.

Respondeo, I. Si istud rectè concluderet, ergò & Ecclesia tũ malè doceret, orari vtiliter posse pro modò baptizatis: tum frustra oraret ipsa pro ijsdem. Atqui hoc dicere, est erroneũ: ergò illa falsa sit oportet collectio. 2. Deinde sicut Deus potest, & verò subinde solet demerita parentũ, id est, peccata punire in liberis eorũ, infantibus licet: sic potest, & solet è contrà parcere infantibus ob parentis ritè præstitas pro ijs satisfactiones. Atq; huc illis prodest inscriptio: hoc est: plurĩũ in Fraternitate satisfactionum communicatio. Negatur igitur dilemmatis mẽbrum posterius; & liquet insuper negationis ratio,

Inuoluntariorum aũt, & Peccatorum inscriptio procurata, plus habere difficultatis videtur. Pro quibus principiò sic argumentor. Quibuscunq; orãtis Ecclesię charitas & cõmunicatio prodesse potest: ijsdem potest & charitas & cõmunicatio Fraternitatis: sed quãtisuis etiam peccatoribus potest illa prodesse: ergo & hęc. Proinde fructuosa eorundẽ accidit inscriptio. Qũo? Non, inquã, positiuè fructuosa, propter obicẽ peccati: sed sicut Princeps quandoq; reum solis donat precib. supplicantis amicitia & Dei bonitas Saulos nõ rarò donat meritis intercedentiũ pro ijs Stephanorũ. Quare dum Saulos etiã inuolũtarios, hoc

est,

est,qui,si scirent,nollent inscribi; eos nihilominus inscribi procuras:dum oras pro ijsdem: tua illa superabundans charitas cùm per se est efficax ad DEVM ipsis propitiandum:tùm Fraternitatis quoq; meritis adiuta accedentibus, propitiandi robur efficacius acquirit. Quâ sanè viâ, mirum est dictu,quot,quàmq; admirabiles peccatorum,hæreticorum, aliorumque infidelium conuersiones sint factæ,quarum exempla videre est non pauca in nostro Exemplorum Rosario lib.1 passim,ac tertio.

Verùm, obtendet mihi quispiam, ac dicet: Præceptum est Domini: (i) *Nolite dare Sanctum canibus:neq; mittatis margaritas vestras ante porcos:ne fortè conculcent eas pedibus suis, & conuersi dirumpant vos.* ac iterum vox eiusdem est Domini:(k) *Sine prius saturari filios. Non est enim bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus.* Atqui orationes fidelium sunt margaritæ: communioq; precum ac meritorum est quid Sanctũ; ipsaq; panis est filiorum ac fratrum habitantium in vnum. Qui autem extra Fraternitatem Rosarij tam piam ac deuotam sunt peccatores, quiq; prorsus inuoluntarij sunt, vt ad istius precũ meritorumq; communionem adscribantur, ij sunt de quibus S. Ioannes:(l) *Foris,* inquit, *canes, & venefici,& impudici.& homicidæ, & idolis seruiẽtes,& omnis,qui amat & facit mendacium.*

i.mat.7.v.6
k.mar.7.v.27.
Obiectio.
Peccatores obstinati cõmunione sunt priuandi.
l.Apoc.22.v.15.

Ad hæc iam omninò iustissimè illa quoq; in Fraternitatem hanc cadet apostolicam reprehẽsio grauis, quæ in Corinthios quondam: quippe quæ notorios etiam peccatores non solum intra sese retineat, verùm etiam extra positos accersat. Audiat proinde Apostolum. (m) *Non est bona gloriatio nostra:*inquit, *Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrũpit?* Et infra. *Scripsi vobis ne commisceamini fornicarijs, aut auaris,* *aut*

Non ad cõmunionem accipiendi inuiti.
m.1.Cor.5.v.6.

aut rapacibus.&c.Nunc autem scripsi vobis, non commisceri, si is, qui Frater nominatur, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, ebriosus, aut rapax: cum huiusmodi nec cibum sumere: multò minus, inquam; spiritalia merita communicare. *Quid enim de ijs, qui foris sunt*; Ergo potius *tollatur de medio vestrum, qui hoc opus fecit*; quàm accipiatur in medium etiam inuitus.

Grauis hæc obiectio: At in speciem. Citius eam destruxero; quàm struxerim. *Dico autem 1.* esse de fide, quòd iustè ac debitè, licitè, bene & vtiliter faciant iusti seu fideles, orantes pro peccatoribus ac infidelibus. Id quod clarius est, apud ipsos quoq; hæreticos hodiernos; quàm vt doceri sit opus. Adeò & dictorum, & exemplorum plena omnis est Scriptura, quà Vetus, quà Noua. Idemq; totius Ecclesię vsus & manifestus, & plurimus clamat voce, re præstat: nihil obstantibus illis iam obiectis. Sicut autem Ecclesia illos suarum reddi precum participes posse credit: sic & Fraternitas. Responsio.

Dico 2. Illos, quorum nomina ipsis nescientib. aut nolentibus, Fraternitati sunt data, mente esse diuersimodè comparatos posse. Si vtrique se prorsus habeant negatiuè ad suam à peccatis conuersionem, aut ad sui in Fraternitatem inscriptionem; tum Fraternitatis oratio, seu meritorum communicatio nihil ijs cōferet positiuè; sed tantum sic, vti superius dictum. Id quod omninò permagnum est. Sin autem isti se etiam permissiuè aut passiuè animo ac voluntate habituri forent; iam hoc amplius conferet eis communicatio, quò magis sunt dispositi, animoq; proni dare locum spiritui sancto. Quòd si etiam voluntarij forent interpretatiuè, seu implicitè: hoc est, consentirent ad sui inscriptionem, si de ea quicquam ipsis constaret: iam plena manu par-

ticipant, & sunt fraternę Cõmunionis velut ex asse hæredes: modò nil positiuum in eis obstet, peccatum, inquam, mortale.

Pretium erit ista, quàm nostris dictis, factis potius sacrę Paginę contestari. In hac constat, Fidẽ, charitatemq; nõnullorum CHRISTO supplicum, ac petentium corporis sanitatẽ, est hãc impetrasse illis, quib. obtinebatur, nec petentibus, aliquando nec scientib. subinde nec credẽtibus: & insuper ad animę quoq; salutem ipsis aditum patefecisse: teste S. Cyrillo. (*n*) Sic (*o*) Cẽturio pro sanitate serui orauit, & quidem per alios suo nomine missos; ac impetrauit. (*p*) Orauit sic & impetrauit Princeps vnus (*q*) filiæ suę vitam. Sic (*r*) Chananęa supplex obtinuit filię suę liberationẽ à dęmonio: & (*s*) Regulus, quamuis imperfectæ esset vir fidei, filio est vitam consecutus. Consentit, consciscitque S. Chrysostomus, (*t*)

n. S. *Cyr. Catechesi.* 5.
o. *mat.* 8. *v.* 5
p. *Luc.* 7.
q. *Mat.* 9. *v.* 18.
r. *Mat.* 15. *v.* 22.
s. *Ioan.* 4.
t. S. *Chrys. homil.* 30.

Licet is restringat ac limitet. eatenus scilicet alios pro alijs exaudiri: si isti, pro quibus petitur vel desipiant, aut vi morbi impediãtur in animo vel corpore, quò minus ipsi petant. At hęc limitatio nõ est perpetua. Nam fides aliorũ orãtium etiam impetrauit ijs, quib. nihil huiusmodi inerat. Vt Cẽturionis puer, filia Chananeæ, Reguli filius mẽtis erant cõpotes: & nec credebant, nec petebant; quod quidẽ constet: pro ijs tamẽ petẽtes impetrarunt corporis ac animæ sanitatẽ. Filius. n. Reguli credidit cum tota domo post sanitatẽ receptã. Sic Stephan. (*u*) orabat pro Saule fidẽ Christianã nolente, imò persequente; & donatus est tamẽ precib. ipsius. *Nec. n. Ecclesia Paulum habuisset si Stephan. non orasset.* Nunquid & Christus orauit pro crucifigentib. ipsum, tã diris tũc infidelib.? (*x*) *Et exaudit? est pro reuerẽtia sua.* Sic Christus nõ paralitici; (*y*) sed *respexit fidem illorũ* portantium eũ, inquit Ambros. (*z*) Chrysost. (*a*) Victor Antioch. (*b*) Quin Cyrillus etiam

u. *Act.* 7.
x. *He.* 5. *v.* 7.
y. *Mat.* 9. *Luc.* 5.
z. S. *Amb. in* 5. *Luca.*
a. S. *Chr. ho,* 3. *in Mat.*
b *Vict. Mat.* 2. c. *Cyr. Catech.* 5.

H iero-

Hierosolymitanus negat paralyticum tūc fuisse fidelē.(c) Quod tamen improbabile mihi. Nisi intelligat de fide practica, seu fiducia sola: non de dogmatica. Quanquā illa hāc prǽsupponat.

Esto, sint quidam neoterici, qui opinētur solam corporis sanitatē paralytico impetratam fuisse, nō animę. *Contrariū tamen verba Euangelistæ demonstrant.* Vt Francisc. Toletus docet.(d) *Inquit .n. vt vidit fidem illorum, quasi diceret: propter illorum fidem dixit, Cōfide, quò corporis sanitatē indicauit: & remittuntur peccata tibi: quòd salutem animæ significat. Quæ sentētia est Ambr. & Chrysostomi hom. 30 in Mat.* Et tamen illud in his scitu, credituq; necessariū: quod corporis donum possit infideli, ac nolenti nihilq; cooperanti ab alijs impetrari: gratia autem animę nō nisi cooperanti tandem atq; dispositio. Impetrat ergo fides & charitas aliena, vt Deus aliū disponat excitetque ad fidem, pęnitentiam, & charitatem. d. *Tolet. in Luc. 5. annotat. 38.*

Hinc patet responsio ad obiecta superius; illa nimirū Chananęæ: *Et catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorū suorum.* Nec sanctum, aut margaritę cōculcantur à canib. qui disponūtur, cooperanturq; tandē occurrente sua volūtate, & cōuertuntur. Atq; tum incipiunt esse viua mēbra Fraternitatis. Neq; in illos vertenda ista reprehēsio, sed laus illa Apostolica: (e) *Hæc quidē fuistis; sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine Domini N. I. C. & in spiritu Dei nostri.* Benè igitur & salubriter fit inscriptio etiā inuolūtariorū, aut peccatorū: sicut & à Christo similium fiebat & vocatio ad sese, & susceptio. Atq; hæc omninò bona est gloriatio nostra. Responsio ad obiecta. e. *1. Cor. 6. v. 11.*

CAPVT IIII.

Causæ seu Congruentiæ suasibiles, & probabiles Inscriptionis obseruandæ.

De hisce P. *Alan. de Rupe in Apologetico c. 17. Clemens Lossau ser. 6. de Rosario. Bernardus*

Luxenburgius ser.24.de Rosario. Cornelius Senekus ser.13.editionis Rostochianæ: & Parisiensis ser. 15.de Rosario. Singuli Doctores simul & Professores sanctissimæ Theologiæ, Inquisitores prauitatis hæreticæ præter primum, itemq; Prædicatores Generales, nominatim Rosarij atque Fraternitatis eiusdem: ac primus quidẽ ex vtraque, diuina, & Superiorum commissione: tres reliqui ex Magistri Generalis iussu. Isti multa habent eadem, diuersa quædam. Ego compilatos hic reddam.

Ac primùm Alanus rationem Inscriptionis reddere iussus, Episcopo Tornacensi Errico, ita scribit ad eundem.

Cultor Dei & sponsæ ipsius, hoc est, Ecclesiæ, Colendissime.

Causa theologica. I. Exemplum libri vitæ. a. *Psal.138. v.16.* b. *Psal. 68. v.29.*

[Congruit nunc inquirere: An sit CONVENIENS nomina Confratrum Societatis Psalterij MARIÆ Virg. inscribi? Et videtur quod sic, propter multiplices rationes: quarũ V. sunt Theologicæ; V. Politicæ: Vltimæ erunt tropologicæ, siue morales. THEOLOGICÆ. I. Scribuntur propter descriptionem in Libro Vitę, ex quo delentur filij reprobationis. Iuxta illud: (*a*:) In libro tuo omnes scribentur. De inimicis aũt Virg. Mariæ, & Christi filij eius dicitur: (*b*:) Deleantur de libro viuentium, & cũ iustis non scribãtur.] Addit P. Cornelius: [Inscriptio hęc rectè significat inscriptionem æternalem, quæ est per prædestinationem Electorum, quę dicitur Liber vitæ: à quo petimus non deleri, meritis & intercessione sanctissimæ Virg. Marię. In cuius signũ, nato Saluatore, exijt edictum, vt describeretur vniuersus orbis.] (*c*:) Vbi S. Gregor. (*d*:) *Quid est, quod nascente, inquit, Domino vniuersus orbis discribitur? Nisi, quia hic apertè monstratur; quia ille veniebat in carne, qui Electos suos ascriberet in æternitate?*

c. *Luc.2.v.1* d. *S. Greg. hom.8. in Euang.*

Subsu-

Subsumit hic Luxenburgius: *Electio aût debet fieri in Scriptis. Distinct. 63. can. 4. Scribuntur igitur Fratres, vt Virgine cooperante mereantur scribi in libro vitæ. Qui. n. scripti fuerunt, Apoc. 7. præseruati erant à plagis. Gaudete, (e:) & exultate, quia nomina vestra scripta sunt in cælo. Nam (f) saluabitur omnis, qui inuentus fuerit scriptus in libro.* Vnde Sardiorum Ecclesię S. Ioan: (g) *Scribe: &c. Habes pauca nomina in Sardis; qui non inquinauerunt vestimenta sua: & ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt. Qui vicerit, sic vestietur vestimentis albis; & non delebo nomen eius de libro vitæ: & confitebor nomen eius coram Patre meo, & coram Angelis eius.* E contrà in vitam (h) *non intrabit aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens & mendacium; nisi qui scripti sunt in libro vitæ agni.* Id vidit idem (i:) *Vidi,* inquit, *thronum magnum candidum. &c. mortuos magnos & pusillos stantes in conspectu throni: & libri aperti sunt & alius liber apertus est, qui est vitæ. &c. Et qui non inuentus est in libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis.* Bestiam enim (k) *adorauerunt, quorum non sunt scriptæ nomina in libro vitæ Agni.*

e. Luc. 10. v. 20. f. Dan. 12. v. 2.

g. Apo. 3. v. 5

h. Apo. 21. v. 2.

i. Apo. 20. v. 11.

k. Apo. 13. v. 8. & c. 17. v. 8.

II. *Describuntur,* inquit Alanus, *in signum peregrinationis, & saluabilis deuotionis. Quēadmodū descripti sunt filij Israël intrantes Ægyptum; (l:) & de Ægypto (m) egredientes in desertum.* Addit Clemens. *Ægyptus autem solitudinem significat, hoc est, hunc mundum, in quo peregrinamur. Non enim habemus hic manentem Ciuitatem (n) Et (o) quàm diu sumus in hoc saculo, peregrinamur à Domino.* Assumit Cornelius: *Et hoc considerantes, meritò debemus affectare, vt ad Fraternitatē huius Virg. inscribamur, vt eius intercessione salubriter ab hoc exilio egrediamur. Ideo ad eam clamamus gementes & flentes in hac lacrymarum valle.*

2. est ad signum peregrinationis nostræ.

l. Exo. 1. v. 1. m. Num. 1. v. 44. n. Heb. 13. v. 14. o. 2. Cor. 5. v. 6.

III. *Scribuntur,* ait Alanus, *propter singularem*

D.N.IESV CHRISTI,& Virg. MARIÆ cultiuram in Rosario,per Communionem omnium in vita,in morte,& post mortem. Quemadmodũ Leuitæ(p) à Moyse sunt numerati,& descripti. De ea Cõmunione nos alibi multa:hîc aũt Cornelius ista. *Valet etiã inscriptio pro tanto:quia,vt S.Thomas dicit;(q)Indulgentiæ tantum valet, quantum sonant.Nunc autem multæ sunt datæ Fraternitati Rosarij,& Fratribus eius atq; Sororib.non absolutè sed Inscriptis.Tales ergo nullus potest promereri,nisi inscriptus.*Idem Clemens Lossau.

3. Ad peculiarem cultumChristi & Mariæ.

p. *Num.3.v. 40.*

q. *S.Th.dist. 4. sentent.*

Inscriptio est necessaria per accidens. Per se autem vtilis tantùm.

Manet nihilominus,quod docui superius, & P.Cornelius eodem in sermone.13.aliàs 15.docet istis.*Sciendum est,quòd licet hæc Inscriptio non sit simpliciter necessaria,est tamen vtilis & congrua: vt,qui tanquam Beatissimæ Virg.Mariæ deuoti famuli,& contra mundũ,carnem & diabolũ fortissimi milites,more mundanorum militum ad hanc spiritalem militiam se inscribi faciant.*

IV.Scribuntur ,ait Alanus,*in signum euitationis diuinæ punitionis.Sicut,qui erant serui Dei,sunt signati signo Thau:(r)Et qui non erant signati,diuina vltione sunt interfecti.* Nã Dominus *Misit in Ierusalem Angelũ suum cum veste linea, & atramentario scriptoris ad renes suos,vt scriberet in frõtibus electorum signum T.Sic,* inquit Cornelius, *qui fuerint inter Fratres inscripti,portantes signum Fraternitatis Rosarium,non occidentur: Si tamen ea,quæ Fraternitatis sunt,deuotè adimpleuerint.*

4. Ad superiorem saluationem.

r. *Ez.9.v.4*

*V,Scribuntur,*inquit Alanus, *in signum diuinæ electionis,dilectionis,& cõseruationis.Sicut S.Ioan.(s)scribit de omni tribu filiorũ Israël centũ quadraginta quatuor millia seruorũ Dei. Et hi fuerũt præseruati à plagis quatuor Angelorum.Seruitores aũt Virg.Mariæ in Psalterio,nõ minores sunt Iudæis,nec Maria minor Moyse,nec Salutatio ang.minor Moysis scriptura.*Eadẽ & Lossau. Pergit porrò Alan. & istisquinqueTheologicis Congruentijs,quinque alterius notæ subiungit alias.

5. Ad certiorem faciendam vocationem.

s. *Ap.7.v.3.*

Ciuiles causæ quinq;.

[Sunt aũt,]inquit,[aliç quinq; rationes politi-

cæ. I. Quoniam in Ciuili ordinatione scribũtur aliqui, propter factorum excellentiã & gloriam. De hac inferius. II. Propter Confraternitatẽ angelicam. Vnde scribuntur Fratres alicuius religiõis, vel cõditionis. Vt in Cõfratrijs S. Antonij, Barbaræ, S. Trinitatis. &c. diligẽter nomina scribuntur; vbi multæ pecuniȩ hauriũtur: & hoc per Pontifices approbatur literis: hîc aut nullȩ dãtur pecuniȩ: Nec exactio est; sed pura deuotio. Et S. Maria non est minus digna, S. Antonio, aut alijs Sanctis. III. Propter officiorum distinctonem & dignitatẽ. Sicut Officiales Põtificis, Regis, Communitatum scribuntur. Nunc aũt varij sunt in hac cõmunitate, Religiosi, Sȩculares, Põtifices, Plebani, Doctores, sicq; de omni statu. Nec officium seruiendi Mariȩ est minus quàm officium dignitatis humanȩ. IV. Propter reddituum, aut eleemosynarũ, siue donorum magnitudinem & memoriã inscribuntur. Vt moris est in Collegijs, Curijs. &c. Redditus aũt Ecclesiæ sunt merita, secundùm S. Hieronymũ: & summa eleemosyna est, alijs sua cõmunicare merita, iuxta Ber. dictũ. V. Scribuntur propter potestatẽ debellãdi inimicos. Vnde, secũdùm Varronẽ, tyrones scribebantur in libro militiȩ. At Fratres sunt milites Mariæ contra diabolum, mundum, carnem.

Cùm igitur nulli murmurẽt de his inscriptionibus politicis, sed magis laudent: sequitur, quód amplius sit laudãda descriptio famulorũ B. Virg. Nisi dicatur quòd politia, & seruitiũ sæculi prȩstet suprà Dei Genitricẽ Mariã & seruitium Dei. Quod alienum à fide est. Mundani tamen de his parum curabunt, qui præponunt terrena cælestibus. &c.] Hæc Alanus. Pergit ibidem.

[Sunt verò aliæ rationes morales, propter virtutum perfectionem. Prima est ex Fide. Scribuntur enim & omnes, propter Fide Ecclesiæ augmentationem. Quo viso, au

getur Fidelium deuotio, & fidem in seruitio B. Virg. II. est ex Spe, salutis nimirum perficiendæ. Multi.n.qui propter peccata desperarent, cùm sciant per librum se habere Confratres tot in meritis, in vita, morte, & post mortem, maximã accipient de salute confidentiam, scientes, quod secundùm Gregorium, impossibile est preces multorum non exaudiri. Si verò non scriberentur, quamuis essent tot Fratres in facto, sicut in scripto: tamen hoc communiter non crederetur; sed propter dubium Confratria relinqueretur: vt à multis annis probaui. III. ratio est ab exemplo. Inscripti.n. præbent indeuotis & peccatoribus exemplum seruiendi Deo, Christo, & Virgini Matri. IV. est ex humilitate, nam inscriptus notoriè se humiliat ad seruitium Dei & Deiparæ. V. est ex Iustitia, quæ reddit cuiq; quod suum est, Inscripti autem protestantur eo ipso iustum esse seruire Reginæ cæli. VI. est ex Religione Christiana, quæ præbet Deo cultum interiorem, & exteriorem. Vnde inscripti notoriè, se profitentur ad cultum publicum Dei, & deuotionem Ecclesiæ. VII. est ex Obedientia. Inscripti enim in valore fatentur, se velle obedire Statutis Ecclesiæ. VIII. est ex prudentia, quia posteri, qui inscribuntur, videntes eos fratres suos esse, in æternum habent eos iuuare in vita, morte, & post mortem, IX. est ex Charitate. Certum enim est, quòd tales se plus debent amare: quòd cõmunicant in maximis, quę ab homine possunt dari, donis meritorum. Charitas autem ferri non potest, nisi in cognitum: Si quis daret centum millia florenorum, scriberetur inter amicos: ergo plus hi scribendi sunt, qui meritorum dona communicant, quia hæc in immensum excedunt. Decima est ex Misericordia. Certum est quod magis obligantur talibus fratribus in miseria constitutis subuenire, quàm alienis.

alienis. XI. eſt ex Pace. Quia in vno libro & Fraternitate ſe ſcriptos videntes cauſam maximam habent deponendi diſcordiam. Vndej S. Dominicus hoc modo paces fecit innumeras in ſæculo,& in Eccleſia. XII. eſt ex meritis. Quia inſcripti habebunt meritum nedum perſonale; ſed etiam vniuerſale exemplaritatis; cùm toti mundo palam dent exemplum ſeruiendi Christo &Mariæ. Ideò in Parochijs proprijs deberent Confratres habere librum Confratrum, & inſcribi per Plebanum;& ſemel in anno ob iſtam rationem recitari (Cum licentia ordinis.)

Dudum autem hoc fiebat in feſto aliquo Virginis Mariæ, ſignanter Annunciationis, quod eſt feſtum poſtiſsimum Pſalterij. Alij autem in Hiſpanijs & Italijs ſolebant facere in feſto S. Dominici; quia hanc Confratriam renouauit, vt dictum eſt. Et quàm diu durauit hæc Confratria, Eccleſia & mundus cunctis bonis abundauit, vt narrat Thomas de Templo.] Fuit hic comes prædicationis & peregrinationis S. Dominici aſsiduus, multoſque ſermones eiuſdem conſcripſit, vt alias docui.

Hiſce Alani probabilitatibus nonnullas addam Cornelianas: ſic igitur Senekis.[Inſcriptio eſt in omni lege ſolidè fundata. I. *In lege æterna*: in qua Deus Angelos & prædeſtinatos, ad ſe perpetuò collaudandum, in libro vitę inſcripſiſſe dicitur in Apocalypſi: (*t*) Non delebo nomina eorum de libro vitæ. II. *In lege diuina veteri.* In qua nomina filiorum Iſraël in veſte Aaron inſcripta erant: (*u*) Item inuenit Nehemias: (*x*) librum in quo ſcripta erant nomina tranſmigrātium &redeuntium ad ciuitatem ſuam. Item In Daniele (*y*) dicitur, quod ſaluabitur populus omnis. qui inuentus fuerit ſcriptus in libro. Item (*z*) quidam quæſierunt ſcripturam ſuæ gene-

Inſcriptio in omni lege exemplum habet.

t. *Apoc. 3. & 21.*

u. *Exo. 28.*

x. *Nehem. 7*

y. *Dan. 12.*

z. *Nehem. 7.*

genealogiæ, & non inuenerunt; ideò eiecti sunt de sacerdotio. Similiter *in lege Noua*: Dictum est Apostolis: (*a*) Nomina vestra scripta sunt sunt in cælo. Et (*b*) murus ciuitatis habens fundamenta XII, & in ipsis XII. nomina Apostolorum & Agni.

III. *In lege humana & primo Canonica*. Quia nomina Pontificum & Episcoporum scribi solent in suis Ecclesijs. Et secundum iura Canonica inscriptio fieri debet in multis: Vt in hæresis abiuratione: (*c*) in legatione: (*d*) in electione: (*e*) in extraneorum Clericorum susceptione, (*f*) in baptizandorum susceptione, (*g*) in regularis voti professione. (*h*) in expositorum puerorum collectione, (*i*) in seruorum ordinatione, (*k*) in reconciliatione, (*l*) in seruorum ab Episcopo manu missione, (*m*) actibusque alijs compluribus.

Similiter in lege Ciuili scriptiones admittuntur & requiruntur. Etiam apud Gentiles aliqui inscribi solebant. I. propter reuerentiam. Vt Senatores Patres Conscripti. Adde Consules, qui in Fastus Consulares referebantur; Ciues in Album ciuitatis; tribuum contribules in libris tribulibus recensebantur a Censoribus: Equites in Equestris Ordinis codicem inferebantur: Candidatorum nomenclaturis & nomenclatoribus nihil erat frequentius. II. Milites inscribebantur ad militiam, III. propter amicitiam: sicut Rex Alexander scripsit Ionatham inter primos amicos: (*n*) IV. propter beneficentiam. Vt (*o*) dum Rex Assuerus fecit sibi afferri historias & Annales priorum temporum, in quibus inuenit, quod Mardochæus beneficium sibi præstiterat: & nondum remuneratum amplissimè honorauit.

a. *Lucæ. 5.*
b. *Apoc. 21.*
c. *de Consec. dist. 2. Ego Berengarius. 2. q. 1. legum.*
d. *97. dist. Nobilissimus.*
e. *Dist. 63. quanto. 2. q. 1. Legum.*
f. *Dist. 98. Nullus. Et ca. Trāsmarino. 5.*
g. *2. q. 1, Legum. de Cōsec. disti. 4. Baptizandi nomen.*
h. *27. q. 1. omnes fæminæ. & 20. q. 1. vidua.*
i. *Dist. 87. si expositus.*
k. *Dist. 54. Nulli.*
l. *2. q. 1. Legum.*
m. *12. q. 2. Epis. qui.*
n. *1. Mach. 10.*
o. *Hest. 6.*

Manet

Manet igitur inprimis esse rationabilem, & vndequaque probandam Nominum in Fraternitatis Album inscriptionem. Quam quidem tantis expetitam semper votis piorum fuisse accepimus, vt nullum esse Ordinis nostri Conuentum opiner, qui non plura Magnatum, Eximiorum, Reuerendorum, Spectabilium cæterorumque honoratorum nomina recensere inscripta in cuiusque loci Fraternitate queat; plura, dico, quam vniuersa pseudoecclesia in Lutheranæ suæ Concordiæ codicem, vix multis annis, multisque prensationibus, potuerit corrogare sartorum, sutorum, didascalorum, & Verbicreporum monstrosa vocabula.

Comparatio dispar inscriptorum in Fraternitate, & in librum Cōcordiæ.

Ac hi sunt, qui (q) *adorauerunt bestiam, dicentes: Quis similis bestiæ? & quis poterit pugnare cum ea?* Vide an Lutherus, eiusque secta sit isti multum absimilis bestiæ. *Datum est ei os loquens magna, & blasphemias, &c. & adorauerunt eam omnes qui inhabitant terrā, quorum non sunt scripta nomina in Libro vitæ Agni.* Ac iterū de Bestia cū muliere quæ (r) *fuit & non est, & ascensura est de abysso, & in interitum ibit. & mirabuntur inhabitantes terram, quorum non sunt scripta nomina, in libro vitæ à constitutione mundi, videntes bestiam quæ erat, & non est.* Sed mittamus dedita Diris capita & Orco debita.

q. *Apoc. 13 v. 4.*

r. *Apoc. 17. v. 8.*

Da Iesu, Dei, Deiparæq; fili, Date ambo mihi, date cuique in Fraternitatem hanc vestram inscripto, vestram hinc ad superna euocantium andire vocem: *Veni benedicte*: Et reddere istam: (s) *Ecce venio. In capite Libri scriptum est de me; vt facere voluntatē tuā Deus meus volui; & legē tuā in medio cordis mei. Annūciaui iustitiā tuā in Eccl. magna. Anūciaui & locutus sū: multiplicati sūt super numerū* in Fraternitate Rosa. Cōfratres. Et (t) *quia semel cæpi, loquar ad Dominū meū, cum sim*

s. *Psal. 39. v. 8.*

t. *Gen. 18. v. 27.*

sim puluis & cinis; quoniam(*u*) *vnam petij à Domino, hanc requiram*: nimirum vt (*x*) *in libro tuo omnes scribantur*: *& super arenam multiplicentur. Amen.*



CAPVT IV.

De nonnullis fructibus Inscriptionis, itemque Fraternitatis, atque Rosarij.

Solenne meum teneo: reddo, quæ de his apud Alanum reperio; sed vno potissimum alteroue in loco. Nam quæ passim alijs; ea nos alubi. Sic is igitur in Apologetico suo, (*a*) ad Erricum Episcopum Tornacensem.

a. *Ala. Apolog. cap. 18.*

Oculatissime Ouium Christi Prouisor.

[Superest, vt attendant vniuersi, quanta bona ex Inscriptione hac Ecclesiæ proueniant, & mundo beneficia. Certè aliqua poterimus enarrare; nequaquã tamen omnia explanare. Namque ex Oraculis duobus constat Psalterium hoc vtrumque: & beneficia. X. summuntur ex Oratione Dominica: XV. ex Salutatione Angelica. Et quidem meritò. Quoniam hæc Oracula sunt merita, labor & merita talium sic psallentium: Congruum ergo est, vt secundum modum ipsorum sit modus mercedum & præmiorum.

PRIMVM BONVM ergo huius Communitatis sic inscriptæ est, de filijs diaboli facere filios Dei: Et tangitur ibi: Pater noster. Qui enim proprijs demeritis erant reprobi, consortio aliorum efficiuntur Dei filij. Secundum est,

Imitari

Imitari societatem cælestem, quæ est per gratiam: cum dicitur: Qui es in cælis: hoc est; in beatis per gratiam, & gloriam. Tertium est, Sanctificatio nominis Domini in Ecclesia: cum dicitur: Sanctificetur nomen tuum. Hoc enim modo nomen IESV CHRISTI; & Virginis MARIÆ, in corda & ore talium sanctificatur centies & quinquagies. (Nota pensum orationis quotidianum olim in Fraternitate vsitatum.) Et per hoc sancti efficiuntur. Quartum est, Regni Dei mirabilis aduentus, tam sæcularis, quam Ecclesiæ, aut gloriæ; cum dicitur: Adueniat regnum tuum; supple, secundum tua illa regna: vt exponit Haymo. Et sic qui antea erant serui, sunt Reges in regno Dei. Quintũ est diuinæ voluntatis impletio, quoad mandata, cum dicitur: Fiat voluntas tua sicut in cælo, & in terra. Sextum est, habere sufficientiam temporalium bonorum: cum dicitur: Panem nostrum, &c. Vbi, secundum Hieronymum, petuntur necessaria vitę nedum corporalia, sed & spiritualia, vt sunt sacramenta Eccesiæ. Inde comperimus tali modo plurimos, qui de Missis non molestebãtur, deuote postmodum & assiduè illas audire. Vt enim orarent Psalterium suum festinabant. Septimum est, habere dimissionem peccatorum mortalium & venialium: cum dicitur: Dimitte nobis debita nostra. Vt Augustinus exponit. Vnde vidimus innumeros peccatores tali antidoto ad virtutes conuersos. Octauum est, Charitas fraterna, pax, & impletio legis cum dicitur: sicut & nos dimit. &c. Hoc enim, secundum Augustinum, est misericordiæ & pacis. Nonum est, liberari à tentationibus dæmonis, mundi carnis: cum dicitur: Et ne nos inducas, &c. sic exponit S. Ambrosius. Et hoc experti sumus in multis, qui post ingressum in Fraternitatem tanquã Samso-

nes erant, auxilio muniti Virginis. Decimum est, liberari à malis culpæ & pœnæ: cùm dicitur, Sed libera nos à malo. Vt Thomas cum S. Augustino exponit. Inde vidimus plurimos tribulatos, infirmatosque; qui per hanc Fraternitatem Psalterij sunt liberati. Vidi mulierem cæcam illuminatam: Dæmoniacam liberari.

Sed quæris: Quomodo hæc X. bona ex dictis consequuntur in Oratione Dominica? Nescis, ô homo, quia Veritas mandauit; Quærite & inuenietis, pulsate, & aperietur vobis. Petite, & accipietis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit, & pulsanti aperietur. Lucæ. 11. Et alibi: Quicquid orantes petitis, credite, quia accipietis? Cùm igitur ista petantur ex vi verborum Orationis Dominicæ, patet certè horum bonorum manifestatio & tuæ ignorantiæ euacuatio.] Atque ista Alanus de XV. bonis inscriptionis, ex oratione Dominica in Confratres emanantibus. Num & aliqua ex Salutatione Angelica? De ijs idem sic porrò.

[Consequenter, ô Domine venerande, fideles populi XV. bona obtinebunt per Confratriam & inscriptionem, ex beatissima Salutatione Angelica: secundum XV. principalia verba, in ipsa contenta. I. habebunt liberationem à VÆ maledictionis Euæ, quia Aue. Augustinus. II. Habebunt mentis illuminationem; idq; per Inspirationem, & scientiam, & gratiam. Quia Maria: id est illuminatrix. Hieronymus. III. Habebunt gratiam Dei singularem: quia Gratia. IV. Habebunt euacuationem ac vacuitate Dei bonorum, per plenitudinem Spiritus sancti donorum: quia Plena. V. Obtinebunt dominium libertatis. quia Dominus. VI. Habebunt societatem Dei etiam in isto mundo. quia Tecum. VII. Obtinebunt benedictionem Angelicam. quia

quia Benedicta. VIII. Poſsidebunt ſingulare priuilegium in iſto mundo, & in futuro. quia Tu; quæ eſt vox excellentiæ ſingularis Mariæ demonſtratæ inter omnes mulieres. IX. Obtinebunt miſericordiam in præſenti, & in futuro. quia in mulieribus. Mulieres enim natura ſunt miſericordes Auguſtinus. X. Habebunt Chriſti benedictionem ſingularem. quia Et benedictus. XI. Obtinebunt fructum Naturæ; & Gratiæ, & Gloriæ. quia Fructus. Chriſtus enim eſt Rex fructuum omnium, Baſilius. XII. Obtinebunt corporis ſui perfectionem & in natura, & in moribus, & in fortuna, prout eis expediens fuerit. quia Ventris. XIII. Familiaritatem habebunt in aliquo dono deuotionis ad Virginem Mariam. quia Tui. Et tales viuunt iam multi. XIV. Habebunt ſaluationem hic per gratiam, & in futuro per gloriam. quia Ieſus. Ipſe enim Saluum fecit populum ſuum à peccatis eorum. XV. Hi Sacramenta Eccleſiæ deuotè venerabuntur, & cum talibus decedent. quia Chriſtus. qui eſt vnctus propter ſacramentorum collationem. Bernardus.

Quia igitur tales in Pſalterio Mariæ; laudatores ijdem ſunt. 1. Sanctificationis, 2. Illuminationis, 3. Gratiæ, 4. Plenitudinis, 5. Dominationis, 6. diuinæ aſſociationis cum Deo, 7. Benedictionis, 8. Excellentiæ, 9. Miſericordiæ Virginis Mariæ. Et quia ſunt 10. ſeruitores benedicentes Mariæ Filium. 11. Fructum omnium fructuum, 12. puriſsimum Virginitatis templum, 13. eiuſque ſecretorum inſpirationem. 14. & ſalutare Dei Ieſum 15. deniq; Sacramenta eiuſdem & gratiarum vnctiones: Quia, inquam, Fratres Mariæ ſunt tales; indubiè quindecim bonæ, aut æquivalentia obtinebunt.

Sed ſtultitia imperitorũ impatiẽter talia audiẽ-

Christo per præsentes in hoc libro trado. Nedum tibi soli, sed omnibus Ecclesiæ Prælatis, & Plebanis. Nec putes me hoc facere in Ecclesiæ aliqua iuridica potestate: sed hoc facio tãtũ ex charitatis fraternæ, & deuotionis pietate, ac Confratrum meorum Psalterij beneplacito. Si igitur facere non vultis; non turbemini, si nos faciamus pro animarum salute. Audiui à multis Plebanis, quòd postquam receperunt Parorchiani hanc Confratriam, inde fiebant restitutiones, testamenta soluebantur, dona & missa tot, & toties à multis conferebantur, vt non valerent populo satisfacere.

Extat etiam alter grauis impugnator; sed limeo, quod sibi grauior aduersator inquiens. Si nomina inscribi debeãt fratrum, inde fiet diuisio in populo. Sed timeo, quod tu sic dicendo magnam facies seditionem & Schisma, homines diuidendo à charitate, & prohibendo ab inscriptione licita iure diuino, politico, & morali. Sed dico: Vnio charitatis diuinæ non potest facere diuisionem. Qui ergo sic colligit, non dispergit. Quia qui est cum Christo, non diuidit ab illo. Quòd autem sit vnio cum Deo & proximo per hanc Confratriam, patet alibi superius. Scriptio est autem ad magis solidandum animos Confratrum in seruitio Virginis Mariæ, quàm ad obligandum ad aliquod votum. Nec Permittet Maria Inscriptos ad profana trahi, vel mala contra bonum commune; cùm sit boni communis aduocata, secundum Bernardum.] Hactenus noster Alanus à Rupe. Atque ista sunt, quę de Inscriptionis instituto, eiusque ratione ac vtilitate reperi huc colligenda. Quia verò alias in nostro libro 2. & 3. de Ortu & progressu Fraternitatis Rosarij, nonnulla eiusdem Instituti capita, itemque in lib 3. Exemplorum subinde vel carpsi, vel ple-

na manu pertractaui; idcircò, istis hoc loci omissis, alia persequi cum Deo instituam: nec omnia, sed præcipua duntaxat.

CAPVT V.

De menstruis; cæterisq; Fraternitatis Rosarij Processionibus.

DE Fraternitatis nostræ Processionibus hoc in capite tria. 1. *Quid Gratiæ,* 2. *Quid Iuris,* 3. *Quid Consuetudinis habeant.* I. GRATIAM hîc appello, quas summi Pontifices procedentibus in Supplicationes Rosarij Fidelibus Indulgentias sunt impertiti. Hasce antiquiores Pontifices concesserunt parcius; vt annorum quinque; alius septem: alterum tantum alius; aliusque alias. Posteriores verò liberalissimè sunt eas elargiti: sed non cum ijsdem omnes conditionibus annexis. Res omninò grauis luculenter fidâ & accuratâ dispectione indiget.

Jndulgentiæ Processionum quæ, & quibus cũ cõditionibus.

I. Paulus V, in Breui: *Piorum hominum; &c. anno M. DC. VIII. dato XV Aprilis:* I. Sotis Confratrib⁹ & Consororib⁹ Fraternitatis, (intellige seu inscripti sint, siue non: modò petierint:) 2. Verè pœnitentibus, confessis, & communicatis, (intellige, vbicunque locorum eodem die:) 3, Prima Dominica mensis, præsentibus supplicationi in Oratio Fraternitatis; 4. Orantibus pro bono publico Ecclesiæ, dat plenariam omnium peccatorum Indulgentiam, & Remissionem. Ipsum Breue Apostolicum alubi reddidi.

II. Gregorius XIII. in Breui: *vniuersis & singulis, &c. anno* M. D LXXVII, *die* XXIV. *Octob.* Confitendi, Communicandique conditionem non exigit, nec exprimit.

III. Pius

III. Pius IV in Bulla: *Dum praclara, &c. Motu proprio pridie Kalend. Martias anno 2. Pontificatus:* plenariam omnium peccatorum Indulgentiam, & Remissionem impendit. 1. omnibus Christi fidelibus; non solis Existentibus in Fraternitate: 2. Verè confessis, vel firmum animum temporibus statutis confitendi habentibus: (Communionis non meminit:) 3. Quin Capella Rosarij; 4. Se ad processionem associauerint: Vel Ecclesiam Fraternitatis visitarint deuotè: 5, Idque tantum in septem festis B. Virginis: Annunc. Visit. Assumt. Nat. Præs. & Conceptionis.

IV. Pius Quintus hæc omnia confirmauit in Bulla: *Inter desiderabilia &c. anno* 1569, *die* 29. *Iunij*. Sed Indulgentias extendit etiam ad quascunque Processiones Fraternitatis; itemque ad absentes ab eisdem, ob casum summæ necessitatis, aut Infirmitatis grandis, aut detentionis carcerum: præstando tamen eadem, quæ præsentes tenerentur præstare. Eadem rursus confirmat eodem anno, die 17 Septembris. Similiter & Sixtus V. in Bulla (*Dum ineffabilia &c. anno* M. D, LXXX. VI. *die* XXXI. *Ian.* Hanc equidē Bullam ipse nondum vidi: sic tamen in Brixiana patente, à grauissimis examinatâ, & approbata Iudicibus, reperio

Qui insuper orarit Rosarium pro defunctis; liberabit animam è Purgatorio. Paulus III.

Quæritur: An Paulus V. isto suo postremo Breui: *piorum hominum*, de menstruis Processionibus, per suas Indulgentiæ consequendæ conditiones expressas, vti supra; sit censendus Antecessorum Pontificum Bullas & conditiones antiquasse; aut eis quicquam derogasse; ita vt ipsius solius nunc sit dispositione standum?

Dubium de Paulina, an deroget prædecessoribus?

Solutio.

Respondeo, quod Non. I quia nusquam id expressit; nec innuit, vnde vel id intendisse præsumi queat. II. Noui Juris dispositio posterior alia; sed non directè contraria antiquo Juri, nunquam à Canonistis censetur priori tacitè derogare III. Idem Paulus V. anno, quo dictum Breue de Processionum Indulgentijs dedit; eodem & Bullam edidit, mensibus abinde non amplius sex; qua vniuersim confirmat omnia ac singula, quæcunq; vnquam vlli Pontifices noscuntur in Fraternitatem Rosarij contulisse beneficia, Indulgentias, priuilegia, Indulta, & Gratias. Eam Bullam recitauimus, in libro tertio, de Ortu & Progressu Fraternitatis capite 8.

Summa conditionum de Indulgentijs indipiscendis.

Quare summa conditionum est illa: *Quicunq; cuicunq; processioni Fraternitatis Rosarij interfuerit facto, vel voto, si ob dictos casus aliter nequiuerit; & verè pœnitens confessus fuerit in facto item aut voto: ac simul orarit pro bono publico Ecclesiæ, is plenariam Indulgentiam poterit indipisci.*

Quid, & quantum orandum ad promerendas Indulg.

Quæris: Quantum sit cuique quod oret, vel præscriptum, vel consultum? *Respondeo.* Præscriptum nihil est certi: Consultum verò, quantum cuiusque pietati collibuerit. Secus fortè de commerendis Stationum indulgentijs esse tenendum videtur: vtpote de quibus ita PAVLVS III sanciuit ex Leone Decimo. *Quilibet ex Confratribus, vbicunq; existentibus, visitando quinq; altaria cuiuscunq; Ecclesiæ, vel vnum, vel duo quinquies, si quinque deessent, easdem Indulgentias integraliter consequetur, ac si omnes Almæ Vrbis Stationes peragrando circumiissent.*

Atque tametsi plerique hanc Leonis Deci-

mi

mi Constitutionem confirmarint eiusdem Successores: quia tamen Fraternitas omnium est Beneficiorum Ordinis nostri particeps facta; Ordini autem indultum est, vt dictas Indulgentias, orando quinquies Pater & Aue in sua Ecclesia commereri possit: idcircò idem ad Confratres atq; Sorores Rosarij fortè etiam extenditur.

Equidem hac in causa meam haud expressam ac velut certam & fixam interposuerim sententiam. Refero tamen me ad Brixianam Patentem de Totius Fraternitatis priuilegijs ac Indulgentijs pertractantem: ac a duobus Iudicibus approbatam: quæ V. Pater & Aue sufficere affirmat.

Manet verò, cuiusque arbitrio ac pietati relinqui, vt in processionibus Fraternitatis oret pro Ecclesia, quantum libuerit; sicque, cætero-quin dispositum, participem fieri posse plenar. Indulg.

Quod autem GREGORIVS XII. in Bulla quadam, sodalitati Annunciatæ data, Anno M. D. LXXXIV, Nonis Decembris, præscribit septies Orationum Dominicam, & toties Angelicam Salutationem recitandam: Id isti dictatum Sodalitati relinquo, & esto. Idem certè Pontifex & nostræ Fraternitatis Indulgentias, cæteraque, & confirmauit sæpius, & auxit; nihil tamen vsquam tale præscripsit. Nihilominus par esse censeo, minus vt oretur quam quinquies Pater & Aue, haud pio in Matrem Ecclesiam filio conuenire. Sed de hoc alubi. *Dices*: Tametsiis orandi modus sit nobis liber relictus; at cæteræ Indulgentijs annexæ conditiones sunt iam necessariæ, atque in Præcepto. At verò antè pernegatur,

Greg. Bulla Omnipotentis Dei, &c.

Conditiones Indulgentiarum quatenus præceptæ sint.

gatur, quicquam in Fraternitate esse præceptum.

Respondeo I. Vt Indulgentias merearis, non esse mandatum: Verùm si consequi eas volueris; istud, quod præscribitur, præstes necessarium esse. Jam si conditionem non acceptes; (quod licet, dummodo non contemnas,) iure tuo vteris, & indulgentiarũ beneficium dimittis. II. *Respondeo*, Præceptum de similibus adimplendis conditionibus, haud est proprium Fraternitatis; sed commune totius Ecclesiæ, & peculiare Indulgentijs quibuscunq;. Atq; hæc de eo, quid Gratiæ Processionibus sit concessum.

Processionum libertas.

II. *Quid Iuris*? de hoc Pius V. in Bulla: *Inter desiderabilia, &c. anno* M.D.LXIX, die XXIX Julij, totidem verbis ita sanciuit [NOS, &c. Autoritate Apostolica per Præsentes statuimus; quòd singuli Confratres ad quasuis Processiones accedere; Et, in quibus corpora defunctorum ad sepeliendum deferuntur, cum eorum insignijs; cuiusuis etiam Superioris licentia desuper minimè requisitâ; etiam absq; aliquo conscientiæ scrupulo, & Censurarum Ecclesiasticarum incursu, possint, ac valeant, seu eorum quilibet possit ac valeat: Districtius inhibentes quibusuis, ne eosdem, Generalem, seu deputandos super erectione & Institutione Societatum huiusmodi, in quibuscunq; ciuitatibus, terris, & locis, factis & faciendis; neq; eosdem Confratres super exercitio piorum operum, & profectu ad Processiones, seu incessu cum signo eorum, aut dicti signi delatione molestare, perturbare, aut inquietare audeant, nec debeant. Satin hoc?

Molestationũ prohibitio.

Quin imò [Generali, & deputatis in præmissis auxilium, consilium, & fauorem præbeant. Nos

NOS enim omnes præmiſſis contrauenientes Indulgentijs & peccatorum remiſſionibus eis conceſſis priuamus, & priuatos eſſe ac indignos effici: Ecquicquid ſecus ſuper his à quoquam, quauis Autoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus. Non obſtantibus, &c.] Grauiſſimè hæc quidem Pius: at eadem quoq; terribilius, iterum anno eodem, die XVII Septembr. in Bulla: *Conſueuerunt Romani.* Hanc nos alubi recitauimus. Hæc ipſa confirmarunt, *Gregorius* XIII, *Sixtus* V *& Paulus* V.

Et pæna.

Derogatoriæ.

III. *Quid Conſuetudinis* eſt autem de Proceſſionibus hiſce noſtris Roſarij? De Antiquitate, ortu, progreſſuq; hic quæritur: nam de ceremonijs earum, dein ſingulatim tractabimus. Equidem de iſtis nominatim ſeu quod conſtanter ſatis affirmem ſiue quod de plano; demonſtrem, ex vllo quidem paulò vetuſtiore teſte probato, non habeo. Neq; tamen grauiſſimè teſtata noſtrarum Proceſſionum traditio me addubitare ſinit, quin ſentiam, planeque prouinciem, & harum, & ipſius Fraternitatis ortum penè eundem fuiſſe, ac eſſe parem antiquitatem.

Antiquitas Fraternitatis & eiuſdem proceſſionum par eſt, teſte Pontifice.

Ecce Triarium, aut potius principum Principem traditionis iſtius teſtem do, omni exceptione maiorem, PIVM PAPAM V. Ipſe ſic ſcribit; [Conſueuerunt Romani Pontifices, & alij S. Patres prædeceſſores noſtri; cum bellis corporalibus, vel ſpiritualibus premerentur, aut alijs tentationibus vexarentur; quò facilius ab illis euaderent, & tranquillitatem adepti, DEO facilius & feruentius inſeruirent & vacarent; diuinam opem implorare, & Sanctorum ſuffragia PER SVPPLICATIONES, ſeu LITANI-

TANIAS deposcere, ac oculos cum Dauid in montes leuare, certa spe confidentes, inde illis auxilia affutura] Hæc Maior. Minor ista.

[Quorum exemplo adductus, & Spiritu Sancto, vt piè creditur, afflatus B. Dominicus, &c. simili, qua nunc, temporis occasione, Albigensium hæresi partes Galliarum, & Italiæ miserè vexabantur, &c leuans in cælum oculos, & Montem illum gloriosæ Virginis MARIÆ, &c. respiciens modum facilem, & omnibus peruium, ac admodum pium orandi, & precandi DEVM, Rosarium, seu Psalterium, &c. excogitauit]

S. Dominicus Supplicationes habuit.

Hinc tali cum ratiocinatione concludo: Maiores consueuerunt angustijs pressi opem implorare per supplicationes, seu Litanias: Sed eorum quoque EXEMPLO ductus est, & adductus Sanctus Dominicus, in pari necessitate positus: ergo idem quoque opem implorare consueuit per supplicationes seu Litanias.

Habemus igitur vnum istud euidenter conclusum, quod Sanctus Dominicus communiter vsurpauit cum maioribus, rei substantiam, nimirum supplicationes ipsas.

Et eæ erant Fraternitatis.

Age nunc, quoad Accidens, eas fuisse Supplicationes Fraternitatis Rosarij, perinde quoque docere conemur. Idque hac probabilitatis demonstratione: Cui multitudini Sanctus Dominicus prædicando persuasit orationem Rosarij; cum eadem potissimum suas celebrauit & Supplicationes: atqui orationem Rosarij inprimis persuasit Fraternitati eiusdem: ergo cum Fraternitate hac & supplicationes vsurpauit. Quas idcircò Supplicationes Fraternitatis seu Rosarij dici, atque fuisse oportuit. Ex quo earundem sese manifestat antiquitas. Antiquitatem inde ad nos vsque asse-

uerat

uerat Traditio. Traditione nixus id ſcribit & teſtatur Pontifex Maximus PIVS V. Quo nec grauiorem quiſquam requiret teſtem; nec vetuſtiorem habeo; nec alium.

Si, quid erit cauſæ, quæras, adeò omnes de re tanta ſilere literas, quantæ quidem proceſſiones ſunt; quas non in angulo geri, ſed in publico circumferri, neceſſe fuit? In promtu cauſa eſt ipſe *earum conſtans vſus*, perpetimq; vigens *Traditio.* Horum præ voce, Vſus, ſcilicet, & Traditionis, mutæ ſunt literæ. Teſte traditione nō ſcripta.

Ita nimirum de cumpluribus Ceremonijs ſimilibus, & toti ſubinde Eccleſiæ penè communibus eueniſſe accepimus, de quibus ſerò tandem aliquæ literæ vocem dederunt, teſtem cuſtodientis eas diu antè vigentiſq; Traditionis. Enimuerò, (vt rem notam exemplo præſenti notiorem faciam) Quis neſcit orbe toto Chriſtiano, ſtatis feſtis, ac quot menſibus, Fraternitatis proceſſiones hodieq; efferri in publicum, celeberrimeq; frequentari: atq; eas omni retrò memoria noſtra ſic viguiſſe?

Quis item ignorat hac noſtra ætate grauiſſimos viros & celeberrimos Granatenſes, Lopezios, & horum ſimiles, de Fraternitate, de Roſario typis ſua euulgaſſe monumenta? Ecquis tamen eorum quicquam de Fraternitatis ſupplicationibus tradidit quamuis ijs multò iam frequentiſſimis? Atque ita frequentatis, vt qui eas florere negaret; ſolem in cælo lucere inſitiaretur. Quòd ſi verò ex iſtorum ſilentio Scriptorum, noſtra poſteritas horum temporū ſupſupplicationes in dubium adduceret: eò, quòd nullus quiſquam eas ſcriptis ſuis ad poſteros commendaret: quis non intelligit eam turpiſſimè hallucinaturam? Et no-

ſtram tarditatem ac ſtuporem mentis non ambabus tandem palbabimus; qui, ſurdis auribus clariſſima Traditionis voce prætermiſſa, ex ſolo ſcriptorum ſilentio muto, ſuam tamen Proceſſionibus Fraternitatis antiquitatem adimeremus?

a S. Baſilius Epiſt. 37.
b S. Hieron. contra Luciferianum.
c. Tertul. de Corona militum, ca. 3.
d S Chryſoſt. hom. 4. in 2. ad Theſſal.
f Tertul. lib. de Carne Chriſti c. 2.

Hic mos, hoc ingenium hæreticorum eſt atque Nouatorum ſemper; nunquam Orthodoxorum: quibus Traditio ſummæ, ceu par, venerationi eſt. Itaque. *Nos confitemur, quod & Traditum accepimus.* Cauſam poſtulas? Damus hanc *b. Quoniam ita noſtri Tradidere maiores.* c. *Quomodo enim vſurpari quid poteſt; ſi Traditum prius non eſt?* Scriptum poſtulas? *d. Vbi ſenſus conſcientia periclitatur; ibi litera poſtulatur.* Age, e. *Traditio eſt; nihil quæras amplius.* Proinde *f. Si Chriſtianus es; crede, quod Traditum eſt.* Crede: & Hoc Age.

g Greg. IX in Bullas Fons ſapientiæ, &c. anno 1228 13. Kal. Martij

Credimus Pio V. viro tantum non Sancto, alleganti Morem ſupplicandi maiorum; & aſſerenti hunc Exemplū fuiſſe S Dominico; Exēplū, inquā, fuit; & quorsū, niſi quia reipſa imitabatur idē, & imitabatur leuans oculos in montem Mariæ; docens, & propagans Roſarium: ſuplicationes inſtituens, & circumducēs Proceſſiones Roſarij Mariæ cum eiuſdem Fraternitate *Paſtor & Dux inclytus in populo Dei factus: inexplebile gaudiū de zelo concipiens animarum, multos generans in conuerſione tam ſtrenua multitudinis*: vti Gregorius IX in Bulla Canonizationis ipſius loquitur. *g.* Nimirum Paſtor factus docendo: Dux verò, vt interpretor, circunducendo ſupplicatum. Plus enim ſupplicationibus fregit hæreticos Dominicus, quam Simon Comes Montisfortis conflictibus. Vt libro 2. de ortu Fraternitatis cognoſcere eſt, & erit l. 3. Roſarij exemp.

CAPVT

CAPVT. VI

De fine Causisque Processionum Fraternitatis.

DE hisce nouissimè omnium, (ita collibuit, breuitatis amore missis prædecessoribus summis Pont. vnum dare instar omnium) Sanctissimus Dominus noster PAVLVS V. ita a. *Confraternitates canonicè instituta sub inuocatione* B. *Virginis Rosarij, in quacunq; parte existentes, ac dilecti filij, illius Cõfratres & Cõsorores, &c. prima Dominica mensis cuiuslibet*, *Christi fidelium frequentia celebrem ac solennem processionem, ex eorum* Ecclesiis *Capellis, vel Oratoris*, AD VIRGINIS EIVSDEM COMMEMORATIONEM, *piè peragere solent*; Quo autem fine, quibusue de causis? *Pro Christianorum*, inquit, *Principum concordia*; *hæresûm extirpatione*; *ac S. Matris Ecclesiæ exaltotione* Sic Paulus Papa V. At Pius V. vno omnia verbo complexus ait. b. *Pro tanquillitate S. Matris Ecclesiæ.* Ita penè nuperi Pontifices.

a In *Breui Piorum hominum anno* 1608. 15. *April*,

b In *Bulla*: *Consueuerunt anno* 1569. *die* 17. *sept.*

At antiqua nos repetamus, ad docendum: simul his antiquiora subijciamus, ad illustrandum illa: & quæ in vtrisque similia, componamus. Antiqua sunt, quæ Dominici gesta, & instituta circa supplicationes Rosarij esse accepimus. His antiquiora, quæ S Mamerti referuntur acta circa supplicationes Ecclesiæ communes. Vtrorumq; relatio, comparatioque eundem finem causasq; penè pares supplicationum aperiet. Verùm quæ vtrinque maximè similia fuerint, ea characteribus consignabo, Ac primùm S. Dominici factum compendio accipe ex Alano c. huiusmodi.

c *Alanus li. de dignit. Psalt. B.V. cap.* 3.

Cùm

Cùm in partibus Tolosanis, hæreticos vix paucos longis & maximis laboribus conuertisset, nec spes maioris allucerer fructus; zelo æstuans & dolore se in proximæ siluæ *a.* abdita solum
a coniecit, ad Deiparæ impensius implorandum auxlium. Precibus iungebat ieiunia, corporisque diras castigationes, vsque dum semianimis corrueret. *b.* Adest athletę suo. Regina cæli,
b monet & docet Psalterium vt prædicet: ac spondet, operæ futurum pretium. Ergo spe alacer Tolosam, vrbem regni & hæresios principem, ingreditur. Mox ad ingressum eius æra campana impulsu diuino personāt vltrò. Subitus fit, ac rapidus ad S. Romani concursus: auditur prodigium pulsus: nouus homo videtur S. Dominicus; mox auditur Prædicator idem, & orationis suasor; præco & doctor rosarij. Audita minus in animos; ergo visa descendunt altius. Cooritur tempestas horribilis; eliduntur fulgu-
c ra & fulmina: crederes fractum illabi orbem *c.* vidisses inter cælorum fragores, hominum cieri terrores clamores tolli: expectari vltima omnia.
d *d.* Vnum astare securum animi S. Dominicum; Spondere salutem: si ipsi tantum responderint conuersionem.

Prodigiosa Rosarij prædicatio Tolosæ.

Hæc inter, Deiparæ signum, (quod vnum fortè Albigensis reliquum fecerat impietas) manū attollere visum, minitantis in speciem; metusq; addere metibus ingeminatos *e.* Spōdent confusi
e clamores, se dicto audientes fore viro Dei: tantū
f imperet. *f* Orat: imperat ventis & cælis S. Dominicus. Silét omnia: redditur prisca facies, & quies: statua quoq; illa, quod omnibus visitur, manū demittit. Dimittit populū. S. Dominic⁹, redire crastini iussū. Quo ritu? Processionis quandā accipe formam & supplicationis, ipsis Alani verbis.] In
g camisis, & cū *g.* candelis ad eandē veniunt Ecclesiam

ſiam: vbi Dominicus iterum prædicauit; & plurima miracula fecit. Hæc autē ſunt facta annis tribus, aut quatuor ante Ordinis Fratrum Prædicatorum inſtitutionem. Et ita PER HVNC MODVM errores ſuos, vniuerſos dimiſerunt.] En ſupplicationē; prædicationem & vſum Roſarij; Cōcordiam deſſidentium; conuerſionem hæreticorū. Eccleſiæ in his omnibus exaltationem. Itaq; cū Sidonio Appollinari dicamus Epiſcopo: *d.* *Nō latent noſtram oſcitationem primis temporibus harumce ſupplicationum* *Inſtituta.* Quin planiſſimè videbimus vetus hoc factum S. Dominici, & illud vetuſtius in ſimili genere S. Mamerti ita ſibi aptè reſpondere, vt illud ex hocce expreſſum videri poſſit. Hoc illi dare lucem poterit: vtrumque proceſsionibus noſtris etiam dignitatem.

d Sido. li. 7 Epiſt. 1. ad S. Mamertum.

S. Mamerti & S. Dominici Supplicationū initia comparantur.

Quare poſt illas ſupplicationum S. Dominici, etiam antiquiſſimarum illarum S. Mamerti origines paulisper inuicem componamus. De hiſce ita S. Gregorius Turonenſis Epiſcopus. *e.* [Viennenſis vrbs multis terrebatur *e.* prodigijs. Nam terræmotu frequenter quatiebatur: ſed & ceruorum atque luporum feritas, portas ingreſſa, per totam vrbem nihil metuens oberrabat. &c. In ipſa glorioſæ noctis (Paſchalis) vigilia, ſubitò palatium regale intramuraneum diuino igne ſuccenditur, pauore omnibus perterritis, & Eccleſiam egreſſis; credentibus, ne aut hoc incendio vrbs tota conſumeretur, aut certè diſrupta tellure dehiſceret, *a.* Sanctus Sacerdos] Mamertus, [proſtratus ante altare, cum gemitu & lacrymis Domini miſericordiam imprecatur. &c. Cumque hæc agerentur, appropinquante Aſcenſione maieſtatis Dominicæ, indixit populis ieiunium, *g.* inſtituit orandi modum]

e Greg. li. 2. hiſto. ca. 34.

a

g

Eadem

Eadem Sidonius Et verò ad nostram comparationem aptius multò S. Auitus qui inter alia sic scribit.

g S. *Auitus in Bibliotheca Patrum tot. 7. pag. 335.*

g. Pleno timoribus populo ecclesia vacuatur. &c. Perstitit tamen coram festiuis altaribus inuictus Antistes S. Mamertus, & calorem fidei suæ accendens flumine lacrimarum, permissam ignibus potestatem incendio abscedente *f.* compescuit. *g.* Igitur desperatione deposita, reditur ad
d. ecclesiam: & restincta flammarum luce clarescit
f. luminum pulcritudo. *e.* Nec sanè vlterius trahi-
g. tur, arripiendo compunctionis medicamine,
e. mora, &c. Prædecessor namque meus, &c. totas
b. in ea vigiliarum nocte sancta Paschæ concepit animo Rogationes: *b.* atque ibi cum Deo tacitus definiuit, quicquid hodie psalmis & precibus mundus inclamat] Mirum, quàm singula singulis conueniant. Tu confer.

Audi porrò, quæ de S. Mamerto idem S. Auitus: & ex illius gestis, S. Dominici instituta processionum Rosarij cognosce. [Putabatur à quibusdã Viennensis Senatus, cuius tunc numerosis Illustribus Curia florebat,) inuentis non posse addici; cũ vix acquiesceret legitimis inclinari.] Quis credidisset Tolosanos proceres Alligensium principes, Rosarij inuentis addici posse; cùm ne catholicæ Fidei legitimis acquiescerent inclinari? [Sed pius ac solicitus Pastor, sapientiæ salibus largus, mansuefaciendarum ouium prius orando animum, quàm perorando molliuit auditũ. Pandit igitur dispositionem, iudicij ordinem exponit: Et viro tam religiosi, quàm solertis ingenij parum fuit, si obedientibus propositum tantummodo institutionis promereret: nisi inter initia etiam vinculum consuetudinis assignaret. Inspirante igitur compunctorum cordibus Deo, auditur à cunctis, &c. Hæc Viennæ Mamertus in causa

causa Rogationum. Simllia Dominicus in negotio supplicationum Rosarij Tolosæ peregit.

Itemque & ista, postquam Tolosani prodigijs consternati, manus Deo, eiusque legato S. Dominico dedissent: [Explorante autem Episcopo] inquit S. Auitus: ego verò inquam, Exploranta S. Dominico [feruorem inchoationis, & maximè verente, ne ob tardam populi sequacitatem paucioribus eductis obseruatio ipsa confestim in sui nouitate reuilesceret: ad *Basilicam*, quæ tunc mœnibus vicinior erat ciuitatis, orationem primæ processionis indicit. Itur celebri alacritate, copiosa multitudine, & maxima compunctione: vt reuera populo lacrymis, laboribusque breuis atque angusta processio videretur.] Eadem & S. Dominicum iam ante dixi factitasse.

Quæ eò recitaui prolixius, & in contentionem adduxi; cùm vt manifestius oculis inspiciatur, quorum *exemplo adductus*, *& simili, occasione*, *S. Dominicus*, (vt ex Pio V. in capite superiore dixi,) supplicationes tales instituit, quales hodieque Fraternitas Rosarij constanter frequentat: tum etiam quo fine potissimum easdem vsurpet. Vt nimirum Ecclesiæ bono publico fient; vti sunt, cum Deo, atque fuerunt. Testantur id cum alij Pontifices in literis suis pro Fraternitate publicatis; tum verò Luculenter Gregorius XIII in ea Bulla *h*. qua tantum non totius penè Christiani nominis conseruationem Fraternitatis processionibus adscribere non dubitat; & ea propter solenne Rosarij festum quot annis celebrandum decernit.

Fructus processionum Rosarij in Ecclesia.

h *Greg* XIII *Bulla Monet Apostolus anno* 1573. *die* 1. *April.*

Sed & hanc formulam Pontificum, qua Fidelium precibus Ecclesiam commendare in more habent, neu quid ea detrimenti capiat; & qua propositis indulgentijs orari iubent pro concordia principum, hæresum extirpatione, Eccle-

siæ ex-

gatur, quicquam in Fraternitate esse præceptum.

Respondeo I. Vt Indulgentias merearis, non esse mandatum: Verùm si consequi eas volueris; istud, quod præscribitur, præstes necessarium esse. Jam si conditionem non acceptes; (quod licet, dummodo non contemnas,) iure tuo vteris, & indulgentiarū beneficium dimittis. II. *Respondeo*, Præceptum de similibus adimplendis conditionibus, haud est proprium Fraternitatis; sed commune totius Ecclesiæ, & peculiare Indulgentijs quibuscunq;. Atq; hæc de eo, quid Gratiæ Processionibus sit concessum.

Processionum libertas.

II. *Quid Iuris*? de hoc Pius V. in Bulla: *Inter desiderabilia, &c. anno* M.D.LXIX, die XXIX. Julij, totidem verbis ita sanciuit [NOS, &c. Autoritate Apostolica per Præsentes statuimus; quòd singuli Confratres ad quasuis Processiones accedere; Et, in quibus corpora defunctorum ad sepeliendum deferuntur, cum eorum insignijs; cuiusuis etiam Superioris licentia desuper minimè requisitâ; etiam absq; aliquo conscientiæ scrupulo, & Censurarum Ecclesiasticarum incursu, possint, ac valeant, seu eorum quilibet possit ac valeat: Districtius inhibentes quibusuis, ne eosdem, Generalem, seu deputandos super erectione & Institutione Societatum huiusmodi, in quibuscunq; ciuitatibus, terris, & locis, factis & faciendis; neq; eosdem Confratres super exercitio piorum operum, & profectu ad Processiones, seu incessu cum signo eorum, aut dicti signi delatione molestare, perturbare, aut inquietare audeant, nec debeant. Satin hoc?

Molestationū prohibitio.

Quin imò [Generali, & deputatis in præmissis auxilium, consilium, & fauorem præbeant.

Nos

NOS enim omnes præmissis contrauenientes Indulgentijs & peccatorum remissionibus eis concessis priuamus, & priuatos esse ac indignos effici: Ecquicquid secus super his à quoquam, quauis Autoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus. Non obstantibus, &c.] Grauissimè hæc quidem Pius: at eadem quoq; terribilius, iterum anno eodem, die XVII Septembr. in Bulla: *Consueuerunt Romani.* Hanc nos alubi recitauimus. Hæc ipsa confirmarunt, *Gregorius* XIII, *Sixtus* V *& Paulus* V.

Et pæna.

Derogatoriæ.

III. *Quid Consuetudinis* est autem de Processionibus hisce nostris Rosarij? De Antiquitate, ortu, progressuq; hic quæritur: nam de ceremonijs earum, dein singulatim tractabimus. Equidem de istis nominatim seu quod constanter satis affirmem siue quod de plano; demonstrem, ex vllo quidem paulò vetustiore teste probato, non habeo. Neq; tamen grauissimè testata nostrarum Processionum traditio me addubitare sinit, quin sentiam, planeque prouinciem, & harum, & ipsius Fraternitatis ortum penè eundem fuisse, ac esse parem antiquitatem.

Antiquitas Fraternitatis & eiusdem processionum par est, teste Pontifice.

Ecce Triarium, aut potius principum Principem traditionis istius testem do, omni exceptione maiorem, PIVM PAPAM V. Ipse sic scribit; [Consueuerunt Romani Pontifices, & alij S. Patres prædecessores nostri; cum bellis corporalibus, vel spiritualibus premerentur, aut alijs tentationibus vexarentur; quò facilius ab illis euaderent, & tranquillitatem adepti, DEO facilius & feruentius inseruirent & vacarent; diuinam opem implorare, & Sanctorum suffragia PER SVPPLICATIONES, seu LI-

TANIAS depoſcere, ac oculos cum Dauid in montes leuare, certa ſpe confidentes, inde illis auxilia affutura] Hæc Maior. Minor iſta.

[Quorum exemplo adductus, & Spiritu Sancto, vt piè creditur, afflatus B. Dominicus, &c. ſimili, qua nunc, temporis occaſione, Albigenſium hæreſi partes Galliarum, & Italiæ miſerè vexabantur, &c leuans in cælum oculos, & Montem illum glorioſæ Virginis MARIÆ, &c. reſpiciens modum facilem, & omnibus peruium, ac admodum pium orandi, & precandi DEVM, Roſarium, ſeu Pſalterium, &c. excogitauit]

S. Dominicus Supplicationes habuit.

Hinc tali cum ratiocinatione concludo: Maiores conſueuerunt anguſtijs preſſi opem implorare per ſupplicationes, ſeu Litanias: Sed eorum quoque EXEMPLO ductus eſt, & adductus Sanctus Dominicus, in pari neceſſitate poſitus: ergo idem quoque opem implorare conſueuit per ſupplicationes ſeu Litanias.

Habemus igitur vnum iſtud euidenter concluſum, quod Sanctus Dominicus communiter vſurpauit cum maioribus, rei ſubſtantiam, nimirum ſupplicationes ipſas.

Et eæ erant Fraternitatis.

Age nunc, quoad Accidens, eas fuiſſe Supplicationes Fraternitatis Roſarij, perinde quoque docere conemur. Idque hac probabilitatis demonſtratione: Cui multitudini Sanctus Dominicus prædicando perſuaſit orationem Roſarij; cum eadem potiſſimum ſuas celebrauit & Supplicationes: atqui orationem Roſarij inprimis perſuaſit Fraternitati eiuſdem: ergo cum Fraternitate hac & ſupplicationes vſurpauit. Quas idcircò Supplicationes Fraternitatis ſeu Roſarij dici, atque fuiſſe oportuit. Ex quo earundem ſeſe manifeſtat antiquitas. Antiquitatem inde ad nos vſque aſſeuerat

uerat Traditio. Traditione nixus id ſcribit & teſtatur Pontifex Maximus Pivs V. Quo nec grauiorem quiſquam requiret teſtem; nec vetuſtiorem habeo; nec alium.

Si, quid erit cauſæ, quæras, adeò omnes de re tanta ſilere literas, quantæ quidem proceſſiones ſunt; quas non in angulo geri, ſed in publico circumferri, neceſſe fuit? In promtu cauſa eſt ipſe *earum conſtans vſus*, perpetimq; vigens *Traditio*. Horum præ voce, Vſus, ſcilicet, & Traditionis, mutæ ſunt literæ. Teſte traditione nõ ſcripta.

Ita nimirum de cumpluribus Ceremonijs ſimilibus, & toti ſubinde Eccleſiæ penè communibus eueniſſe accepimus, de quibus ſerò tandem aliquæ literæ vocem dederunt, teſtem cuſtodientis eas diu antè vigentiſq; Traditionis. Enimuerò, (vt rem notam exemplo præſenti notiorem faciam) Quis neſcit orbe toto Chriſtiano, ſtatis feſtis, ac quot menſibus, Fraternitatis proceſſiones hodieq; efferri in publicum, celeberrimeq; frequentari: atq; eas omni retrò memoria noſtra ſic viguiſſe?

Quis item ignorat hac noſtra ætate grauiſſimos viros & celeberrimos Granatenſes, Lopepezios, & horum ſimiles, de Fraternitate, de Roſario typis ſua euulgaſſe monumenta? Ecquis tamen eorum quicquam de Fraternitatis ſupplicationibus tradidit quamuis ijs multò jam frequentiſſimis? Atque ita frequentatis, vt qui eas florere negaret; ſolem in cælo lucere inficiaretur. Quòd ſi verò ex iſtorum ſilentio Scriptorum, noſtra poſteritas horum temporũ ſupſupplicationes in dubium adduceret: eò, quòd nullus quiſquam eas ſcriptis ſuis ad poſteros commendaret: quis non intelligit eam turpiſſimè hallucinaturam? Et no-

ſtram tarditatem ac ſtuporem mentis non ambabus tandem palbabimus; qui, ſurdis auribus clariſſima Traditionis voce prætermiſſa, ex ſolo ſcriptorum ſilentio muto, ſuam tamen Proceſſionibus Fraternitatis antiquitatem adimeremus?

a S. Baſilius Epiſt. 37.
b S. Hieron. contra Luciferianum.
c. Tertul. de Corona militum, ca. 3.
d S Chryſoſt. hom. 4. in 2. ad Theſſal.
f Tertul. lib. de Carne Chriſti c. 2.

Hic mos, hoc ingenium hæreticorum eſt atque Nouatorum ſemper; nunquam Orthodoxorum: quibus Traditio ſummæ, ceu par, venerationi eſt. Itaque. *Nos confitemur, quod & Traditum accepimus.* Cauſam poſtulas? Damus hanc *b. Quoniam ita noſtri Tradidere maiores.* c. *Quomodo enim vſurpari quid poteſt; ſi Traditum prius non eſt?* Scriptum poſtulas? *d. Vbi ſenſus conſcientiæ periclitatur; ibi litera poſtulatur.* Age, e. *Traditio eſt; nihil quæras amplius.* Proinde *f. Si Chriſtianus es; crede, quod Traditum eſt.* Crede: & Hoc Age.

Credimus Pio V. viro tantum non Sancto, alleganti Morem ſupplicandi maiorum; & aſſerenti hunc Exemplũ fuiſſe S Dominico; Exẽplũ, inquã, fuit; & quorsũ, niſi quia reipſa imitabatur idẽ, & imitabatur leuans oculos in montem Mariæ; docens, & propagans Roſarium: ſuplicationes inſtituens, & circumducẽs Proceſſiones Roſarij Mariæ cum eiuſdem Fraternitate *Paſtor & Dux inclytus in populo Dei factus: inexplebile gaudiũ de zelo concipiens animarum, multos generans in conuerſione tam ſtrenuæ multitudinis:* vti Gregorius IX in Bulla Canonizationis ipſius loquitur. g. Nimirum Paſtor factus docendo: Dux verò, vt interpretor, circunducendo ſupplicatum. Plus enim ſupplicationibus fregit hæreticos Dominicus, quam Simon Comes Montisfortis conflictibus. Vt libro 2. de ortu Fraternitatis cognoſcere eſt, & erit l. 3. Roſarij exemp.

g Greg. IX in Bullas Fons ſapientiæ, &c. anno 1228 13. Kal. Martij

CAPVT

CAPVT. VI

De fine Causisque Processionum Fraternitatis.

DE hisce nouissimè omnium, (ita collibuit, breuitatis amore missis prædecessoribus summis Pont. vnum dare instar omnium) Sanctissimus Dominus noster PAALVS. V. ita *a*. *Confraternitates canonicè instituta sub inuocatione* B. *Virginis Rosarij, in quacunq; parte existentes, ac dilecti filij, illius Cōfratres & Cōsorores, &c. prima Dominica mensis cuiuslibet, Christi fidelium frequentia celebrem ac solennem processionem, ex eorum Ecclesiis Capellis, vel Oratoris,* AD VIRGINIS EIVSDEM COMMEMORATIONEM, *piè peragere solent*; Quo autem fine, quibusue de causis? *Pro Christianorum*, inquit, *Principum concordia; hæresûm extirpatione; ac S Matris Ecclesiæ exaltotione* Sic Paulus Papa V. At Pius V. vno omnia verbo complexus ait. *b*. *Pro tanquillitate S. Matris Ecclesiæ.* Ita penè nuperi Pontifices.

a In *Breui Piorum hominum anno* 1608. 15. *April*.

b In *Bulla: Consueuerunt anno* 1569. *die* 17. *sept.*

At antiqua nos repetamus, ad docendum: simul his antiquiora subijciamus, ad illustrandum illa: & quæ in vtrisque similia, componamus. Antiqua sunt, quæ Dominicigesta, & instituta circa supplicationes Rosarij esse accepimus. His antiquiora, quæ S Mamerti referuntur acta circa supplicationes Ecclesiæ communes. Vtrorumq; relatio, comparatioque eundem finem causasq; penè pares supplicationum aperiet. Verùm quæ vtrinque maximè similia fuerint, ea characteribus consignabo, Ac primùm S. Dominici factum compendio accipe ex Alano *c*. huiusmodi.

c *Alanus li. de dignit. Psalt. B.V. cap.* 3.

Cùm

Cùm in partibus Tolosanis, hæreticos paucos longis & maximis laboribus conuer set, nec spes maioris alluceret fructus; zelo æst ans & dolore se in proximæ siluæ *a.* abdita soli
a coniecit, ad Deiparæ impensius implorand auxlium. Precibus iungebat ieiunia, corp risque diras castigationes, vsque dum semian
b mis corrueret. *b.* Adest athletę suo. Regina cæ monet & docet Psalterium vt prædice ac spondet, operæ futurum pretium. Ergo sp alacer Tolosam, vrbem regni & hæresios prin cipem, ingreditur. Mox ad ingressum eius æri campana impulsu diuino personāt vltrò. Subitu fit, ac rapidus ad S. Romani concursus: auditu prodigium pulsus: nouus homo videtur S. Do minicus; mox auditur Prædicator idem, & ora tionis suasor; præco & doctor rosarij. Audit minus in animos; ergo visa descendunt altius Cooritur tempestas horribilis; eliduntur fulgu
c ra & fulmina: crederes fractum illabi orbem. *c.* vidisses inter cælorum fragores, hominum cier terrores clamores tolli: expectari vltima omnia.
d *d.* Vnum astare securum animi S. Dominicum; Spondere salutem: si ipsi tantum responderint conuersionem.

Prodigiosa Rosarij prædicatio Tolosæ.

Hæc inter, Deiparæ signum, (quod vnum fortè Albigensis reliquum fecerat impietas) manū attollere visum, minitantis in speciem; metusq; addere metibus ingeminatos *e.* Spōdent confusi
e clamores, se dicto audientes fore viro Dei: tantū
f imperet. *f* Orat: imperat ventis & cælis S. Dominicus. Silētomnia: redditur prisca facies, & quies: statua quoq; illa, quod omnibus visitur, manū demittit. Dimittit populū. S. Dominic⁹, redire crastini iussū. Quo ritu? Processionis quandā accipe formam & supplicationis, ipsis Alani verbis.] In
g camisis, & cū *g.* candelis ad candē veniunt Eccle-

siam

ſiam: vbi Dominicus iterum prædicauit; & plurima miracula fecit. Hæc autē ſunt facta annis tribus, aut quatuor ante Ordinis Fratrum Prædicatorum inſtitutionem. Et ita PER HVNC MODVM errores ſuos vniuerſos dimiſerunt.] En ſupplicationē; prædicationem & vſum Roſarij; Cōcordiam deſſidentium; conuerſionem hæreticorū. Eccleſiæ in his omnibus exaltationem. Itaq; cū Sidonio Appollinari dicamus Epiſcopo: *d. Nō latent noſtram oſcitationem primis temporibus harumce ſupplicationum Inſtituta.* Quin planiſſimè videbimus vetus hoc factum S. Dominici, & illud vetuſtius in ſimili genere S. Mamerti ita ſibi aptè reſpondere, vt illud ex hocce expreſſum videri poſſit. Hoc illi dare lucem poterit: vtrumque proceſsionibus noſtris etiam dignitatem.

d *Sido. li. 7 Epiſt. 1. ad S. Mamertum.*

S. Mamerti & S. Dominici Supplicationū initia comparantur.

Quare poſt illas ſupplicationum S. Dominici, etiam antiquiſſimarum illarum S. Mamerti origines paulisper inuicem componamus. De hiſce ita S. Gregorius Turonenſis Epiſcopus. *e.* [Viennenſis vrbs multis terrebatur *e.* prodigijs. Nam terræmotu frequenter quatiebatur: ſed & ceruorum atque luporum feritas, portas ingreſſa, per totam vrbem nihil metuens oberrabat. &c. In ipſa glorioſæ noctis (Paſchalis) vigilia, ſubitò palatium regale intramuraneum diuino igne ſuccenditur, pauore omnibus perterritis, & Eccleſiam egreſſis; credentibus, ne aut hoc incendio vrbs tota conſumeretur, aut certè diſrupta tellure dehiſceret, *a.* Sanctus Sacerdos] Mamertus, [proſtratus ante altare, cum gemitu & lacrymis Domini miſericordiam imprecatur. &c. Cumque hæc agerentur, appropinquante Aſcenſione maieſtatis Dominicæ, indixit populis ieiunium, *g.* inſtituit orandi modum]

e *Greg. li. 2. hiſto. ca. 34.*

a

g

Eadem

causa Rogationum. Similia Dominicus in negotio supplicationum Rosarij Tolosæ peregit.

Itemque & ista, postquam Tolosani prodigijs consternati, manus Deo, eiusque legato S. Dominico dedissent: [Explorante autem Episcopo] inquit S. Auitus: ego verò inquam, Explorante S. Dominico [feruorem inchoationis, & maximè verente, ne ob tardam populi sequacitatem pau cioribus eductis obseruatio ipsa confestim in sui nouitate reuilesceret: ad *Basilicam*, quæ tunc mœnibus vicinior erat ciuitatis, orationem primæ processionis indicit. Itur celebri alacritate, copiosa multitudine, & maxima compunctione: vt reuera populo lacrymis, laboribusque breuis atque angusta processio videretur.] Eadem & S. Dominicum iam ante dixi factitasse.

Fructus processionum Rosarij in Ecclesia.

Quæ eò recitaui prolixius, & in contentionem adduxi; cùm vt manifestius oculis inspiciatur, quorum *exemplo adductus, & simili, occasione, S. Dominicus*, (vt ex Pio V. in capite superiore dixi,) supplicationes tales instituit, quales hodieque Fraternitas Rosarij constanter frequentat: tum etiam quo fine potissimum easdem vsurpet. Vt nimirum Ecclesiæ bono publico fient; vti sunt, cum Deo, atque fuerunt. Testantur id cum alij Pontifices in literis suis pro Fraternitate publicatis; tum verò Luculenter Gregorius XIII in ea Bulla *h*. qua tantum non totius penè Christiani nominis conseruationem Fraternitatis processionibus adscribere non dubitat; & ea propter solenne Rosarij festum quot annis celebrandum decernit.

h *Greg* XIII *Bulla Monet Apostolus anno* 1573. *die* 1. *April.*

Sed & hanc formulam Pontificum, qua Fidelium precibus Ecclesiam commendare in more habent, neu quid ea detrimenti capiat; & qua propositis indulgentijs orari iubent pro concordia principum, hæresum extirpatione, Ecclesiæ ex-

ſiæ exaltatione:hanc, inquam, formulam tum prius vſurpari cœptam reperies; poſtquam S. Dominicus Roſarij ſupplicationes ob eaſdem cauſas, eundem ad finem iam diu paſſim per Italiam atque Hiſpaniam, per ſuos vſurpare inſtituiſſet. Age, volue, reuolue Bullarium Romanũ, tantum quantum:aliud, quàm quod dixi, non reperies. Atque iſta de fine ſupplicationum noſtrarum vniuersè dicta ſufficiant.

Singulares cauſæ & fines ſupplicationum Roſarij.

i. *Sera. de Proceſſion. lib. 1. cap. 5. & li. 2, ca 8.*

k. *Grets. de Proceſſ. lib. 1. cap. 4. 5. 10. 11. &c.*

Iam qui peculiares enumerare fines & cauſas inſtituerit; eaſdem ille communesque Fraternitati cum Eccleſia deprehendet. Summatim colligam:ſingula prolixius apud Nicolaum Serariũ i. pertractata legere, cui libet:itemque apud Iacobum Greſſerum k. licet.

Eccleſia quot annis, Fraternitas noſtra quot menſibus, feſtisque S. MARIÆ plerisque ſupplicatum circumit. 1. Ad Dei imprimis ter Opt. Max. honorem & gloriam. 2. Ad Numinis propitiationem. 3. Ad conciliandam nobis, Deiparæ, Cælitumque apud Deum interceſſionem. 4. Ad deprecationem commeritarum à nobis pęnarũ, vt belli, peſtis, famis ęternique ſupplicij. 5. Ad extirpationem hæreſûm. 6. Ad conuerſionem Ethnicorum, cæterorumq; infidelium. 7. Ad emendationem peccatorum. 8. Ad Eccleſiæ exaltationem 9. Ad concordiã Principum Chriſtianorũ, Pacemq; publicam. 10. Ad proſperitatem regiminis vtriusque, quà Eccleſiaſtici, quà politici: ſæcularium atque Religioſorum Ordinum. 11. Ad impetrationem rei cuiuscunq; pro tẽpore neceſſariæ, aut perutilis. 12. Ad gratam accepti à Deo beneficij recordationẽ celebrandã, 13 Ad digniorẽ & crebriorẽ Sacramentorũ, imprimis Sanctiſſimæ Euchariſtiæ perceptionẽ. Cũ qua idcircò Fraternitas vt plurimũ procedit, illudq; ſolenne

implet

quod iubet: *Prius adora; deinde manduca*. 14. Cum crucibus, cereis, Rosarijs, hymnis & Canticis procedimus, ad publicam Fidei nostræ orthodoxæ professionem. 15 Ad nostram cum Ecclesia, (cuius & imitamur institutum;) inprimis autem ad Fraternitatis inter sese Communionem meritorum & orationum pro viuis, proque defunctis. Hæc, similesque nobis sunt procedendi fines, & causæ.

Causarum porrò euentus, & effectus processionum quis enumeret? Quot non Christianus prædicare queat; referat cum ethnicus Horatius tot ac tantos? Effectus processionum.

l. *Poscit opem Chorus*, & l. *præsentia Numina sentit*. l. *Hor. lib.* 2. *Epistol.*

2. *Cælestes implorat aquas sancta prece blandus.*

3. *Auertit morbos*: 4. *Metuenda pericula pellit.*

5. *Impetrat & pacem*: 6. *Et locupletem frugibus annum.*

Atque tametsi in cæteris suis precibus, quà priuatis, quà publicis Fraternitas Rosarij suam Deo identidem, adeoque assidue commendet Ecclesiam; modo tamen id solenni, planeq; singulari sese illi præstare id officij profitetur in tam crebris suis processionum supplicijs: suosq; Confratres ac Sorores istis quasi D. Augustini affatur. m. *Licet omni tempore, Fratres charissimi, oporteat Dei misericordiam corpore contrito, & corde compuncto requirere, & ab illo indulgentiam peccatorum postulare: Nunc tamen, propter imminentem peccatis nostris debitam, & grauissimam seueritatem, cum ingenti rugitu ac gemitu, assiduis orationibus, & largioribus eleemosynis debemus Dei misericordiā implorare: ut Ipse nobis misericordiam, &c. & pacem reddere, peccatorum indulgentiam dare, & prospera dignetur, pro sua pietate, concedere.* Hi effectus, ijdemque sunt & causæ supplicationum cùm Frater-

Ad eos Ecclesiæ seruit Fraternitas suis processionibus singulariter.

m. S. *Aug. serm.* 173. *de Tempore.*

Fraternitatis, tum Ecclesiæ.

Miri effectus processionum. Quod si, quæ miranda per hasce à Deo sun impetrata subinde, huc ex historijs seu Biblici seu Ecclesiastis repetita persequi velim; iustu mihi volumen conscribendum foret. *n.* Regia & semper inuictæ ciuitatis Ierichuntinæ mu ros funditus excidit, & solo prostrauit Ambu balis processio. Prostratos metu. *o.* Israëlitarũ an mos, atque pessundatos excitauit processio. Pro cessio *p.* cum Arca in domum Obededom salu tes, & opes plurimas inuexit. Procesṡio *q* vrbem Ierosolymitanam in gratiam apud Deum po suit solidam; Deo ipsam sanctam consecrauit ac propriam, æternùmque dicauit, Nehemiâ au tore.

n. *Iosue* 6.
o. 1. *Reg.* 4.
p. 2 *Reg.* 6.
q. *Nehe.* 12.

Triennalis illa Seruatoris nostri cum Matre Virgine, cum Apostolis, discipulis, cæterisque è plebe asseclis, per Iudęam atque Galilæam circuitio, si minus procesṡio dici verè, aut seuerè queat; nostrarum tamen est procesṡionum exemplar. Et tamen vel eæ ipsæ circuitiones omninò sanctissimæ, religiosissimæ, planeque diuinæ, quæ non emolumenta per eas terras circumtulerunt? quæ non seminarunt bona cælestia? quas non salutes operatæ sunt? Crede, scilicet, minus iam esse vel potentem, vel beneficum, aut beneuolum; qui gloriosus sub specie panis in Eucharistia hodie in processionibus circumfertur. Atqui tum erat miseriâ & Ipse, nullâ autem est modò, circundatus.

Ad ecclesiasticas ibo historias? Harum plena sunt omnia. Congessit non paucas, nec obscuras P. Serarius, atque Gretserus, par nobile Societatis in suo vterque libello de Processionibus. De nostra verò Fraternitate vel sola, argumento proprio & peculiari in nostris Exemplo-

emplorum libris complures passim, atque testatas commemoraui. Quare in tanta rerum viuentium, vigentiumq; voce ac luce, sileat calamus, stylus conquiescat.

Istud tamen Basilianum fidenter ad nostræ Fraternitatis toties ac taliter procedentis laudẽ certus vsurpauerim r. *Optarem*, inquit, *omnes vos in assidua pænitentia versari: Cùm & nos* NIHIL ALIVD *agamus, quàm quod Litanias instituimus pro remissione peccatorum.* At nimium hoc: *nihil aliud*: inquies. Non, inquam, nimium; sed verum. Non ego istas duntaxat in publicum processiones Fraternitatis, eiusdẽ Litanias appello, quæ breui tẽporis ac loci ambitu definiuntur; sed etiã istas ad Rosariũ orationes, quas Cõfratres in orbẽ obeũt repetitas, rectè vocabulo Litaniarum afficio. Nimirum ad illud quot preculas dicunt; tot velut passus figunt, & gradus promouent; donec precum suarum orbem cõfecerint. In quibus ad Mediatorem & Mediatricem honorefica fit acclamatio: dein identidem repitita inuocatio, sub ista formula: *S. Maria Mater Dei ora pro nobis: ora pro nobis, &c.* Atque harum supplicationum seu Litaniarum virginis inclytæ, Matris Almæ, nego vllum fieri vnquam finem.

Fraternitatis processiones sunt quasi continuæ.
r S. *Basilius Epist.* 63.

Rosarij preces sunt quædam quasi Litaniæ.

Cuius permagnam illud mihi quidem probabilitatem facit, quod de *iugi Sacrificio* in Ecclesia Christi, viri grauissimi affirmant: I*uge* id dici, quòd r. in omni loco sacrificetur & Offeratur nomini Domini oblatio munda, in omnibus gẽtibus, ab ortu vsque ad occasum, sic, vt nullius horæ particula ab omni vacua sit & nuda Sacrificio. Nam vt sol orbem ambiens diem sensim terris alijs post alias aperit; ita quoque semper in aliquibus orbis terris, quas oriente sol lumine afflat; reperiuntur Sacerdotes, ! qui cum prima luce ad ritè operandum Sacris, in ara sese

Simile Iugi Sacrificio.
r *Malachiæ*: 1.

Numini sistant. Quis autem neget, citius vbi uis locorum reperiri laicum, qui Rosarium matutinus oret; quàm Sacerdotem qui ter Sanctissimam Deo litet Hostiam CHRISTVM? Quis autem est locus, vel apud ipsos Antipodas, vbi noster non sedem habeat, vel non peregrinetur Ordo Prædicator Rosarij, atque propagator? Aut quò non Rosarij sese vsus cum ipso nomine Christiano penetrarit? Quod si igitur iuge Sacrificium sit, quia nunquam intermittitur: hoc minus certè Rosarij preces vnquam cessare existimo, quò plures sunt, qui eas fundant. Quare, *s.currit tramite vitali; non per Gallias modò; sed penè per orbem totum Rogationis*, inquit Alcimus Auitus *s.* At ego Rosarij, inquam, *obseruantia flumen irriguum, & infectam vitijs terram vberi fluxu annuæ satisfactionis expurgat.* Annuæ quidem in Ecclesia; in Fraternitate verò creberrimæ; si processiones attendas: sin ad Rosarium factas supplicationes; dicas licet, continuæ. 2. Illas Ecclesiæ *ex Viennensi fonte manasse Litanias primitus* dicit Auitus: Ego nostras Rosarij ex Tolosana vrbe in orbem egressas; hinc eas amborbales peragrare dico: *indeque sumtum primitus institutionis exordium* esse. 3. *Nobis solennitatem primus Mamertus Pater & Pontifex*, inquit Sidonius: *t.* Ego inquam S. Dominicus, nobis *reuerendissimo exemplo; vtilissimo experimento inuenit, instituit, inuexit.* Nimirum vt quisque (velut de S. Huberto legimus,) *u. Deum tantò precaretur ambitiosius, quantò id faceret humilius.* 4. Deinde (quod summos Pontifices suadere audiuimus; idem Rogationum causa S. Gregorius Turonensis ita suadebat. *x. Vt* inquit, *præueniamus faciem eius in confessione: Leuemus corda nostra cum manibus ad Dominum. Ad Deum quippe corda cum manibus leuare est, orationis nostræ studium meritò bonæ operationis erigere. Mutemus igitur*

Princeps finis Supplicationū Rosarij expiare peccata.

s S. Auitus in homilia de Rogatio. tomo. 7. Biblioth. Patrum.

Comparationes supplicationum Fraternitatis ac Ecclesiæ

t Sid. Apol. lib. 5. Epist. 14. ad Aprũ.

u Surius. tomo 7. in vita S. Hub.

x. S. Greg. Tur. homilia de Rogat. in Bibli. Patrum to. 7

gitur corde, & præsumamus nos iam percepisse, quod petimus. Citius ad precem Iudex flectitur, si à prauitate sua petitor corrigatur. Pius & misericors Deus vult à se precibus veniam exigi; qui, quantum meremur, non vult irasci. Et infra: *Exeuntes cum precibus & lacrymis ad B. Mariæ semper Virg. Genetricis Domini Dei nostri* Iesu *Christi basilicam congregemur, vt ibi diutius cum fletu ac gemitu supplicantes, peccatorum nostrorum veniam promereri valeamus.* Denique vt tali *ex deuotione placatus inspector pectorum Deus, esse obsecrationem* nostram faciat nobis *saluti, cæteris imitationi, vtriusque præsidio.* Sic namque cum Sidonio loquor Apollinari Episcopo *y*. Idcirco Confessio suadetur ante supplicationem. y *Sido Epist. 1. lib. 7.*

Ita sanè fecit Deus ætate nostri S P. Dominici, vt, quod S. Gregorius Turonensis de S. Mamerto prædicat, z idem ego de S Dominici queam instituto Processionum affirmare. Nam eius, inquit S. Gregorius, *per cunctas prouincias dispersa facti fama, cunctos Sacerdotes* Prædicatorij Ordinis *imitari commonuit, quod ipse fecit ex Fide. Quod vsque nunc in Christi nomine, per omnes Ecclesias, in compunctione cordis, & contritione Spiritus celebratur.* Hactenus de fine, causaque principe supplicationum Rosarij. Sequitur, de ceremonijs earum præcipuis nonnulla in medium afferamus. Hinc supplicationum initium abiuit in exemplum. z S. Greg. *vbi supra.*

CAPVT. VII.

De adiunctis seu ritibus Processionum Rosarij Ac primùm de Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento.

SVnt illa, *Crux; Reliquiæ; Signum Deiparæ, seu statua; Tædæ seu cerei; Hymni & Cantici; Ordo τὸ πρέπον, siue Decorum; nouissimum, primum, & omnia Sanctissima* EVCHARISTIA. Quæ quidem etsi cæteris sunt Ecclesiæ processionibus communia; suo tamen quodam modo Fraternitati propria fiunt, ac penè singularia. Sicut ipsæ processiones à Christiana communiter vsurpantur pietate; singulariter autẽ à Rosarij Fraternitate Id quod & de ter augustissimi Corporis Christi Theophoria dicendum est. De qua istud hoc loco zytima pono: *Cur expediat in Fraternitatis Rosarij processionibus Sanctissimum Sacramentum Altaris circumferri?* Huius *Causæ* genere *sunt duplices*: numero multæ. Aliæ namque *Fraternitatis peculiares* accidunt; *Communes* aliæ cum Ecclesia.

Cur cum Eucharistia Fraternitas procedat Causa 1. quia priscam Ecclesiæ pietatem conseruat.

Singulares habet ferè istas. 1. Ipsum est Fraternitatis institutum: cui perpetuum illud est, proprium, solenne, planeq; singulare NOVARE NIHIL, PRISCA OBSERVARE. Horret illa, & fugit, velut anguem, omnem nouitatem. Tantum abest, vt ipsa cuiusquam inuentrix noui, nouum vel Vsum, vel Decretum in vitam, moresque Christianos inducat. Veneranda Antiquitas, Antiqua pietas ipsi inprimis est cordi. Hanc impensè colit: tantò eam sæpius quoq; frequentat, quantò religiosius amat. Quicquid in Ecclesia reperit vel à Deo mandatum: vel ab Ipsa sancitum, vel Traditionis vsu corroboratum; hoc omne sanctum

habet, exosculatur animo, manu tuetur, exequi opere allaborat: idq; via rationeque communi trita atque præscripta. Vnum dun taxat ex, sese afferre studet singulare, *zelum* inquam in re vel sæpius, vel ornatius, aut quoque studio diligentius præstanda; quæ alioquin bonis omnibus in Ecclesia necessario, vel salutariter exequenda incumbit.

Quas ob causas Ecclesia desijt frequentes processiones cum Sacramento.

Hoc agit illa Rosarij Fraternitas cùm in cæteris Ecclesiæ institutis Christianis; tum in eo, quo iam diu cælesti ferculo diuina Seruatoris Mysteria, solenni pompa, summa cum religione, per publicum circumferre ouans in processionibus consueuit. Istud quidem Ecclesiæ vniuersitas vsurpat per annum rarius; seu ob diuini muneris ter augustissimam maiestatem; seu ob populi Christiani, ad rem tantam dignè venerandam, sæpius imparatam ac imparem pietatem; seu ne, (quod optimum Maximum habemus,) sui id frequentia apud profanũ vulgus in aliquã veniat vilitatem. Quicquid id est, agit Fraternitas, vt maiestatem Sacramenti hoc amplius honoret; acuat suam & accendat aduersus illud pietatẽ; ac secura quasi de æstimationis diuinæ ab sese prohibenda imminutione, ad maiorem ipsâ frequẽtatione sese extimulet reuerentiam atque latriam. Ergo sæpius per annum cum venerabili Sacramento procedere gestit Fraternitas. Quo in studio pietatis animosior illa Rosarij electa Corona sese vltrò matri offert Ecclesiæ, eamque & mirificè recreatam exhilarat; & illo confortatã auxilio supplicationum firmissimè sustentat: simul desiderium ipsius ac votum præoccupa, planeque superat.

Ob easdem Fraternitas eas frequentat.

Nemo hîc à me quicquam in maius dici existimet. Rem loquor; & re ipsa minus. Etenim ex quo semel illã Corporis Christi festiuitatẽ instituerat.

Ecclesia eas olim frequentauit.

 Ec-

Ecclesia, ita in eum Sanctissimi Sacramenti cul inarsit eadem; vt processioni cum Illo circur ducendæ quot hebdomadis feriam quinta sacram haberet atque solennem. Non erat in E clesia Occidentali gens, non vrbs, non eccles maior seu Collegium, non Paroecia, non Cœ nobium vllum, nullus erat Conuentus, vbi qua que feria quinta non aliqua cum V. Sacrament pompa circumferretur.

Mutat inuita processionis, sicut & communionis frequentiam.

Verùm cum ea tandem processionis frequen tia simile quid accidit; quale quondam cum Eu charistiæ sūtione laica euenisse accepimus Fuit hæc primitus quotidiana Christianis; tum Dominica; pòst rarior; demum annua facta est atq; indicta. Pari quoque ratione fuit illa principio Sacramentalis supplicatio hebdomadaria: iam annua recolitur; rarius extraordinaria vsurpatur. Istam à Fidelibus esse desitam communicandi frequentiam, satis indolet Ecclesia: à nonnullis verò eandem obseruari, nimium quàm gaudet. Isthanc quoque procedendi cum Sacramenro. hebdomadariam consuetudinem viluisse tandem per abusus, atque profanari, tantò post acerbius ferebat; quantò prius ob eandem gloriosius exultabat. Itaque quam læta instituerat mæsta pompam destituere, certis subacta causis, adducitur, & antiquare. Sub annum M.CC.LXII. instituerat eā cum Sacramento lustrationem ad Christi Corpus in ferculum ferendum, Vrbanus Papa IV, (vt nonnullorum fert apud Serarium, *a*. nec improbabilis sententia.) Annis ferè pòst LXXX. missus ad hoc legatus Apostolicus Nicolaus de Cusa; Deum immortalem; vir qualis ac quantus? hebdomadariā is Eucharistiæ circūgestationem abrogat per Ecclesiam, anno M. CCCXL. *b*. Hoc faciebat Ecclesia, & ingemiscebat.

a *Nicol. Serar. de Processi. lib. 2. cap. 9. pag.* 198

b *Albertus Krantzius in Metropoli* .11. *ca*. 39.

Iam

Iam verò nostra Fraternitas non sinebat istum Ecclesiæ igniculum pietatis prorsus extingui, aut elanguescere: suo eum sinu excepit ac fouit: processiones Eucharisticas sæpius in publicum efferendas suo Instituto, summa cum Ecclesiæ approbatione, prosequitur; mæstamq; Matrem hoc officio suo velut consolatur & exhilarat tantùm, quantùm abusus cæterorum seu tepor contristarat. Qua etiam ex causa grata aduersus Fraternitatem Ecclesia summis eam, quibus potest, vicissim beneficijs ornat & locupletat; indultis processiones ipsius cohonestat; collatis multò maximis Indulgentijs easdem prosequitur & cōmendat; præconijs illustrissimis tantum non penè in cælum extollit. Hoc de prima causa Instituti Fraternitatis, cur Eucharistiam in Litanijs suis venerabunda efferre amet. Grata tamen est illi priuata obseruatio vtriusq; vigens in Fraternitate Rosarij.

Secunda causa est alia quædā antiqua Fraternitas V. Sacramenti dicta. Hæc originem accepit sub id tempus, quo primùm ferè Corporis Christi festum solenniter indictum agitabatur. Autor ipsius nominatim fuisse. *b.* putatur D. Thomas Aquinas; idem qui totius festiuitatis illius structor fuit & ordinator. *c.* Aut certè, (Si cui se minus id probet) Prædicatorij Ordinis viri religiosi istius autores fuere Societatis de V.) Sacramento instituendæ. Horum enim id ætatis pręcipuus constitit labor in noua ea Solennitate festi indicta promulganda, pro concionibus commendanda, omnibusque modis promouenda, ac indies per orbem latius proferenda. Quo in studio cætus agere cœperunt Fideliū, nomina sua profitentium ad Sanctissimi Sacramenti cultum singulariter prosequendum.

2. Quia parens fuit Fraternitatis V. Sacramenti.

b *Conr. Sitardus in Rosario cap.* 4.

c *D. Sthemius in articulis, art.* 7. & *Genebrardus in Chrō. lib.* 4 *anno* 1261. *ex Nauclero.*

Iam tum vigebant simul florebantque per omnes passim Conuentus Prædicatorum Fraternitates Rosarij. Ex hisce, qui Dei Matris MA-

RIÆ obseruantiores visebantur; ijdem & Filij ipsius CHRISTI Corporis in Sanctissimo Sacramento venerandi erant studiosiores. Hi in eiusdem & Communione, & Processionibus frequentiores apparere; eas tædis, alijsque honoribus prosequi, studijs omnibus venerationem ipsis augere: animis demum conspirantibus eidem sese venerationi addicere; coire & coalescere in Fraternitatem V. Sacramenti. Hæc in cunabula.

Qua occasione Parœciæ vsurpare cœperint ius Fraternitates Rosarij.

Ex istis egressa per orbem illa subitò peragrauit Fraternitas, atque in Parœcijs sibi potissimum sedes constituit.

Vnde duo quædam euenerunt. Alterum perquam laudabile: vt ijdem essent in Ecclesis Prædicatorum Confratres Rosarij; & in Parœcijs Confratres V. Sacramenti. Alterum haud satis tolerabile ipsis quoque Summis Pontificibus visum. Nam hi Confratres Rosarij, qui optimo in V. Sacramentum studio eiusdem Fraternitates ad Parœcias referebant; eodem quoque Rosarij Fraternitatem subinde trahere videbantur. Et verò reipsa secessiones fiebant, per Italiam præsertim; vt ciuitates reperirentur, in quarum vna subinde duæ existerent Fraternitates Rosarij: altera huius solius apud Prædicatores: altera Rosarij simul ac Vene: Sacramenti, sub Parochi directione.

Paulus III. id primùm eneruat, addicendo eas Ecclesijs Prædicatorum.

Cui scissioni prouidendum ratus Summus Pontifex; & primus, (quem ego quidem reperire valeo) CLEMENS Septimus, anno Millesimo Quingentesimo Tricesimo Quarto, mollius ei remedium fecit, quàm noui audacia conatus requirebat. Etenim facta, ab sese Constitutione, (sed, quo minus ederet, morte occupatus euenit; edidit post eam Successor

cessor PAVLVS III) ita decreuit de superiorum Pontificum concessis Fraternitati Indulgentijs, cæterisque gratijs, vt harum posse reddi participes eas tantum solas expresse *d.* velit *Fraternitates Rosarij, quæ in quibusuis Domibus Ordinis Fratrum Prædicatorum Canonicè instituta* forent.

d. *Paulus* III. *in Bulla: Rationi congruit, &c. anno* 1534. *die* 3. *Nouembr.*

Deinde, cùm ad illud vsque tempus, ex more institutoq; maiorum, singulis in Fraternitate positis, (si quidem indulgentijs fruisci vellent, & precum communicatione,) vnum indies integrum esset Psalterium persoluendum, hoc est, tria Rosaria quotidie peroranda; *Nonnulli, multitudine ac varietate negotiorum impediti, id sibi difficillimum fore putantes, &c. in amore* CHRISTI,, *& eorum deuotione tepescebant*: vt PAVLVS III. scribit: Et quia istud causati, *ab ingressus* (vt scribit idem) *dictæ Fraternitatis Rosarij, seu Psalterij recitatione sæpius retrahebantur; idem Clemens Prædecessor; ad aperiendum cœlorum semitas, vt ipsi Confratres ad id feruentius inducerentur, voluit, ac etiam ordinauit, quod spatium vnius diei ad spatium integræ hebdomadæ ampliaretur, & dilataratur: & ad id, quod in vna die, & in vna vice fortasse tenebantur, pro die dies, & pro vice vices assignauit: & nihilominus illud idem consequerentur, ac si ritus antiquus integraliter seruatus fuisset.*

Et minuendo pensum orationū hebdomadarium.

Jam per hunc Apostolicum gladium omnis fuit alijs de hebdomadario penso conquerendi occasio, alijs se à Fraternitatis oratorio retrahendi funiculus præscissus quidem erat; ipsa tamen scissio necdum sanata coierat. Renouant eandem Paulinam Constitntionem sæpius successores Pontificees, atq; confirmant

Pius V. exscindit Fraternitates Rosarij, quæ non sunt apud Prædicatores.

firmant vt Julius III. anno 1551. Paulus IV. anno 1561; Pius IV. anno 2 sui Pontificatus: mouent hi omnes; sed promouent nihil. Itaque ad vltimum *e.* PIVS V. non solum Rosarij Fraternitates solis Prædicatorum Ecclesijs addicit propriaſ; sed omnes etiam alubi constitutas, quàm apud Prædicatores, & absq; eorum voluntate institutas abrogat, & annullat: Quin & de cætero instituendas absq; Ordinis nostri permissu, seuerissimè prohibet, omnibusq; spoliat indulgentijs: Simul dat negotium Reuerendissimo P. Generali, vt hanc suam Constitutioné sanctè obseruari curet. Atq; hanc etiam prouinciam cũ speciali commissione P. Ambrosio Saluio demandat. Ita, quæ deserto aluceario separatim nidificantes siluescebant apes, extinctæ esse desierunt. Ordo noster in suis Ecclesijs, colere pergebat suam Rosarij; illam verò V. Sacramenti Fraternitatem in Parochijs; huiusq; administrationem nihil attingebat: omnem,(vt alias semper,) Parochis relinquebat. Rarescere demum illa cœpit, ac tantum non exarescere. Vnum illius Augusta Vindelicorum hodieq; retinet eximium florem, teste Gretsero. *f.*

e. Pius V. in Bulla: Inter desiderabilia, anno 1569. die 29 Junij.

f. Iac. Gret. de sacris Processionibus lib. 1. cap. 16.

Quæ ego de Fraternitate V. Sacramenti eò hîc refero, vt intelligatur ex nostra Rosarij Corona genitrice eam prognatam exiuisse, vt vocant, Filialem. Eam omninò Confratrum in Rosario feruentior aduersus Eucharistiam pietas genuit atq; latria. Neq; hanc isti ceu propriam sibi deseruerunt; etsi V. Sacramenti Fraternitates paulatim expirarent. Quin imò suas cum hoc diuino Manna processiones constanter retinuerunt, hodieq; retentant.

3. Ad retũdendam hæreticorum calũniam.

Tertia causa Fraternitati nostræ propria, cur suis illud diuinum processionibus Ferculum præferat, est, vt Antidicomarianitis hæreticis

reipsa

reipsa probet, longè se inferiori cultus gradu Matrem Dei, præ DEI Filio adorare Nimirum Hunc, vt Creatorem ac Redemtorem, Illam, vt creaturam, atq; redemtam. Ea propter in processionibus Matri acclamat: S. *Maria, ora pro nobis*: Filio autem: *Kyrieeleyson*, *Fili redemtor mundi DEVS, miserere nobis*: *Agnus Dei, qui tollis peccata mundi; parce nobis.* Si enim hanc calumniam velut facem contorqueant in Ecclesiam Mariomastyges nostri; quòd, quem Matri ea defert, hunc DEI Filio detrahat honorem; quodque Illam præ Hoc veneretur: quantò eorundem grauiori patebit maledicentiæ Fraternitas MARIÆ, huius tota cultui deuota? At verò vt omnes intelligant, planissimèq; videant, ac sentiant omnem Matris honorem ad Filij à nobis referri maiestatem ac nomen; idcircò per Sanctissimam Eucharistiam in processionibus suis productam Confratres MARIÆ sese cultores esse CHRISTI cumprimis profitentur.

Quarta causa huiusce ritus circumferendi in Supplicationibus nostris Corporis Christi est, eiusdem nobis frequentata Synaxis cum præuia Exhomologesi. Hæc enim duo sunt, quæ in conditiones, consequendis Indulgentijs, præscriptas subinde veniunt; dum plenarias illas, processionum gratiâ, Pontifices elargiuntur. Neque tamen ideò Synaxes agimus; (quanquã haud malè ideò possemus) quia tantæ sunt condonationes factæ: Sed hæ factæ sunt ideò, quia istas vltrò frequentamus. Et nostra hæc Sanctissimi Corporis CHRISTI frequens communicatio causa est, vt in processionibus sit cordi nobis eiusdem & veneratio. Atque iterum hæc veneratio velut Cos est, ad quam sese nostra exacuit in communicando deuotio. Secundum quod monet

4. Ob Cõmunionẽ frequentẽ.

S Eucharistia adoratur, vt sumatur.

net peruetus illud: *Adora; deinde manduca.* Quoniam qui adorat hoc Sacramentum, is se comparat ad dignè sumendum.

Hinc certè illam in Festo corporis Christi velere processionem oportere vult Vrbanus II ita dum admonet: *g. Exhortantes, vt per veram puram Confessionem, eleemosynarum largitionem attentas & sedulas orationes, & alia deuotionis & pietatis opera TALITER SE STVDEANT PRAEPARARE, quòd huius pretiosissimi Sacramenti mereantur fieri participes ILLA DIE, possintque Ipsum suscipere reuerenter, ac eius virtute augmentum consequi gratiarum.* In processione igitur adoratur; vt in Communione dignius sumatur.

g *Clementinarum lib. 3. tit. 19.*

Sunt exhortationes ardentes, sunt piæ lectione, sunt meditationes deuotæ; quibus vis inest permagna ad accendendum communicandi feruorem. Veruntamen nescio quid ignis habeat aut aculei, præ istis heroicus ille procedendi actus. Hoc scio, hoc persentisco, quod D. Bernardus inquit. *h. Validior operis, quàm oris vox est.* Id adeò in caute illa Marpesia, & plusquā adamantino Duce quondam Aquitaniæ Guilielmo expertus est ipse Bernardus: cuius eloquentiæ vis tanta, vt non iam in labris eius Suadam sessitasse, sed Suadam eum fuisse, Suadæquā medullam, rectè dici possit. Illâ penè inuitos trahebat orbē, regebat orbē: præferocē tamē Guilielmū nihil ab obstinatione flectere quibat. Ergo i. vltima mouet. Quod vnū erat super validissimū, hoc illi admouet. Sanctissimum Sacramentum, aris operatus ipse prius, in manus sumit; cum hoc procedit leo obuius leoni: Leonem prosternit. Neque magnanimo sat erat tantum prostrasse leoni; sed insuper agnum ex leone, ex Saule Paulum

Res gesta mouet.

h *S. Ber. in Cantica. ser. 59.*

i *Theobaldus Episc. apud Laurentium 10. Febr.*

lum effeciebat. Nimirum ea vis est præsentis Sacramenti altaris. Benè ille:

k. *Segnius irritant animos demissa per aures,* k *Horat. in arte Rhet.*
Quàm quæ sunt oculis subiecta fidelibus, & quæ
Ipse sibi tradit spectator.

Benè & verè sic Ethnicus; at optimè Pontifex Vrbanus IV. *l. Cuius donum vel munus frequentius aspicitur; huius memoria strictius retinetur.* l. *Vbi supr.* Tantum *Vidisse iuuabit.* Vidit ille, sed aliud; & malè suo deperibat oculo captus nequam & illaqueatus, suæ ipse & miseriæ & malitiæ testis qui canebat:

m. *Vt vidi; vt perij: vt mihi me malus abstulit error.* m. *Ouid. epist. 12. Heroidum.*

At quantùm impermissa nocet visio, prodest tantùm honesta. Quantum igitur tam sancta non proderit Illius, *n. in quem desiderant Angeli prospicere?* Verè, (si velint tantum,) *o. beati oculi, qui vident, quæ vos videtis.* Quare, dum in processiones procedis, aude & metue, *p. & respice in faciem Christi tui:* & expertus dices: *Quoniam melior est dies vna in atrijs tuis super millia.* Senties & dices: n. 1. *Petr.* 1. *v.* 12. o. *Luc.* 10. *v.* 23. p. *Psal.* 83. *v.* 10.

Vt vidi; vt vixi: vt mihi me pius extulit ardor.

Sensit id qui cecinit: *q. Nunc dimitte seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei* SALVTARE *tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum.* q. *Luc.* 2.

Atq; ea causa ante faciem omnium in processionibus nostris. Idem præferre amamus SALVTARE, ac oculis conspicari, ore benedicere, credere corde, toto affectu venerari, sub tecto, sub die, inque publico adorare latreuticõs.

Quinta causa, Vt hac tam illustri & eximia venerationis Pompâ velut supplementum earum præste- 5 Ad supplendum defectus alias commissos.

præstemus negligentiarum, quas in tanto S
cramento frigidius subinde colendo admisim
In Fraternitate multa, sit laus Deo, est Comm
nio, adoratio quotidiana; & plurima inter
mortalium, optimorum etiam, imperfectio :
r. Jac. 3. v. 2. deoq; *r in multis offendimus omnes*; vt *s cum*
s. Luc. 17. v. 10. *mnia fecerimus*, dicere habeamus : *serui inuti*
sumus. Hisce defectibus velut resarciendis, m
nus, cultus ille publicus, Deo offertur mul
gratissimum, simul & pretiosissimum. Accip
t. Vrb. IV. in Bulla: Transiturus de hoc mundo, &c. quod de hoc diuinè, vt omnia, Vrbanus Pa
IV. ita tradidit. *t Potissimè exequendum est er*
hoc viuificum Sacramentum Corporis, & Sanguin
Jesv Christi, *vt festiuitate & celebrita*
præfulgeat speciali: quatenus in eo, quod in ali
Missarum Officijs circa solennitatem est forsitan præ
termissum, deuota diligentia suppleatur; & Fidele
festiuitate, ipsa instante, intra se præterita memoran
tes, id, quod in ipsis Missarum solennijs, sæcularibu
forsitan agendis impliciti, aut aliàs ex negligentia, ve
fragilitate humana minus plenè gesserunt; nunc at
tentè, in humilitate spiritus, & animi puritate re
staurent. Hæc Papa optimus de omninò op
timo defectuum supplemento. Hoc agit no
stra Fraternitas; cum sua obitur illi, & ambitu
tam festa V. Sacramenti solennitas.

VI. Sed & alia istius est ipsi *causa*, quam hîc
6. Ob Fraternitatem Nominis Dei contra iuraměta. annectam; quamq; ipsa sibi, bono suo optimo,
peperit Rosarij Alma Cultrix Fraternitas. Ce-
lebrata est per Italiam; & Hispaniam, quæ-
dam Fraternitas Sanctissimi Nominis Dei, vel
Jesv, nuncupata *u* Hæc germana Soror est il-
u. Conrad. Sittardus in Rosarij libello cap. 4. lius Societatis de V. Sacramento : vnius autem
vtraq; Filia est matris, Fraternitatis de Rosario.
Colit illam, comitque iam diu, fouet atq; su-
stentat Prædicatorius Ordo : deq; ea tam præ-
claré

clarè meritus eſt; vt Pius V. eam ſolius Ordinis noſtri propriam eſſe, perpetuamque velit, iubeat x. Conſentiunt Pio, conſciſcuntque; volunt, iubent idem conſecuti ipſum Pontifices. Neque cuiquam alij licet eam vel inſtituere, vel adminiſtrare præterquam dicti iam Ordinis Religioſis. Habent hi autem ampliſſimis eam cumulatam indulgentijs, facultatibus inſtructam, munitam priuilegijs.

x *Pius. V. in Bulla:* I*niunctum nobis, &c. anno* 1564. 4. *Idus Apr.*

Quod illius ſit Inſtitutum, quæris? *Diligenter cauere,* Scribit Pius V. *ne vel ipſi*, Confratres eiuſdem, *vel alij coram eis aliquo modo, niſi ob cauſam grauiſſimam, iurarent: & contrà facientes modeſtè admonere*: Vt non blaſphemetur Nomen Dei in nobis. In omnibus verò, blaſphemiâ in ſanctiſſimum Sacramentum, num quæ paſsim, (malum! familiarior? Vt etiam iurandi execrabilis familiaritas iam penè animis piaculi religionem ademerit. Cui malo peſsimo occurrere, per Fraternitatem Iuramenti inſtituendam, primùm in mentem venit, immittente DEO, Prædicatoribus. Hi autem quos haberent in eam conſcribendam, priores aut proniores, Confratribus ſuis Roſarij non experiebantur. Quo factum, vt Roſarij Fraternitas & noui partus, Filialis nimirum Fraternitatis, aduerſus iuramenta natæ, fieret mater; & nouam ſimul cauſam ſibi inueniret planeque propriam vel ſanctius, vel conſtantius venerandi Sanctiſsimum Sacramentum.

VII. *Cauſa* procedendi cum vnico ſalutis noſtræ pignore, eſt pia recordatio vitæ in terris Marianæ: in qua MARIAE filij Confratres deuotè recolimus itationes, ac rebitationes, quibus ſubinde Dei Genitrix dulce pignus ſuum, Filium Dei, non ſine myſterio vel circumferebat, vel ſecum ducebat, vel comitabatur. Et quidem

7 Ob MARIÆ proceſsionū ſimilitudines recolendas.

dem vt primùm in principio erat VERBV
CARO FACTVM, Ipſa Virgo tanta quant
quid erat aliud, quàm ex auro optimo chari
matum, arte manuque Dei faberrimè factu
ferculum Dei, ſeu, vt uocant, ſacra monſtranti
Et verò talis, quæ

y Nec primam ſimilem viſa eſt, nec habere ſequentē
Vna columba mea eſt, Soror mea Sponſa MARIA

I. Hæc iam plena Deo z. *Exurgens MARIA, in diebus illis, abijt in montana, cum feſtinatione, in*
y *Luc.* 1.39. *ciuitatem Iudæ* Cariatharben. An non hæc proceſſio? Et cũ Eo, inquã, inviuo vteri virginei paſtophorio corpoaliter exiſtente, qui hodieq; à nobis ſupplicabundis circumfertur in Sacramẽto? Quæ enim pars illi deeſſe proceſſioni poterat, in qua Regina cæli procedebat, & Regem Angelorum ſecum efferebat? Nemini tam impio eſſe licet, quin, ſi illud, vt debet, etiam hoc credat; Reginæ, Regique comites fuiſſe miniſtros Angelos; nec minori, quàm quâ in cælis illi aſſiſtunt, cum reuerentia & applauſu: dicente Apoſtolo: a *Cùm iterum introduxit Primogenitum in orbem terræ; dicit: Et adorent eum omnes Angeli Dei.* Prædicente Propheta: b *Angelis ſuis manda-*
a *Heb.* 1. 6. *uit de te, vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis.* Felix
b *Pſal.* 19. proceſſio Virginis: Namque
v. 11.
c *Sidon. in Panegyr. Maioriani.*

c ——*Vbertas ſequitur, quacunq; propinquat,*
Inceſſu fœcundat iter, comitataq; greſſum
Læta per impreſſas rorat vindemia plantas.

Et verò vbi ventum erat in ſtationis locum, Sacerdotis domum Zachariæ; hîc qui cantus auditi Deiferæ Mariæ? qui applauſus Eliſabethæ? quæ Præcurſoris exultatio?

II. Sed nec illa Virginis cum Sponſo Joſepho in Bethlehem profectio proceſſioni cuidã multum abſimilis videri poteſt: quâ ſtabulum vertit

tit in templum; in quâ Æternogenitus DEVS in lucem editur Primogenitus puer: ad quam concinunt Angelorum Chori; iussi conueniunt pastores ouium; euocati adsunt Orientis Reges: omnes obsequia deferunt, & debita, nouellæ præstant religionis Christianæ officia.

III. Quid ego de CHRISTI in templo præsentatione dicam? *e.* Ex natali Stabulo, siue ex Bethlehem progreditur Virgo; comitatur iustus Joseph; effertur Filius hominis & DEI; infertur in Templum; sistitur Domino, offertur DEO; occurritur illi ab Simeone, & Anna: Ille canit: *Nunc dimitte, &c.* hæc prophetat: vterque DEVM benedicunt: obstupescunt omnes rei gestæ miraculo & spectaculo. De quo ita Sanctus Bernardus: *f. Offerunt Joseph & MARIA sacrificium laudis, sacrificium matutinum; Simeon & Anna suscipiunt. Ab his quatuor celebrata Processio est, quæ per quatuor orbis climata, solennibus hodie gaudijs ad memoriam reuocatur.* Ergò verè illa Theophoria fuit Virginis.

IV. Nec fortè minus ista *g.* eiusdem fuga in Ægyptum cum puero & Josepho. Quibus, teste Sozomeno, *h.* Hermoplim aduenientibus arbos, quamuis maxima, se curuatam ad solum vsq; inflexit; magnis pòst clara consanationum miraculis. Ipsis tota Ægypto collapsa cesserunt simulacra. *i.* Terra ipsis balsamum profudit k & odores. Quantò igitur verius de illa processionali fuga istud Claudianum. *l.*

Quà properat, veris sequitur color, omnis in herbas
Turget humus: medicq; patent conuexa Sereno:
Sanguineo splendore rosas, vaccinia nigro
Imbuit, & dulci violas ferrugine pingit.

d. *Luc. 2. v. 4.*
e. *Ibid. v. 22 vide Serariũ de process. lib. 2 cap. 3.*
f. S. *Bern. serm. 2. de Purific.*
g. *Matth. 2. v. 14.*
h. *Sozom. histor. lib. 5. c. 21. & Niceph. ex ipso libr. 10. c. 31. Cæs. Baron. Annal to. 1. anno 1. §. 43*
i. *Isa 19. v. 1. Euseb de demonst. lib. 6. cap. 22. Athanas. li. de Incarn. Verbi. Orig. ho. 3. diuers.*
k *Burchar. in descript. Terræ Sanctæ parte 2. cap. 4.*
l. *Claudi lib. 2. de raptu. Proserpinæ. lib. de nuptiis Palladij & Celerinæ.*

Prosequitur volucer latè comitatus euntem. *Cælestium alituum comitatus*, & pergit Delrio, m. *Reginam suam in hymnis & canticis deducentium, &c.*

m. *Martin. Del. in Floridis de Visit orat.* 3.

V. Annon processio erat Parentum JESV cum Puero duodenni; quando adoratum n. *ibant, secundum consuetudinem, per omnes annos in Ierusalem, in die solenni Paschæ?*

n. *Luc.* 2. *v.* 41.

VI. Quam officij, deuotionis religionisque partem omisit Virgo; quando cum Filio, Apostolorumq; comitatu Judæam omnem & Galilæam obibat? Quæ si minus videri processiones queant, nostrarum tamen exemplar esse processionum videri possunt.

VII. Denique quis neget illam Virginis tam piam & sanctam, quàm luctuosam fuisse processionem; quando Mater, Cruce præeunte, Filium suum istius baiulum sequebatur dolorosa? quando sub Cruce stabat lacrymosa? quando de Cruce refixum in sinu gerebat luctuosa? quando eum tumulo inferebat Mater desolata?

Quarum ad memoriam processionum Almæ Virginis ita retrò nostras referimus; vt Seruatori tamen Ipsi earum honorem & cultum potissimum deferamus. Et exemplo quidem Matris, quæ suis istis stationibus eidem seruiebat.

8. Ob Christi processionales peregrinationes.

VIII. Quin exemplum quoque Ipsius Seruatoris procedentis intuemur. Etenim, vt Nicolai Serarij verbis vtar: o. *Omnia* CHRISTI *Domini hac in terra, non cum Matre tantum, & Iosepho; sed cum Apostolis etiam, discipulisq; alijs itinera & peregrinationes, optimarum sanctissimarumque processionum instar fuere.* In *ijs enim sermo, silentium, omnia pura puta religio.*

o. *P. Serar. de Processionibus lib.* 1. *cap.* 3. §. 7.

Quan-

Quanquam, vt subijcit, *non tam processiones dicantur, quam processionum nostrarum exemplar: cùm ad illarum certè similitudinem atq; memoriam referantur hæ nostræ*; In istis quippe idem erat Ipse, qui in nostris: etsi modo non eodem. Ibi personaliter *in terris visus est, & cum hominibus* o. *conuersatus est, habitu* p. *inuentus vt homo, homo* q. DEVS CHRISTVS JESVS: Hîc autem realiter quidem adest præsens ipsissimus, at Sacramentaliter visitur in ænigmate, & fide colitur à nobis, qualis in charitate ab Angelis reuelata facie in cælis adoratur.

o. *Baruch.* 3 *v.* 38.
p. *Phil.* 2. *v.* 7.
q. 1. *Tim.* 2. *v.* 5.

Huius ergo processionales peregrinationes animis repetimus, quando nostras Illius honori circumducimus. Ad ipsum confluebant Judæi & Gentes; vnum venerabantur & adorabant.

Hæc agimus & nos, istaq; recolimus. Et quod ipsis erat profanis salutare; nobis, sanguine ipsius ablutis & sanctificatis, ne laudabile quidem fore per Nouatores Antichristianos licebit?

Plebis studia in Christum hic docentem.

Id temporis omnis populus glorificabat DEVM, & quem misit JESVM CHRISTVM, r. *Quia Propheta magnus surrexit in* populo; *& quia DEVS visitauit plebem suam.* s. *Et miratæ sunt turbæ, dicentes: Nunquam apparuit sic in Israel,* ss. *Et tantò magis plus prædicabant, & eò amplius admirabantur, dicentes: Benè omnia fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui.* Et iterum t. *Glorificabant DEVM, qui dedit potestatem talem hominibus.* Ea propter u. *Omnis turba quærebat eum tangere; quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes.* Talia inquam, cum patraret Christus; talia cum acclamaret illi populus, tam penè post eũ sequax, quàm ad eũ confluus;

r. *Luc.* 7. *v.* 16.
s. *Matth.* 7. *v.* 33.
ss. *Mar.* 7. *v.* 37.
t. *Matth.* 9. *v.* 8.
u. *Luc.* 6. *v.* 19.

pariter certè admirabundus, venerabundus pl[ur]imus, multus etiam adorabundus: Talia cù[m] diuina omnia videret vtrinq; à CHRISTO, a[t]que populo geri, & inuideret Principum obst[i]natus liuor, dicens x. *Quid faciemus? Quia h[ic] homo multa signa facit. Si dimittimus eum sic, om[]nes credent in eum,* y. *Videtis, quia nihil profici[]mus? Ecce mundus totus post eum abit.* Quin & Gentiles *qui ascenderant, vt adorarent in die festo,* aiunt: z. *Volumus* JESVM *videre.* JESVS *autem respondit: Venit hora, vt clarificetur Filius hominis;* Ista, inquam talia cum gerebantur; eadem reipsa erant, qualia in nostris hodie processionibus repræsentantur.

Principūq; odia.

x. Ioan. 11. v. 47.

y. Ioan. 12. v. 19.

z. Ibid, v. 23

Quid facimus? Quia inquam, hic homo DEVS CHRISTVS JESVS vel in solo V. Sacramento, (vt alia sileam omnia,) multa signa facit; ideò cum Eo in publicum procedimus,

Nostræ cū ipso processiones triumphales.

Hoc facimus. Ipsi ouamus; Ipsi pompam festam, atque triumphum ducimus; Ipsum laudibus in cælum vehimus; Ipsi concinimus; ad Ipsum clamamus Kyrie eleyson; Ipsum adoramus, a. JESV, *Fili Dauid, miserere nobis:* Ipsi acclamamus, b. *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi; Parce nobis Domine:* Ipsi denique c. aulæa vestimenta substernimus; frondes de arboribus cædimus, ac vias insternimus; flores spargimus, incendimus faces, odores accendimus, vexillum Crucis præferimus; quique præeunt, quique sequuntur, clamant: *Benedictus qui venit in nomine Domini: Benedictum, quod venit regnum Patris nostri Dauid. Hosianna in excelsis.* Et cùm procedimus, cumque insistimus d *gaudentes laudare Deum voce magna, super omnibus, quas vidimus, virtutibus; quidam* ecce Hæreticorum *de turbis* adhuc aude-

a. Marc. 10. v. 47.

b. Joan. 1. v. 29.

c. Marc. 11. v. 8.

d. Luc. 19. v. 38.

audebunt, & dicent, *ad Illum: Magiſter, increpa diſcipulos tuos?* At verò I*pſe ait; Dico vobis: quia ſi hi tacuerint, lapides clamabunt.*

Verùm deflenda, non inſectanda eſt hæreticorum in maligno poſita natio: *Quia ſi cognouiſſes & tu, & quidem in hac die tua: quæ ad pacem tibi,* quia in proceſſionibus noſtris pro conuerſione tua ſupplicamus: *Nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis;* & odio odiſti nos gratis e. à te *maledicimur, f. & benedicimus; perſecutionem patimur, & ſuſtinemus: blaſphemamur, & obſecramus.* Et obſecrabimus non deficientes; vſque dum in bono malum vincamus, per illum, quem ea cauſa in noſtris proceſſionibus ſupplices circumferimus, JESVM CHRISTVM: perque illam, cuius, poſt hunc, ſub nomine congregamur, & habitamus Fratres in vnum, vt cor vnum & anima vna; Virginem DEIPARAM MARIAM: Amen.

Hæreticis licet fermentibus. e. *Pſal.* 34. *v.* 19. f. 1. *Cor.* 4. *v.* 12. Et nobis pro ijſdem ſupplicantibus.

IX *Cauſa* noſtræ in proceſſionibus theophophoriæ eſt Fidei noſtræ publica confeſſio. Atq; hanc, ſicut & antecedentem, proximeq; ſecuturam cauſam, communem cum Eccleſia habemus. Eſt ea nihilominus tamen quodam modo nobis propria, atque inde vſque ab ipſo Fraternitatis noſtræ primordio. Notum eſt, & dictum iam ſæpius, occaſione Albigenſium coortæ graſſantiſque latè hæreſios, Orationum, Sacramentorumque, in primis Corporis CHRISTI ac Miſſarum contemtricis; ortam cœpiſſe Fraternitatem hanc ex profeſſo mirè cultricem vtriuſq; cùm Orationis, tum Euchariſtiæ; Id quod vel ipſo hoc titulo ſuo ROSARII præfert, ac verè præſtat.

9. Ob fidei proteſtationem.

Hæc hæreſi Fraternitas ex diametro aduerſa conſiſtens, frontem fronti, aciem aciei ob-

net peruetus illud: *Adora; deinde manduca.* Quniam qui adorat hoc Sacramentum, is se comp rat ad dignè sumendum.

Hinc certè illam in Festo corporis Christi v lere processionem oportere vult Vrbanus III ita dum admonet: g. *Exhortantes, vt per veram puram Confessionem, eleemosynarum largitionen attentas & sedulas orationes, & alia deuotionis & p etatis opera* TALITER SE STVDEANT PRÆ PARARE, *quòd huius pretiosissimi Sacramenti m reantur fieri participes* ILLA DIE, *possintqu Ipsum suscipere reuerenter; ac eius virtute augmen tum consequi gratiarum.* In processione igitu adoratur; vt in Communione dignius suma tur.

g *Clementinarum lib. 3. tit. 19.*

Res gesta mouet.

Sunt exhortationes ardentes, sunt piæ lectione, sunt meditationes deuotæ; quibus vis inest permagna ad accendendum communicandi feruorem. Veruntamen nescio quid ignis habeat, aut aculei, præ istis heroicus ille procedendi actus. Hoc scio, hoc persentisco, quod D. Bernardus inquit. h. *Validior operis, quàm oris vox est.* Id adeò in caute illa Marpesia, & plusquã adamantino Duce quondam Aquitaniæ Guilielmo expertus est ipse Bernardus: cuius eloquentiæ vis tanta, vt non iam in labris eius Suadam sessitasse, sed Suadam eum fuisse, Suadæquã medullam, recte dici possit. Illâ penè inuitos trahebat orbẽ, regebat orbẽ: præferocẽ tamẽ Guilielmũ nihil ab obstinatione flectere quibat. Ergo i vltima mouet. Quod vnũ erat super validissimũ, hoc illi admouet. Sanctissimum Sacramentum, aris operatus ipse prius, in manus sumit; cum hoc procedit leo obuius leoni: Leonem prosternit. Neque magnanimo sat erat tantum prostrasse leoni; sed insuper agnum ex leone, ex Saule Paulum

h *S. Ber. in Cantica. ser. 59.*

i *Theobaldus Episc. apud Laurentium 10. Febr.*

lum efficiebat Nimirum ea vis est præsentis Sacramenti altaris. Benè ille:

k. *Segnius irritant animos demissa per aures,*
Quàm quæ sunt oculis subiecta fidelibus, & quæ
Ipse sibi tradit spectator.

k *Horat. in arte Rhet.*

Benè & verè sic Ethnicus; at optimè Pontifex Vrbanus IV. *l. Cuius donum vel munus frequentius aspicitur; huius memoria strictius retinetur.* Tantum *Vidisse iuuabit.* Vidit ille, sed aliud; & malè suo deperibat oculo captus nequam & illaqueatus, suæ ipse & miseriæ & malitiæ testis qui canebat:

l. *Vbi supr.*

m. *Vt vidi; vt perij: vt mihi me malus abstulit error.*

m. *Ouid. epist. 12. Heroidum.*

At quantùm impermissa nocet visio, prodest tantùm honesta. Quantum igitur tam sancta non proderit Illius, *n. in quem desiderant Angeli prospicere?* Verè, (si velint tantum,) *o. beati oculi, qui vident, quæ vos videtis.* Quare, dum in processiones procedis, aude & metue, *p. & respice in faciem Christi tui:* & expertus dices: *Quoniam melior est dies vna in atrijs tuis super millia.* Senties & dices:

n. 1. *Petr.* 1. *v.* 12.
o. *Luc.* 10. *v.* 23.
p. *Psal.* 83. *v.* 10.

Vt vidi; vt vixi: vt mihi me pius extulit ardor.

Sensit id qui cecinit: *q. Nunc dimitte seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei* SALVTARE *tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum.*

q. *Luc.* 2.

Atq; ea causa ante faciem omnium in processionibus nostris. Idem præferre amamus SALVTARE, ac oculis conspicari, ore benedicere, credere corde, toto affectu venerari, sub tecto, sub die, inque publico adorare latreuticōs.

5. Ad supplendum defectus alias commissos.

Quinta causa, Vt hac tam illustri & eximia venerationis Pompâ velut supplementum earum præste-

præstemus negligentiarum, quas in tanto Sa-
cramento frigidius subinde colendo admisimu
In Fraternitate multa, sit laus DEO, est Commu
nio, adoratio quotidiana; & plurima interir
mortalium, optimorum etiam, imperfectio: a
r. Jac. 3. v. 2. deoq; *r in mul: is offend mus omnes;* vt *s cum o*
s. Luc. 17. v. 10. *mnia fecerimus*, dicere habeamus: *serui inutile*
sumus. Hisce defectibus velut resarciendis, mu
nus, cultus ille publicus, DEO offertur multò
gratissimum, simul & pretiosissimum. Accipe
t. Vrb. IV. in Bulla: Transiturus de hoc mundo, &c. quod de hoc diuinè, vt omnia, Vrbanus Papa
IV. ita tradidit. *t Potissimè exequendum est ergà
hoc viuificum Sacramentum Corporis, & Sanguinis
JESV CHRISTI, vt festiuitate & celebritate
præfulgeat speciali: quatenus in eo, quod in alijs
Missarum Officijs circa solennitatem est forsitan præ-
termissum, deuota diligentia suppleatur; & Fideles,
festiuitate, ipsa instante, intra se præterita memoran-
tes, id, quod in ipsis Missarum solennijs, sæcularibus
forsitan agendis impliciti, aut aliàs ex negligentia, vel
fragilitate humana minus plenè gesserunt; nunc at-
tentè, in humilitate spiritus, & animi puritate re-
staurent.* Hæc Papa optimus de omninò op-
timo defectuum supplemento. Hoc agit no-
stra Fraternitas; cum sua obitur illi, & ambitur
tam festa V. Sacramenti solennitas.

VI. Sed & alia istius est ipsi *causa*, quam hîc
6. Ob Fraternitatem Nominis Dei contra iuramēta. annectam; quamq; ipsa sibi, bono suo optimo,
peperit Rosarij Alma Cultrix Fraternitas. Ce-
lebrata est per Italiam; & Hispaniam, quæ-
dam Fraternitas Sanctissimi Nominis DEI, vel
JESV, nuncupata *u* Hæc germana Soror est il-
u. Conrad. Sittardus in Rosarij libello cap. 4. lius Societatis de V. Sacramento: vnius autem
vtraq; Filia est matris, Fraternitatis de Rosario.
Colit illam, comitque iam diu, fouet atq; su-
stentat Prædicatorius Ordo: deq; ea tam præ-
clarè

clarè meritus est; vt Pius V. eam solius Ordinis nostri propriam esse, perpetuamque velit, iubeat *x*. Consentiunt Pio, consciscuntque; volunt, iubent idem consecuti ipsum Pontifices. Neque cuiquam alij licet eam vel instituere, vel administrare, præterquam dicti iam Ordinis Religiosis. Habent hi autem amplissimis eam cumulatam indulgentijs, facultatibus instructam, munitam priuilegijs.

x *Pius. V. in Bulla:* I*niunctum nobis,&c. anno* 1564. 4. *Idus Apr.*

Quod illius sit Institutum, quæris? *Diligenter cauere,* Scribit Pius V. *ne vel ipsi,* Confratres eiusdem, *vel alij coram eis aliquo modo, nisi ob causam grauissimam, iurarent: & contrà facientes modestè admonere:* Vt non blasphemetur Nomen Dei in nobis. In omnibus verò, blasphemiâ in sanctissimum Sacramentum, num quæ passim, (malum! familiarior? Vt etiam iurandi execrabilis familiaritas iam penè animis piaculi religionem ademerit. Cui malo pessimo occurrere, per Fraternitatem Iuramenti instituendam, primùm in mentem venit, immittente DEO, Prædicatoribus. Hi autem quos haberent in eam conscribendam, priores aut proniores, Confratribus suis Rosarij non experiebantur. Quo factum, vt Rosarij Fraternitas & noui partus, Filialis nimirum Fraternitatis, aduersus iuramenta natæ, fieret mater; & nouam simul causam sibi inueniret planeque propriam vel sanctius, vel constantius venerandi Sanctissimum Sacramentum.

VII. *Causa* procedendi cum vnico salutis nostræ pignore, est pia recordatio vitæ in terris Marianæ: in qua MARIAE filij Confratres deuotè recolimus itationes, ac rebitationes, quibus subinde Dei Genitrix dulce pignus suum, Filium Dei, non sine mysterio vel circumferebat, vel secum ducebat, vel comitabatur. Et quidem

7 Ob MARIÆ processionū similitudines recolendas.

dem vt primùm in principio erat VERBVM CARO FACTVM, Ipsa Virgo tanta quanta, quid erat aliud, quàm ex auro optimo charismatum, arte manuque Dei faberrimè factum ferculum Dei, seu, vt uocant, sacra monstrantia? Et verò talis, quæ

y *Nec primam similem visa est, nec habere sequentē.*
Vna columba mea est, Soror mea Sponsa MARIA.

I. Hæc iam plena Deo z. *Exurgens MARIA, in diebus illis, abijt in montana, cum festinatione, in ciuitatem Iudæ* Cariatharben. An non hæc processio? Et cū Eo, inquā, inviuo vteri virginei pastophorio corpoaliter existente, qui hodieq; à nobis supplicabundis circumfertur in Sacramēto? Quæ enim pars illi deesse processioni poterat, in qua Regina cæli procedebat, & Regem Angelorum secum efferebat? Nemini tam impio esse licet, quin, si illud, vt debet, etiam hoc credat; Reginæ, Regique comites fuisse ministros Angelos; nec minori, quàm quâ in cælis illi assistunt, cum reuerentia & applasu: dicente Apostolo: a *Cùm iterum introduxit Primogenitum in orbem terræ; dicit: Et adorent eum omnes Angeli Dei.* Prædicente Propheta: b *Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis.* Felix processio Virginis: Namque

y *Luc.* 1. 39.

a *Heb.* 1. 6.
b *Psal.* 19. *v.* 11.
c *Sidon. in Panegyr. Maioriani.*

c ——*Vbertas sequitur, quacunq; propinquat,*
Incessu fœcundat iter, comitatq; gressum
Læta per impressas rorat vindemia plantas.

Et verò vbi ventum erat in stationis locum, Sacerdotis domum Zachariȩ; hîc qui cantus auditi Deiferæ Mariæ? qui applausus Elisabethæ? quæ Præcursoris exultatio?

II. Sed nec illa Virginis cum Sponso Josepho in Bethlehem profectio processioni cuidā multum absimilis videri potest: quâ stabulum vertit

tit in templum; in quâ Æternogenitus DEVS in lucem editur Primogenitus puer: ad quam concinunt Angelorum Chori; iussi conueniunt pastores ouium; euocati adsunt Orientis Reges: omnes obsequia deferunt, & debita, nouellæ præstant religionis Christianæ officia.

III. Quid ego de CHRISTI in templo præsentatione dicam? *e.* Ex natali Stabulo, siue ex Bethlehem progreditur Virgo; comitatur iustus Joseph; effertur Filius hominis & DEI; infertur in Templum; sistitur Domino, offertur DEO; occurritur illi ab Simeone, & Anna: Ille canit: *Nunc dimitte, &c.* hæc prophetat: vterque DEVM benedicunt: obstupescunt omnes rei gestæ miraculo & spectaculo. De quo ita Sanctus Bernardus: *f. Offerunt Joseph & MARIA sacrificium laudis, sacrificium matutinum; Simeon & Anna suscipiunt. Ab his quatuor celebrata Processio est, quæ per quatuor orbis climata, solennibus hodie gaudijs ad memoriam reuocatur.* Ergò verè illa Theophoria fuit Virginis.

IV. Nec fortè minus ista *g.* eiusdem fuga in Ægyptum cum puero & Josepho. Quibus, teste Sozomeno, *h.* Hermoplim aduenientibus arbos, quamuis maxima, se curuatam ad solum vsq; inflexit; magnis pòst clara consanationum miraculis. Ipsis tota Ægypto collapsa cesserunt simulacra. *i.* Terra ipsis balsamum profudit *k.* & odores. Quantò igitur verius de illa processionali fuga istud Claudianum. *l.*

Qua properat, veris sequitur color, omnis in herbas
Turget humus: medioq; patent conuexa Sereno:
Sanguineo splendore rosas, vaccinia nigro
Imbuit, & dulci violas ferrugine pingit.

d. *Luc.* 2. *v.* 4.
e. *Ibid. v.* 22 *vide Serariũ de process. lib.* 2 *cap.* 3.
f. S. *Bern. serm.* 2. *de Purific.*
g. *Matth.* 2. *v.* 14.
h. *Sozom. histor. lib.* 5. *c.* 21. *& Niceph. ex ipso libr.* 10. *c.* 31. *Caes. Baron. Annal to.* 1. *anno* 1. §. 43
i. *Isa* 19. *v.* 1. *Euseb de demonst. lib.* 6. *cap.* 22. *Athanas. li. de* Incarn. *Verbi. Orig. ho.* 3. *diuers.*
k *Burchar. in descript. Terræ Sanctæ parte* 2. *cap.* 4.
l. *Claudi lib.* 2. *de raptu. Proserpinæ. lib. de nuptiis Palladij & Celerinæ.*

Prosequitur volucer latè comitatus euntem. *Cælestium alituum comitatus*, & pergit Delrio, *Reginam suam in hymnis & canticis deducentiu* *&c.*

m. Martin. Del. in Floridis de Visit orat. 3.

V. Annon processio erat Parentum JES cum Puero duodenni; quando adoratum *ibant, secundum consuetudinem, per omnes annos Ierusalem, in die solenni Paschæ?*

n. Luc. 2. v. 41.

VI. Quam officij, deuotionis religionisq partem omisit Virgo; quando cum Filio, Apo stolorumq; comitatu Judæam omnem & Gali læam obibat? Quæ si minus videri processio nes queant, nostrarum tamen exemplar ess processionum videri possunt.

VII Denique quis neget illam Virginis tam piam & sanctam, quàm luctuosam fuisse processionem; quando Mater, Cruce præeunte, Filium suum istius baiulum sequebatur dolorosa? quando sub Cruce stabat lacrymosa? quando de Cruce refixum in sinu gerebat luctuosa? quando eum tumulo inferebat Mater desolata?

Quarum ad memoriam processionum Almæ Virginis ita retrò nostras referimus; vt Seruatori tamen Ipsi earum honorem & cultum potissimum deferamus. Et exemplo quidem Matris, quæ suis istis itationibus eidem seruiebat.

8. Ob Christi processionales peregrinationes.

VIII. Quin exemplum quoque Ipsius Seruatoris procedentis intuemur. Etenim, vt Nicolai Serarij verbis vtar: o. *Omnia* CHRISTI *Domini hac in terra, non cum Matre tantum, & Iosepho; sed cum Apostolis etiam, discipulisq; alijs itinera & peregrinationes, optimarum sanctissimarumque processionum instar fuere. In ijs enim sermo, silentium, omnia pura puta religio.*

o. P. Serar. de Processionibus lib. 1. cap. 3. §. 7.

Quan-

Quanquam, vt subijcit, *non tam processiones dicantur, quam processionum nostrarum exemplar: cùm ad illarum certè similitudinem atq; memoriam referantur hæ nostræ;* In istis quippe idem erat Ipse, qui in nostris: etsi modo non eodem. Ibi personaliter *in terris visus est, & cum hominibus* o. *conuersatus est, habitu* p. *inuentus vt homo, homo* q. DEVS CHRISTVS JESVS: Hîc autem realiter quidem adest præsens ipsissimus, at Sacramentaliter visitur in ænigmate, & fide colitur à nobis, qualis in charitate ab Angelis reuelata facie in cælis adoratur.

o. *Baruch.* 3 *v.* 38.
p. *Phil.* 2. *v.* 7.
q. 1. *Tim.* 2. *v.* 5.

Huius ergo processionales peregrinationes animis repetimus, quando nostras Illius honori circumducimus. Ad ipsum confluebant Judæi & Gentes; vnum venerabantur & adorabant.

Hæc agimus & nos, istaq; recolimus. Et quod ipsis erat profanis salutare; nobis, sanguine ipsius ablutis & sanctificatis, ne laudabile quidem fore per Nouatores Antichristianos licebit?

Plebis studia in Christum hic docentem.

Id temporis omnis populus glorificabat DEVM, & quem misit JESVM CHRISTVM, r. *Quia Propheta magnus surrexit in* populo; *& quia DEVS visitauit plebem suam.* s. *Et mirata sunt turbæ, dicentes: Nunquam apparuit sic in Israel,* ss. *Et tantò magis plus prædicabant, & eò amplius admirabantur, dicentes: Benè omnia fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui.* Et iterum t. *Glorificabant DEVM, qui dedit potestatem talem hominibus.* Ea propter u. *Omnis turba quærebat eum tangere; quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes.* Talia inquam, cum patraret Christus; talia cum acclamaret illi populus, tam penè post eũ sequax, quàm ad eũ confluus;

r. *Luc.* 7. *v.* 16.
s. *Matth.* 7. *v.* 33.
ss. *Mar.* 7. *v.* 37.
t. *Matth.* 9. *v.* 8.
u. *Luc.* 6. *v.* 19.

firmant vt Julius III. anno 1551. Paulus IV no 1561; Pius IV. anno 2 sui Pontificatus: uent hi omnes; sed promouent nihil. Itaqu vltimum *e.* PIVS V. non solum Rosarij Fra nitates solis Prædicatorum Ecclesijs add proprias; sed omnes etiam alubi constitu quàm apud Prædicatores, & absq; eorum luntate institutas abrogat, & annullat: Qui de cætero instituendas absq; Ordinis nostri missu, seuerissimè prohibet, omnibusq; spo indulgentijs: Simul dat negotium Reueren simo P. Generali, vt hanc suam Constituti sanctè obseruari curet. Atq; hanc etiam prou ciam cũ speciali commissione P. Ambrosio S uio demandat. Ita, quæ deserto alueario se ratim nidificantes siluescebant apes, extinc esse desierunt. Ordo noster in suis Ecclesi colere pergebat suam Rosarij; illam verò V. S cramenti Fraternitatem in Parochijs; huius administrationem nihil attingebat: omnem,(alias semper,) Parochis relinquebat. Raresc re demum illa cœpit, ac tantum non exarescer Vnum illius Augusta Vindelicorum hodieq; re tinet eximium florem, teste Gretsero *f.*

e. Pius V. in Bulla: Inter desiderabilia, anno 1569. die 29 Junij.

f. Iac. Gret. de sacris Processionibus lib. 1. cap. 16.

Quæ ego de Fraternitate V. Sacramenti e hîc refero; vt intelligatur ex nostra Rosarij Co rona genitrice eam prognatam exiuisse, vt vo cant, Filialem. Eam omninò Confratrum in Rosario feruentior aduersus Eucharistiam pie tas genuit atq; latria. Neq; hanc isti ceu propriam sibi deseruerunt; etsi V. Sacramenti Fraternitates paulatim expirarent. Quin imò suas cum hoc diuino Manna processiones constanter retinuerunt, hodieq; retentant.

3. Ad retũdendam hæreticorum calũniam.

Tertia causa Fraternitati nostræ propria, cur suis illud diuinum processionibus Ferculum præferat, est, vt Antidicomarianitis hæreticis reipsa

reipſa probet, longè ſe inferiori cultus gradu Matrem Dei, præ DEI Filio adorare Nimirum Hunc, vt Creatorem ac Redemtorem, Illam, vt creaturam, atq; redemtam. Ea propter in proceſſionibus Matri acclamat: S. *Maria, ora pro nobis*: Filio autem: *Kyrieleyſon, Fili redemtor mundi DEVS, miſerere nobis*: *Agnus Dei, qui tollis peccata mundi; parce nobis.* Si enim hanc calumniam velut facem contorqueant in Eccleſiam Mariomaſtyges noſtri; quòd, quem Matri ea defert, hunc DEI Filio detrahat honorem; quodque Illam præ Hoc veneretur: quantò eorundem grauiori patebit maledicentiæ Fraternitas MARIÆ, huius tota cultui deuota? At verò vt omnes intelligant, planiſſimèq; videant, ac ſentiant omnem Matris honorem ad Filij à nobis referri maieſtatem ac nomen; idcircò per Sanctiſſimam Euchariſtiam in proceſſionibus ſuis productam Confratres MARIÆ ſeſe cultores eſſe CHRISTI cumprimis profitentur.

Quarta cauſa huiuſce ritus circumferendi in Supplicationibus noſtris Corporis Chriſti eſt, eiuſdem nobis frequentata Synaxis cum præuia Exhomologeſi. Hæc enim duo ſunt, quæ in conditiones, conſequendis Indulgentijs, præſcriptas ſubinde veniunt; dum plenarias illas, proceſſionum gratiâ, Pontifices elargiuntur. Neque tamen ideò Synaxes agimus; (quanquã haud malè ideò poſſemus) quia tantæ ſunt condonationes factæ: Sed hæ factæ ſunt ideò, quia iſtas vltrò frequentamus. Et noſtra hæc Sanctiſſimi Corporis CHRISTI frequens communicatio cauſa eſt, vt in proceſſionibus ſit cordi nobis eiuſdem & veneratio. Atque iterum hæc veneratio velut Cos eſt, ad quam ſeſe noſtra exacuit in communicando deuotio. Secundum quod monet

4. Ob Cõmunionẽ frequentẽ.

S Euchariſtia adoratur, vt ſumatur.

net peruetus illud: *Adora; deinde manduca* C
niam qui adorat hoc Sacramentum, is se con
rat ad dignè sumendum.

Hinc certè illam in Festo corporis Christ
lere processionem oportere vult Vrbanus I
ita dum admonet: g. *Exhortantes, vt per veran*
puram Confessionem, eleemosynarum largition
attentas & sedulas orationes, & alia deuotionis &
etatis opera TALITER SE STVDEANT PR
PARARE, quòd huius pretiosissimi Sacramenti
reantur fieri participes ILLA DEI, possint
Ipsum suscipere reuerenter, ac eius virtute augm
tum consequi gratiarum. In processione igi
adoratur; vt in Communione dignius sum
tur.

g Clementinarum lib. 3. tit. 19.

Sunt exhortationes ardentes, sunt piæ lecti
ne, sunt meditationes deuotæ; quibus vis in
permagna ad accendendum communicandi fe
uorem. Veruntamen nescio quid ignis habea
aut aculei, præ istis heroicus ille procedendi a
ctus. Hoc scio, hoc persentisco, quod D. Berna
dus inquit. h. *Validior operis, quàm oris vox est.* I
adeò in caute illa Marpesia, & plusquã adamar
tino Duce quondam Aquitaniæ Guilielmo ex
pertus est ipse Bernardus: cuius eloquentiæ vi
tanta, vt non iam in labris eius Suadam sessitar
se, sed Suadam eum fuisse, Suadæque medullam
recte dici possit. Illâ penè inuitos trahebat orbẽ
regebat orbẽ: præferocẽ tamẽ Guilielmũ nihil al
obstinatione flectere quibat. Ergo i. vltima mo
uet. Quod vnũ erat super validissimũ, hoc illi ad-
mouet. Sanctissimum Sacramentum, atis opera-
tus ipse prius, in manus sumit; cum hoc proce-
dit leo obuius leoni: Leonem prosternit. Ne-
que magnanimo sat erat tantum prostrasse leo-
ni; sed insuper agnum ex leone, ex Saule Pau-
lum

Res gesta mouet.

h S. Ber. in Cantica. ser. 59.

i Theobaldus Episc. apud Laur. urium 10. Febr.

lum efficiebat. Nimirum ea vis est præsentis Sacramenti altaris, Benè ille:

k. *Segnius irritant animos demissa per aures,* k *Horat. in arte Rhet.*
Quàm quæ sunt oculis subiecta fidelibus, & quæ
Ipse sibi tradit spectator.

Benè & verè sic Ethnicus; at optimè Pontifex Vrbanus IV. *l. Cuius donum vel munus frequentius aspicitur; huius memoria strictius retinetur.* l. *Vbi supr.* Tantum *Vidisse iuuabit.* Vidit ille, sed aliud; & malè suo deperibat oculo captus nequam & illaqueatus, suæ ipse & miseriæ & malitiæ testis qui canebat:

m. *Vt vidi; vt perij: vt mihi me malus abstulit error.* m. *Ouid. epist. 12. Heroidum.*

At quantùm impermissa nocet visio, prodest tantùm honesta. Quantum igitur tam sancta non proderit Illius, *n. in quem desiderant Angeli prospicere?* n. 1. *Petr.* 1. *v.* 12. Verè, (si velint tantum,) *o. beati oculi, qui vident, quæ vos videtis.* o. *Luc.* 10. *v.* 23. Quare, dum in processiones procedis, aude & metue, *p. & respice in faciem Christi tui:* p. *Psal.* 83. *v.* 10. & expertus dices: *Quoniam melior est dies vna in atrijs tuis super millia.* Senties & dices:

Vt vidi; vt vixi: vt mihi me pius extulit ardor.

Sensit id qui cecinit: *q. Nunc dimitte seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei SALVTARE tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum.* q. *Luc.* 2.

Atq; ea causa ante faciem omnium in processionibus nostris. Idem præferre amamus SALVTARE, ac oculis conspicari, ore benedicere, credere corde, toto affectu venerari, sub tecto, sub die, inque publico adorare latreuticõs.

5 Ad supplendum defectus alias commissos.

Quinta causa, Vt hac tam illustri & eximia venerationis Pompâ velut supplementum earum præste-

præstemus negligentiarum, quas in tanto
cramento frigidius subinde colendo admisim
In Fraternitate multa, sit laus Deo, est Comm
nio, adoratio quotidiana; & plurima inte
mortalium, optimorum etiam, imperfectio
r. Jac. 3. v. 2. deoq; *r in multis offendimus omnes;* vt *s cum*
s. Luc. 17. v. 10. *mnia fecerimus,* dicere habeamus: *serui inut*
sumus. Hisce defectibus velut resarciendis, m
nus, cultus ille publicus, Deo offertur mul
gratissimum, simul & pretiosissimum. Acci
t. Vrb. IV. in Bulla: Transiturus de hoc mundo, &c. quod de hoc diuinè, vt omnia, Vrbanus Pa
IV. ita tradidit. *t Potissimè exequendum est er*
hoc viuificum Sacramentum Corporis, & Sanguin
Jesv Christi, vt festiuitate & celebrita
præfulgeat speciali: quatenus in eo, quod in al
Missarum Officijs circa solennitatem est forsitan pr
termissum, deuota diligentia suppleatur; & Fidele
festiuitate, ipsa instante, intra se præterita memoran
tes, id, quod in ipsis Missarum solennijs, secularib
forsitan agendis impliciti, aut aliàs ex negligentia, v
fragilitate humana minus plenè gesserunt; nunc at
tentè, in humilitate spiritus, & animi puritate re
staurent. Hæc Papa optimus de omninò op
timo defectuum supplemento. Hoc agit no
stra Fraternitas; cum sua obitur illi, & ambitu
tam festa V. Sacramenti solennitas.

6. Ob Fraternitatem Nominis Dei contra iuraméta. VI. Sed & alia istius est ipsi *causa*, quam hîc
annectam; quamq; ipsa sibi, bono suo optimo,
peperit Rosarij Alma Cultrix Fraternitas. Ce-
lebrata est per Italiam; & Hispaniam, quæ-
dam Fraternitas Sanctissimi Nominis Dei, vel
u. Conrad. Sittardus in Rosarij libello cap. 4. Jesv, nuncupata *u* Hæc germana Soror est il-
lius Societatis de V. Sacramento: vnius autem
vtraq; Filia est matris, Fraternitatis de Rosario.
Colit illam, comitque iam diu, fouet atq; su-
stentat Prædicatorius Ordo: deq; ea tam præ-
clarè

clarè meritus est; vt Pius V. eam solius Ordinis nostri propriam esse, perpetuamque velit, iubeat *x*. Consentiunt Pio, consciscuntque; volunt, iubent idem consecuti ipsum Pontifices. Neque cuiquam alij licet eam vel instituere, vel administrare præterquam dicti iam Ordinis Religiosis. Habent hi autem amplissimis eam cumulatam indulgentijs, facultatibus instructam, munitam priuilegijs.

x *Pius. V. in Bulla:* I*niunctum nobis,&c. anno* 1564. 4. *Idus Apr.*

Quod illius sit Institutum, quæris? *Diligenter cauere,* Scribit Pius V. *ne vel ipsi,* Confratres eiusdem, *vel alij coram eis aliquo modo, nisi ob causam grauissimam, iurarent: & contrà facientes modestè admonere:* Vt non blasphemetur Nomen Dei in nobis. In omnibus verò, blasphemiâ in sanctissimum Sacramentum, num quæ passim, (malum!) familiarior? Vt etiam iurandi execrabilis familiaritas iam penè animis piaculi religionem ademerit. Cui malo pessimo occurrere, per Fraternitatem Iuramenti instituendam, primùm in mentem venit, immittente DEO, Prædicatoribus. Hi autem quos haberent in eam conscribendam, priores aut proniores, Confratribus suis Rosarij, non experiebantur. Quo factum, vt Rosarij Fraternitas & noui partus, Filialis nimirum Fraternitatis, aduersus iuramenta natæ, fieret mater; & nouam simul causam sibi inueniret planeque propriam vel sanctius, vel constantius venerandi Sanctissimum Sacramentum.

VII. *Causa* procedendi cum vnico salutis nostræ pignore, est pia recordatio vitæ in terris Marianæ: in qua MARIAE filij Confratres deuotè recolimus itationes, ac rebitationes, quibus subinde Dei Genitrix dulce pignus suum, Filium Dei, non sine mysterio vel circumferebat, vel secum ducebat, vel comitabatur. Et quidem

7 Ob MARIÆ procesionū similitudines recolendas.

dem vt primùm in principio erat VERBVM CARO FACTVM, Ipsa Virgo tanta quanta, quid erat aliud, quàm ex auro optimo charissimatum, arte manuque Dei faberrimè factum ferculum Dei, seu, vt uocant, sacra monstrantia? Et verò talis, quæ

y *Nec primam similem visa est, nec habere sequentē.*
Vna columba mea est, Soror mea Sponsa MARIA.

I. Hæc iam plena Deo z. *Exurgens MARIA, in diebus illis, abijt in montana, cum festinatione, in ciuitatem Iudæ* Cariatharben. An non hæc processio? Et cū Eo, inquā, inviuo vteri virginei pastophorio corpoaliter existente, qui hodieq; à nobis supplicabundis circumfertur in Sacramēto? Quæ enim pars illi deesse processioni poterat, in qua Regina cæli procedebat, & Regem Angelorum secum efferebat? Nemini tam impio esse licet, quin, si illud, vt debet, etiam hoc credat; Reginæ, Regique comites iuisse ministros Angelos; nec minori, quàm quâ in cælis illi assistunt, cum reuerentia & applasu: dicente Apostolo: a *Cùm iterum introduxit Primogenitum in orbem terræ; dicit: Et adorent eum omnes Angeli Dei.* Prædicente Propheta: b *Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis.* Felix processio Virginis: Namque

y *Luc.* 1.39.

a *Heb.* 1. 6.
b *Psal.* 19. *v.* 11.
c *Sidon. in Panegyr. Maioriani.*

c ——— *Vbertas sequitur, quacunq; propinquat,*
Incessu fœcundat iter, comitataq; gressum
Læta per impressas rorat vindemia plantas.

Et verò vbi ventum erat in stationis locum, Sacerdotis domum Zachariç; hîc qui cantus auditi Deiferæ Mariæ? qui applausus Elisabethæ? quæ Præcursoris exultatio?

II. Sed nec illa Virginis cum Sponso Josepho in Bethlehem profectio processioni cuidā multum absimilis videri potest: quâ stabulum vertit

tit in templum; in quâ Æternogenitus DEVS in lucem editur Primogenitus puer: ad quam concinunt Angelorum Chori; iussi conueniunt pastores ouium; euocati adsunt Orientis Reges: omnes obsequia deferunt, & debita, nouellæ præstant religionis Christianæ officia.

III. Quid ego de CHRISTI in templo præsentatione dicam? *e.* Ex natali Stabulo, siue ex Bethlehem progreditur Virgo; comitatur iustus Joseph; effertur Filius hominis & DEI; infertur in Templum; sistitur Domino, offertur DEO; occurritur illi ab Simeone, & Anna: Ille canit: *Nunc dimitte, &c.* hæc prophetat: vterque DEVM benedicunt: obstupescunt omnes rei gestæ miraculo & spectaculo. De quo ita Sanctus Bernardus: *f. Offerunt Joseph & MARIA sacrificium laudis, sacrificium matutinum; Simeon & Anna suscipiunt. Ab his quatuor celebrata Processio est, quæ per quatuor orbis climata, solennibus hodie gaudijs ad memoriam reuocatur.* Ergò verè illa Theophoria fuit Virginis.

IV. Nec fortè minus ista *g.* eiusdem fuga in Ægyptum cum puero & Josepho. Quibus, teste Sozomeno, *h.* Hermioplim aduenientibus arbos, quamuis maxima, se curuatam ad solum vsq; inflexit; magnis pòst clara consanationum miraculis. Ipsis tota Ægypto collapsa cesserunt simulacra. *i.* Terra ipsis balsamum profudit k & odores. Quantò igitur verius de illa processionali fuga istud Claudianum. *l.*

Qua properat, veris sequitur color, omnis in herbas
Turget humus: mediiq; patent conuexa Sereno:
Sanguineo splendore rosas, vaccinia nigro
Imbuit, & dulci violas ferrugine pingit.

d. *Luc. 2. v. 4.*
e. *Ibid. v. 22 vide Serariũ de process. lib. 2 cap. 3.*
f. S. *Bern. serm. 2. de Purific.*
g. *Matth. 2. v. 14.*
h. *Sozom. histor. lib. 5. c. 21. & Niceph. ex ipso libr. 10. c. 31. Cas. Baron. Annal to. 1. anno 1. §. 43*
i. *Isa 19. v. 1. Euseb de demonst. lib. 6. cap. 22. Athanas. li. de Incarn. Verbi. Orig. ho. 3. diuers.*
k. *Burchar. in descript. Terra Sancta parte 2. cap. 4.*
l. *Claudi lib. 2. de raptu. Proserpina. lib. de nuptiis Palladij & Celerina.*

Prosequitur volucer latè comitatus euntem.
Cælestium alituum comitatus, & pergit Delrio, m. *Reginam suam in hymnis & canticis deducentium, &c.*

m. *Martin. Del. in Floridis de Visit orat.* 3.

V. Annon processio erat Parentum JESV cum Puero duodenni; quando adoratum n. *ibant, secundum consuetudinem, per omnes annos in Ierusalem, in die solenni Paschæ?*

n. *Luc.* 2. *v.* 41.

VI. Quam officij, deuotionis religionisque partem omisit Virgo; quando cum Filio, Apostolorumq; comitatu Judæam omnem & Galilæam obibat? Quæ si minus videri processiones queant, nostrarum tamen exemplar esse processionum videri possunt.

VII. Denique quis neget illam Virginis tam piam & sanctam, quàm luctuosam fuisse processionem; quando Mater, Cruce præeunte, Filium suum istius baiulum sequebatur dolorosa? quando sub Cruce stabat lacrymosa? quando de Cruce refixum in sinu gerebat luctuosa? quando cum tumulo inferebat Mater desolata?

Quarum ad memoriam processionum Almæ Virginis ita retrò nostras referimus; vt Seruatori tamen Ipsi earum honorem & cultum potissimum deferamus. Et exemplo quidem Matris, quæ suis istis stationibus eidem seruiebat.

8. Ob Christi processionales peregrinationes.

VIII. Quin exemplum quoque Ipsius Seruatoris procedentis intuemur. Etenim, vt Nicolai Serarij verbis vtar: o. *Omnia* CHRISTI *Domini hac in terra, non cum Matre tantum, & Iosepho; sed cum Apostolis etiam, discipulisq; alijs itinera & peregrinationes, optimarum sanctissimarumque processionum instar fuere. In ijs enim sermo, silentium, omnia pura puta religio.*

o. P. *Serar. de Processionibus lib.* 1. *cap.* 3. §. 7.

Quan-

Quanquam, vt subijcit, *non tam processiones dicantur, quam processionum nostrarum exemplar: cùm ad illarum certè similitudinem atq; memoriam referantur hæ nostræ*; In istis quippe idem erat Ipse, qui in nostris: etsi modo non eodem. Ibi personaliter *in terris visus est, & cum hominibus* o. Baruch. 3 v. 38.
o. *conuersatus est, habitu* p. *inuentus vt homo,* p. Phil. 2. v. 7.
homo q. DEVS CHRISTVS JESVS: Hîc q. 1. Tim. 2. v. 5.
autem realiter quidem adest præsens ipsissimus, at Sacramentaliter visitur in ænigmate, & fide colitur à nobis, qualis in charitate ab Angelis reuelata facie in cælis adoratur.

Huius ergo processionales peregrinationes animis repetimus, quando nostras Illius honori circumducimus. Ad ipsum confluebant Judæi & Gentes; vnum venerabantur & adorabant.

Hæc agimus & nos, istaq; recolimus. Et quod ipsis erat profanis salutare; nobis, sanguine ipsius ablutis & sanctificatis, ne laudabile quidem fore per Nouatores Antichristianos licebit?

Id temporis omnis populus glorificabat DEVM, & quem misit JESVM CHRISTVM, Plebis studia in Christum hic docentem.
r. *Quia Propheta magnus surrexit in* populo; *& quia DEVS visitauit plebem suam.* r. Luc. 7. v. 16.
s. *Et mirata sunt turbæ, dicentes: Nunquam apparuit sic in Israel,* s. Matth. 7. v. 33.
ss. *Et tantò magis plus prædicabant, & eò amplius admirabantur, dicentes: Benè omnia fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui.* ss. Mar. 7. v. 37.
Et iterum t. *Glorificabant DEVM, qui dedit potestatem talem hominibus.* t. Matth. 9. v. 8.
Ea propter u. *Omnis turba quærebat eum tangere; quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes.* u. Luc. 6. v. 19.
Talia inquam, cum patraret Christus; talia cum acclamaret illi populus, tam penè post eũ sequax, quàm ad eũ confluus;

 pariter

audebunt, & dicent, *ad Illum*: *Magister, increpa discipulos tuos?* At verò Ipse ait; *Dico vobis: quia si hi tacuerint, lapides clamabunt.*

Verùm deflenda, non insectanda es hæreticorum in maligno posita natio: *Quia si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua: quæ ad pacem tibi*, quia in processionibus nostris pro conuersione tua supplicamus: *Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis*; & odio odisti nos gratis e. à te *maledicimur*, f. *& benedicimus; persecutionem patimur, & sustinemus: blasphemamur, & obsecramus.* Et obsecrabimus non deficientes; vsque dum in bono malum vincamus, per illum, quem ea causa in nostris processionibus supplices circumferimus, JESVM CHRISTVM: perque illam, cuius, post hunc, sub nomine congregamur, & habitamus Fratres in vnum, vt cor vnum & anima vna; Virginem DEIPARAM MARIAM: Amen.

Hæreticis licet fermentibus. e. *Psal* 34. *v.* 19. f. 1. *Cor.* 4. *v.* 12. Et nobis pro ijsdem supplicantibus.

IX *Causa* nostræ in processionibus theophophoriæ est Fidei nostræ publica confessio. Atq; hanc, sicut & antecedentem, proximeq; secuturam causam, communem cum Ecclesia habemus. Est ea nihilominus tamen quodam modo nobis propria, atque inde vsque ab ipso Fraternitatis nostræ primordio. Notum est, & dictum iam sæpius, occasione Albigensium coortæ grassantisque latè hæresios, Orationum, Sacramentorumque, in primis Corporis CHRISTI ac Missarum contemtricis; ortam cœpisse Fraternitatem hanc ex professo mirè cultricem vtriusq; cùm Orationis, tum Eucharistiæ; Id quod vel ipso hoc titulo suo ROSARII præfert, ac verè præstat.

9. Ob fidei protestationem.

Hæc hæresi Fraternitas ex diametro aduersa consistens, frontem fronti, aciem aciei ob-

g. *Ephes.* 6. *v.* 10. iectabat: clypeum orationis Matri Ecclesiæ prætendebat contra tela impietatis: *g* Scutum Fidei hoc est Sacramentum Fidei, (sic antiquitus Sanctissima Eucharistia consueuit appellari appellari) in processionum instructas acies efferebat, nulli cedens, nulli penetrabile ferro. Vnde inuentum sibi hodieq; nomen, ab precum suarum Rosario dictum, retinet; retinet priscum ritum circumferendi per supplicationes Sacrameutum; retinet morem supplicandi pro hæreticis, seu Crucis Christi inimicis, per eum quem præsentem circumfert, quiq; ipse pro inimicis in Cruce orauit. Clamat facto magis, quam verbo: *Humilia, Illumina, Salua CHRISTE; quos pretioso SANGVINE redemisti.*

Sunt hoc loco testata mihi à probabilibus distinguenda. Principiò testatum est, VRBANVM Quartum, inter cæteras publicam Corporis Christi solennitatem instituendi, totique Eccclesiæ indicendi causas, hæreticorum confusionem numerasse: Sic enim ipse scribit. *h.* [Licet hoc memoriale Sacramentum in quotidianis Missarum solennijs frequentur: conueniens tamen arbitramur & dignum, & de ipso semel saltem in anno, AD CONFVNDENDAM SPECIALITER HÆRETICORVM PERFIDIAM, ET INSANIAM, memoria solennior & celebrior habeatur.]

h. *Vrbanus* IV. *in Bulla Transiturus ex hoc, &c.* *Causa Festi de V. Sacramento.*

Deinde testatum est, eandem ob causam processiones cum V. Sacramento item publicas vsurpari cœptas fuisse, teste Genebrardo, cuius in Chronicis hæc sunt verba. *i. Lustratio Sacramenti, qua Corpus Christi in ferculum fertur hinc, (ex Papia, vt vult, Italiæ vrbe,) ad reliquas Occidentis partes manauit, præsertim Andegauum*

i. *Geneb. in Chron. lib.* 4 *ann.* 1261 *de Vrba.* IV. *pag.* 982.

gauum. vbi Berengarius fuerat Archidiaconus, & Sacramentariam impietatem sparserat; Vt Corporis CHRISTI *præsentia preces sint ardentiores; & debitus cultus Christo exhibeatur, qui nobiscum corporaliter versari dignatur.*

Eadem est processionum cum V. Sacramento.

Tertiò testatum est, ex Reuer. Patre Conrado Sittardo Prouinciali nostro *k.* P. M. nuper vitâ perfuncto, origenem Fraternitatis de V. Sacramento comitando per publicum atque cohonestando, retrò ad Autorem S. Thomam Aquinatem referri: Vt supra dixi. Sittardum verò, vtpote rerum Ordinis nostri apprimè gnarum, idem ex Traditione accepta affirmare existimo. At soli Traditionipus tribus alijs est testibus tribuendum.

k. *Sitta libello de Rosario cap* 4.

Quartò testatum est, festam Corporis Christi solennitatem, sub annum 1230, annis amplius XXX, in Episcopatu Leodiensi cœptam viguisse antè, *l.* nostri Ordinis Prædicatoribus maximè autoribus; quàm ab Vrbano IV toti indiceretur Ecclesiæ. Fuit igitur festum illud prouinciale prius ac publicum, quàm fieret vniuersale atq; præceptum.

l. *Disthemius apud Serarium de Process. li.2. c.9, causa quinta.*

Quintò testatum est, *m.* Rosarij Fraternitatem ortam latè iam manasse, sub annum 1215, eâ, quâ dixi, Albigensium occasione contemtorum Orationis & Sanctissimi Sacramenti.

m. *In nostro lib. 2. de Ortu & progressu Frat. Rosarij.*

Ex istis vnam hanc probabilitatem colligo: Nimirum eandem Fraternitatem nostram inde ab sui origine consuesse V. Sacramentum in suas Peristylianas processiones inferre, studio suo moreque priuato.

Quando Fraternitas procedere cœpit cum V. Sacramento.

Quem morem annis pòst XV publicum atq; prouincialem placuit Leodiensi ditioni; Vrbano autem IV vniuersalem, annis inde alijs circiter triginta. Notum namque & certum

n Cic. lib. de Claris orat.

Docetur probabiliter.

est illud, quod, sicut omnibus in rebus. *n. nihil enim inuentum simul, & perfectum*: ita vel maximè in Ecclesiæ ritibus plerisque nihil eorum vel in aliquo Episcopatu factum publicum, minus quicquam in tota Ecclesia vniuersale obtinuit; quin idem prius alicubi priuatum vsu studioque priuo cœperit vsurpari. At processiones cum V. Sacramento institui cœperunt vniuersè per Ecclesiam sub annum 1262. Festum verò Corporis Christi prouincialiter publicum, sub annum 1230. Hæresis Albigensium verò plusquam Sacramentaria, & è contra Fraternitas Rosarij aduersis frontibus concurrerunt, triumphante in hac V. Sacramento, sub annum 1207. Ergo probabile fit in Fraternitate ritum procedendi cum Sanctissima Eucharistia, ad hæreticorum confusionē prius vsitatū, sed studio priuato, floruisse, seq; bonis probasse; quā vel prouincialis fieret, aut vniuersalis. Ita ratiocinor super re, cuius adhuc quidem nullus in manus mihi testis incidit Scriptor certus.

Et confirmatur.

o S. Aug. de Baptismo contra Donat. lib. 2. cap. 7. lib. 4. c. 6. 24. lib. 5. cap. 23.

Imitor tamen in eo S. Augustinum. *o.* Qui si rectè solideque docet de Ecclesiæ totius aliqua consuetudine, vniuersè recepta; cuius tamen originem nemo scriptis testatur; eam idcircò ad ipsam Ecclesiæ originem esse referendam: iam profectò à nemine nisi iniquo rerum æstimatore iustè culpari debeo; qui similem ad modum illius originem ritus, de V. Sacramento in processiones suas inferri cœpto ab Fraternitate, ad huiusce Fraternitatis primordia reduco. Quippe qui iam diu annis plus trecentis tā in ea, quā in Ecclesia fuerit in vniuersalis, atque testatus: vnde prius particularem fuisse penè oportuit.

p Cic. lib. 5. de Finibus.

Etenim verissimum est illud Tullianum. *p. Omnium rerum principia parua sunt, sed suis progressionibus vsa augentur.* Quod breui & pereleganti compara-

paratione Vniuersi docet alubi: q. *Nihil est*, inquit *in natura rerum omnium, quod se vniuersum profundat, & quod repentè euolet: sic omnia quæ fiunt, quæque aguntur acerrimè, leuioribus principijs natura ipsa prætexuit.* Ita priuatis viarum principijs inuecta in Supplicationes Eucharistia est. Non illis quidem à nostra Fraternitate primùm factis; quod nemo dixerit, vel docuerit: sed exemplo vsurpatis; acceptò hoc haud dubiè ab Ecclesiæ vsu aliquo, etsi tum fortè raro ac obscuro. Qualem & ipsius Rosarij vsum etiam ante Fraternitatem exstitisse quidē alubi docuimus; licet rarum & vix paucis cognitum: at cum Farternitate mirum quàm subitò, quàm latè vulgatum refloruisse.

q *Idem l. 2. de Oratoribus.*

Neque huic officit, quòd istis, quæ testata superius posui, Disthemij, r. aliorumque obijciatur sententia; qui volunt, Processiones longè post Festum corporis Christi institui cœptas. Nā fundamēto innituntur infirmo, scilicet ab autoritate negatiuo; quod hac in causa potest eleuari. Nihil; aiunt, de procellione meminit in sua Festi Constitutione Vrbanus IV; nihil in Officij Ecclesiastici compositione Thomas: ergo non cœpit ea cum Festo. At 1. Friuola consequentia hæc: eò, vt dixi. 2. Vrbanus IV. processionem publicam sat istis innuit: *Tam Clerici, quàm populi gaudentes in cantica laudum surgant. Tunc enim omnium corda & vota, ora & labia hymnos persoluant lætitiæ salutaris.* Item *Tunc singuli*, inquit, *alacri animo, pronaque voluntate conueniant, sua studia laudabiliter exequendo, tanti festi solennia celebrantes.* 3. Alius nullus profertur Autor istius processionis præter Vrbanum.

r *Dist. art. 9*
Processiones fuisse festo V. Sacramenti non posteriores, sed æquales tempore

Imò, Genebrardum. s. dant; qui scribit: *Centum annis pòst, Papiæ cæpit lustratio Sacramenti, qua in ferculum fertur.* Disthemium allegant; qui Io-annem

s *Geneb Chron. li. 4. de Vrbano. IIII.*

annem XXII dicit ordinasse processionem sub annum 1315. At dicit, inquam, vterq;; docet neuter: Nec Genebrardus per Bossij quidem Chronicon, quod citat. Nam nec autorem dat processionis; & eam centum annis facit posteriorē festo Sacramenti: Disthemius autē tantum quinquaginta. Ecce discrepantiam temporis. Vtri credas? hoc Disthemio dederit audiens Pontificis Italia; quod ibidem dicit: Festi institutionem factam ab Vrbano, solam Leodium acceptasse; reliquas autem orbis Ecclesias annis L. pòst, Ioanne XXII processionem ordinante. Quid? D. Thomæ opera omnia, ipso viuo omnis exosculata est Ecclesia: & eius tam admirandū de Festo Corporis Christi officium tam serò acceptasset? Proinde mihi Disthemius foret non improbabilis, si probaret, quod narrat.

Manet igitur, Processiones cum V. Sacramento in Fraternitate, ac alubi prælusisse veluti priuatim: dein Autore Vrbano plenâ pompâ in publicum processisse, *ad confundendam specialiter hæreticorum perfidiam atque insaniam.* Quod idem Concilium Tridentinum, vbi de Festi institutione loquitur, ita declarat: t. *Atque sic quidem oportuit victricem veritatē de mendacio & hæresi triumphū agere; vt eius aduersarij in conspectu tanti splendoris, & in tanta vniuersa Ecclesiæ lætitia positi, vel debilitati & fracti tabescant, vel pudore affecti & confusi aliquando resipiscant.*

t *Trid. Sess.* 3. *cap.* 5.

X *Causa* & mihi hoc in loco vltima, cur tam Fraternitas, quàm Ecclesia per V. Sacramentum suas efficiat Sanctiores processiones, est; quia DEVS noster is est, cui sunt *Deliciæ esse eum filijs hominum,* u. quem nostris interesse mediū delectat rebus. Ipsum quoque nos ad futuram ciuitatem viatores Viam; Ipsum homines, quorum errare est, veritatem; Ipsum mortales vitam sequi: Ipsum

10. ob realem Christi præsentiam.

u *Pro.* 8, 31.

ſum in oculis ferre & dicere grates, laudes concinere, preces vouere præſenti iuuat atque delectat. Etenim, vt Vrbanus IV ſcribit. x. *hoc eſt memoriale dulciſſimum, Sacratiſſimum, ſaluificum, in quo gratam redemtionis noſtræ recenſemus memoriam; in quo à malo retrahimur, & in bono confortamur, & ad virtutum & gratiarum proficimus incrementa; in quo profectò proficimus ipſius* CORPORALI PRÆSENTIA *Saluatoris. Alia namque, quorum memoriam agimus, ſpiritu menteq; complectimur; ſed non propter hoc realem eorum præſentiam obtinemus: In hac verò Sacramentali Chriſti commemoratione* IESVS *Chriſtus præſens ſub alia quidem forma, in propria verò ſubſtantia eſt nobiſcum.*

x Vrb. IV. in Bulla. Tranſiturus.

Neque tantum præſens adeſt; ſed & Ipſe ſe donum donat. Vnde Vrbanus. *O ſingularis & admiranda liberalitas: vbi donator venit in donum, & datum eſt idem penitus cùm datore. Quam larga & prodiga largitas, cùm tribuit quis ſeipſum? Dedit igitur nobis ſe in pabulum, &c.* Et infra. *Hic eſt cibus, qui plenè reficit, verè nutrit, ſummèque impinguat; nõ corpus, ſed cor; non carnem, ſed animam; non ventrem ſed mentem.* Et iterum. *Hic panis ſumitur, ſed verè nõ conſumitur: manducatur, ſed non tranſmutatur: quia in edentem minimè transformatur, ſed ſi dignè recipitur, ſibi recipiens conformatur* Ecce in vno præſentiam Dei, donum Dei, & cibum cæli. Ideò ſupplices circumferimus idem. *O excellentiſſimum Sacratum! O adorandum, venerandum, colendũ, glorificandum, præcipuis magnificandum laudibus, dignis præconijs exaltandum, cunctis honorandum ſtudijs, deuotis proſequendum obſequijs, & ſinceris mentibus retinendum* SACRAMENTVM

Atque iſta de vno proceſſionum noſtrarum ritu, eoque præcipuo. Nunc alios ſingulatim ſed potiores duntaxat proſequamur.

CA-

CAPVT. VIII

De alijs Processionum Fraternitatis Ceremonijs, siue Adiunctis.

IN hisce ordinem mihi viamque præiuit vir iuxtà eximiè doctus ac bonus Nicolaus Serarius in suo de Processionibus libello. Vir, si quisquam vita dignus longiore. Sed, superiore Vixit anno; & sibi sat diu: quia sat benè. *Primam* in his ceremoniam ponit ille *a*. *Crucis Prælationem*. Cruci Fraternitas nostra vexillum adalligat, atque præportat, illius instar labari, quod suis prægestari curabat copijs primus ille Christianorum Imperator Constantinus Magnus, teste Eusebio, ac alijs *b*. Vexillo addere eadem amat exquisita pictum arte *Signum magnum*, Patronæ suæ tali schemate: *c*. *Mulier amicta sole; & luna sub pedibus eius; & in capite eius corona stellarum duodecim, & in* brachijs *habens filium masculum*, & sub purpura vtrinque collectam Fraternitatem supplicem, Coronas ab illa accipientem, & precarias rursus ipsi offerentem; Ipsa in visendo media consistens Rosario. Hæc forma.

a *Serar. de Process. li.* 1. *cap.* 6.

b *Eus. hist. lib* 9. *c.* 9. *Bellar. lib.* 2. *de Imag. c.* 27. *Gretserus de Cruce li.* 1 *c.* 84. *li.* 2. *c.* 30.

c *Apoe.* 12. 1.

Cur præcat Crux.

Causa verò est. 1. priscus, ac perpetuus Ecclesiæ vsus Cruces omni supplicio suo præferentis. De quo Serarius. 2. Quia Crux est nota seu tessera Christianorum, 3 Fraternitati propria, vt profiteatur ac contestetur, se spem suam, vimque omnem ac meritum supplicationis ad Christi inprimis merita referre vnde dimanat: inde se proximam in votis ferre Mariam. 4. Vt Crucis, inquit Serarius, labarique *aspectu ad precandum ardentius CHRISTO Domino gratias agendum cumulatius, ei* MARIÆQVE *honore faciendum demissius,*

seruien-

seruiendum alacrius, adhærendumque constantius incitemur.

5. *Causa.* Quia semel in Cruce deuictus, & calce Virginis protritus Sathan processionibus istis fugatur & debilitatur. In cuius rei signum, scribit Speculator Durantius, d. olim *consueuit quidam draco cum cauda longa, erecta & inflata, duobus primis diebus* Rogationum *ante crucem & vexilla præcedere: vltima verò die quasi retrò respiciens cauda vacua atque depressa, retrò sequitur. Nempe draco iste significat diabolum, qui per tria tempora, scilicet ante Legem, & sub Lege, & tempore Gratiæ, (quæ per hos tres dies significantur) homines fefellit, & nunc fallere capit. in duobus primis temporibus regnauit, & quasi Dominus orbis fuit. cauda longa. id est, potenter, & inflata, id est, superbè incedens. Vnde Christus illum,* e. *mundi principem vocat. In cuius rei figuram duobus diebus modo prædicto præcedit. In tempore verò Gratiæ à Christo victus est, &* f. *data est Apostolis eijciendi spiritus immundos potestas. Propter quod tertio die draco, quasi potestate, propter Fidei dilatationem, amissa, post Crucem sequitur cauda vacua, & demissa, & non longa: quia non audet ita potenter regnare, vt prius: sed per suggestiones & latenter seducit homines, quos videt pigros in bonis operibus, nec viam vitæ sectantes, quasi fur retrò aspiciens, si quis obesset, vt à rectidine Fidei cadat. &c* Ita Durantius de signi Crucis prælatæ significatu.

Virgo victri draconis.

d *Dur in Rationali lib. 6. c. 161.*

e *Ioan.* 16. 11

f. *Mat.* 10. 1.

II. *Sanctorum reliquiæ* 1. Ad profitendam Sanctorum vtriusque Ecclesiæ, triumphantis atque militantis communionem. 2. Ad declarandum, nos Sanctorum deprecationem exposcere, eaque vti, planeq; frui. 3. Ad amicos Dei honorandos, quos & Ipse honorat. 4. Ad repræsentandum atque conseruandum quoque ritum moremque maiorum, solitorum easdem solenni ferculo circumferre venerandas. g. 5. Ad recolenda

g *Serar Processi. li. 2. c 6.*

da grato cum animo miracula & multa & magna, in tali re & occasione quondam patrata per reliquias Cælituum. 6. Eò quod Sanctorum exuuiæ multis modis Arcam veteris Legis antecellant. Quippe quorum structor & opifex corporum, animorumque conditor DEVS, incola S. Spiritus fuerit. *Quid est*, inquit S. Gregorius. *h. mens iusti, nisi arca Testamenti*? Si ergo vetus illa materiata Dei arca in processionibus; Sacerdotum religiosè gestabatur humeris, eiusdemque opercula; cur non & Sanctorum corpora, ipsorumque vestes & reliquiæ.

h *Greg. lib. 5. Moral. cap. 10.*

III. *Statua. Deiparæ Virginis.* Ratio 1. Ita nobis tradidere maiores; qui cũ cæterorum ferre imagines, tùm maximè Reginæ cæli producere statuam consueuere. Neque fieri secus addecebat ijs in Supplicationibus, ad quas Litaniæ Sanctorum concinebantur; & horum implorabantur patrocinia. Vnde processiones ducere germanica dicimus, **mit den Heyligen gehen**. 2 Pleręque Tribus atque Fraternitates sui Patroni signum & statuunt, & in supplicio circumgestant: quantò magis Fraternitatũ maxima Rosarij patronæ suę maximæ statuam sibi præferat? 3. Sanctorum imagines cumplures Deus miraculis subinde celebres fecit; at celeberrimas omnium Virginis Mariæ. Quò potiore titulo eius signum Confratrum processiones insignire debet. 4. Hæretici Iconoclastæ alias, tum virginis icones sunt infestius insectati; hodieq; cũ insectãtur: quantò à nobis ampliori coluntur honore, post Crucem proximo. Admonet igitur conspecta Deiparæ facies, vt oremus pro conuersione hæreticorum: Quæ non minima nostrarum est causa processionum; Etenim Virgo Maria est, quæ cunctas hæreses sola interemit in vniuerso mundo.

5 Exempla & miracula singulatim ad circum-

cũgestationes Marianarũ imaginũ, aut signorũ edita, nos ad eorundem productionem in supplicationes inuitant: edita inquam cùm nostrâ, pauloque altiore memoriâ; tum verò quondam, per orbis diuersa loca, sub tempora maximè Iconomachiæ: quorum plenus est Cæsaris Baronij Tomus nonus. Vt penè, illud S. Isidori, i, *Templi nulla ratio, quæ non ornatur imagine*: voculâ templi mutatâ de processionibus dixero. Sed exempla è plurimis pauca docebunt id clarius.

i In Concil. Nicano act. 1.

Exempla Romana.

S. Gregorius Magnus anno DCI, k quo tempore Sclaui Siciliam, Italiamq. incursuri immi-nebant, septiformi illa supplicatione in triduum indicta, & ritè per septem obita ecclesias; barbarorum illorum gladios ab ceruicibus Fidelium auertit: simul pestem sæuissimam extinxit; qua, l vna in supplicationes statione octoginta homines exanimati corruerant. *Et primo quidem die*, scribit Serarius, m *ad Cælitum omnium Principē ac Reginam Dei Matrem videtur supplicatum*. Quo id modo, & conuersu? I. E septem Ecclesijs egressi fideles ad vnam hanc conuenerunt. Ita enim S. Gregorius. *De singulis Ecclesijs exeuntes, cum precibus & lacrymis, ad B. MARIAE semper Virg. Genitricis Domini Dei nostri* IESV *Christi basilicam congregemur; vt ibi diutius cum fletu & gemitu Domino supplicantes, peccatorum nostrorum veniam promereri valeamus.* II. In hac processione ipse Summus Pontifex S. Gregorius Magnus circumtulit Deiparæ imaginem, à S. Luca, vt traditur, depictam: teste Baronio, n qui eam etiamnũ honorifico cultu in Basilica S. Mariæ ad Præsepe frequentari scribit. III. Refert Carolus Sigonius, o, auditos in aëre tum angelos, qui suauissimè concinerent, *Ecce*, scribit ex Paulo Diacono

k Cæs. Baron. tomo 8. §. 6. S. Greg. lib. 9. Epist. 45.

l. Greg. Turon. lib. 10. cap. 1.

m Sera: lib. 2. ca. 7. §. 6.

n Cæs. Bar: tom. 8. anno 601. § 6. Et Sigonius.

o Sigo. lib. 1 de Regno Italiæ.

p Paul. Diac. lib. 3. de gestis Longobardorũ cap. 23. &c. Bonifacius in virginali l. 2. c. 6. exemplo 5.

Noua autem Roma Vrbs vrbium Orientis diu Imperatrix Byzantium, pòst Constantinopolis dicta, Deiparæ Virgini tota dicata, dedicataque nihilò minora gestatæ in processionibus Marianæ Imaginis reliquit exempla. Vnum accipe compendio ex Cæs. Baronio. *t.* Heraclio Orientis Imperatore Persiam cum victore exercitu funditus conquassante, Cosroes Rex Persarum Sabaram cum quinquaginta lectissimorum militum millibus, ad obsidendam & exscindendam Constantinopolim mittebat, retrahendo è Persia victori Heraclio. Sabaras Dux Hunnis in auxilium accersitis, terra marique Byzantium dies iam decem premebat: cùm incolæ per omnia templa supplicant, & post DEVM Dei Matrem proximam in auxilium vocant. Adest certa. Hostis barbarus aliquando manè primo cæli Reginam, ore habituque Virginis, cùm maximis copijs ex vrbe exire, & in suos ducere cernebat. Stratagema suspicabatur. At illa iam castris proxima aciem flectit, viamque reuertit. Sabaras erumpit, insequitur: Virgo cum copijs disparet: illi in sese versi mutuis ictibus strage maxima corruunt. Dux classe effugiens, cùm reliquis, tempestate obrutus mari hauritur ac disperit.

Exempla Constantinopolitana.

t *Baro. to. 8. anno 625.*

Seruatrix vrbis Maria.

II. Iterum paucis pòst annis obsessam à Chagano Scytha, supplicationes cùm Imagine Almæ Virginis factæ liberant. Nam *u.* Patriarcha Sergius acceptis Deiparæ diuinis Imaginibus, cum omni multitudine mænia supernè circuibat, ex ea re præsidium ipsis comparans.

u *Triodium græcum apud Serar. de process. li. 1. c. 5. Et Gret. li. 1 ca. 11.*

III. Idem factum sub eodem Heraclio, anno DCXXVI, in Persia, *x.* quando vno cōflictu duos ingentes

x *Baron. to. 8.*

gentes exercitus Razatis Ducis internecione delebat; desideratis è suis non amplius quinquaginta. Razatis Heraclius aurea arma B. Virgini Victrici suspendebat. Neq; vnquam inibat prælium antè, quàm Hanc Supplicationibus sibi demereri studuisset.

IV. Saracenis quoq; Constantinopolim obsidētibus. anno 717 Clerus cū ciuibus Patronæ, vt soliti, supplicāt, y. imaginē ipsius per mœnia circumportant: Hostes fame, pesteque pereunt, pars naufragio, dum anno 718 soluunt obsidionem, merguntur; reliqua pars cum nauibus, ignea de cælo grandine perfusis, comburuntur; vt quinq; tantum cladis nunciæ ambustæ vix euaderent. Eum liberationis diem Constantinopolitani exinde annuum festumque Virgini celebrarunt.

z. Idem Vindex in statuæ violatotem.

V. Anno 727 Dux quidam in eadem vrbe lapidis ictu Beatæ Virginis statuam percutiebat. Ea secundum noctis quietem illi apparens, ait, *Scilicet, fortis es: sed in caput tuum id fecisti.* z. Saraceni rursus vrbem cingunt; & is primus erat, cuius caput, coniecto forte saxo per hostes, conteritur, sub Leone Isauro Iconomacho. Tunc *Sacer vrbis populus venerabili honoranda & viuifica Crucis ligno, simulque veneranda* Dei *Matris, quæ Hodegetria est,* (seu viæ dux & monstratrix) *imagine assumta, forásque adducta, circuibat vrbis mœnia, Deum cum lacrymis propitians.* Sic Triodium græcum.

VI. Idem fieri præcepit Constantinus vltimus Orientis Imperator, & Saluberrimè factum est, quando Turca vltimum minabatur exitium Byzantio, teste Gregorio Proteuestiario, *a.* qui interfuit.

a Greg. Prot lib. 3. sui Chronici.

VII. Qui interfuit expugnationi Constantinopolitanæ Leonardus Chiensis, tunc idem fa-

ctita-

ctitatum fuisse scribit. *b*. Similes ac statas Constantinopolitanorũ processiones colligit cumplures Gretserus. *c*: Itemque Sabbatinas Romanorum idem. *d*.

Quid, quod virginis Mariæ Jmagines in triũphos duci consueuerint, adeoque ipsas triumphare voluerint nec pauci, nec semel? I. Emmanuel deuictam à se Pannoniam Constantinopoli triumphauit, vt Nicetas prodit. *e*. Currui autem, quem partim aureum, partim argenteum albi trahebant equi, imposita est Dei Matris Imago, quæ Mater adiutrix fuerat oportuna. Fortunatas illas rotes Imperator ipse, Imperatorisque propinqui, amici, Duces, Senatus vniuersus, quiq; magistratu aliquo seu honore præstabant, venerabundi sequebantur.

II. Constantinus item Palæologus. f. cùm vrbem Imperij sedem ac domicilium amisisset, amissamque felicissimo euentu recepisset; vt primũ Constantinopolim, reciperatis constitutisq; rebus, peruenit, corã Diuæ Matris imagine illa, cuius pictura S. Lucæ tribuitur, gratias primùm egit, & præ lætitia collacrymauit: mox illam eandem triumphali religiosaque pompa circumlatam pedes ipse prosequitur. Pius & gratus Imperator Eam triumphare voluit, cui victoriam acceptam referebat.

III. Similiter Ioannes Ximista Orientis Imperator. *e*. Hoc cõtra Rùssos dimicante cùm anceps fluctuaret victoria, ea tandem penes cęlitus adiutos imperatorios stabat. Nam hostium ora subitò coorta tempestas subinde verberabat. In equo tũc visus est quidãRomanos defendẽs, barbarosque profligans. Agebantur tum feriæ S. Theodori Martyris. Huic pridie victoriæ, vidit

b *Leon. Chi. apud Gretf. de processf. lib. I. c. II.*
c *Idem li. I. c. 17.*
d *Idem lib. I. cap. 10.*
Triumphatrices Statuæ B. V.
e *Nicetas Chomata in suis Ann.*
f. *Annales Byzantini & Gregoras in sua histo.*
g *Ioannes zonaras tomo 3. Analium.*

S. Theodorus Dux opitulatur in prælio.

dit religiosa quædã à Deipara negotium dari, vt Ximiscam adiutet. Ergo victor ei templum ponit. Reduci cum victoria Imperatori Clerus, Senatus, Populusque Byzantinus obuiam effusus coronas offerunt, currumq; triumphalẽ regiè apparatum, quem albi equi quatuor impellebant. Coronas accipit Imperator; vnico triumphat equo, currui spolijs Regum deuictorum opimis onerato, Almæ Virginis simulacrum imponit; currumq; anteit vectus equo: triumphandique gloriam victrici MARIÆ Virgini, celesti Bellonæ, gratus lubensque concedit.

h Nicetas Choniates in Annalibus.

IV. *h.* Pari gratitudine & exemplo Ioannes Comnemius, Imperator Constantinopolitanus Persas triumphans, Deiparæ imaginẽ in currum triumphalem collocauit; Equorum habenas nobilissimo cuique tractandas dedit; pedes ipse sequitur in templum:

Pauci vincunt plurimos.

i Benc. in Annalibus anno 1587. pag. 564. Angolanis. Et Bonifacius in Virginali lib. 3. c. 13. exemp. 13.

V. Idem quoque exemplum & nostra vidit ætas: id quod Franciscus Bencius ita refert. *i. Lusitani erant ferè ducenti, fœderatorum Æthyopum decem millia sub signis habebant. Hac tantula manus tota sexcenta aduersariorum millia fudit, fugauitq;, incruenta prorsus victoria. Prætor Lusitanus Virginis effigiem secum semper in expeditionibus habebat, & flexo venerabatur genu quotidie. Hæc in castra solenni pompa reducta est.*

Saxoniæ domitor, Germanorum Rex primus & Imperator Carolus Magnus: itemque filius eius, & in Imperio successor Ludouicus Pius, vix vnquã visi in prælio, vel in publico sunt, quin aurei velleris loco icunculam Deiparæ ex collo circumferrent. Et vlla vsquam Mariana viseretur processio, quam non MARIÆ simulacrum præiret? *Processionis nulla ratio est, quæ non ornatur imagine.*

IV. *Faces ac cereos* non solū V. Sacramento præferimus; sed omnes etiam, aut pleriq; Cōfratres ac Sorores circumferimus: ad eum ritum, quem in festo Luminum seu Purificationis Ecclesia consueuit obseruare. De quo sic V. Beda: k. *Augescente bona consuetudine, idipsum in cæteris quoque B. Matris ac perpetuæ Virginis festiuitatibus agere didicit Ecclesia*; Sic & Fraternitas in cæteris suis processionibus marianis. De hoc ritu absolutè scripsit Nicolaus Serarius *l*. tum etiam Georgius Scherer, *m*. quos, cui libet, adire licet.

V. *Cantus* Litaniarum de Domina.

VI. *Ordo* procedentium. De qua vtraque ceremonia dictis P. Serarij nihil addiderim.

VII. *honestas vestitus. siue decorum*. Nam & hoc ad aliquem Dei cultum facit. Ideoque & *Lingeri* fuerunt qui fœderis arcam gestabant: vt Dauid *n*. linea epomide seu Ephod opertus *o*. *Casta placent Superis; pura cum veste venite*. Apostolus optimè Decorum sic depingit *p*. *Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Dominus propè est. Nihil soliciti sitis; sed in omni oratione & obsecratione, cum gratiarum actione petitiones vestræ innotescant apud* DEVM, *&c. pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, & intelligētias vestras, in Christo* IESV. *De cætero, fratres, quæcunq; sunt vera quæcūq; pudica, quæcunq; iusta, quæcunque Sancta, quæcunque amabilia, quæcunque bona famæ: Si qua virtus, si qua laus disciplinæ*, hæc cogitate. Quæ didicistis, & accipistis, audistis, & vidistis in me; hæc agite. Etenim processiones habere, non est tantum passim procedere pedibus, sed maximè virtutibus. Nam inquit S. Bernardus. *q*. *Siquis proficere dissimulat, & proficisci de virtute in virtutem; nouerit quisquis huiusmodi est, in statione,*

k *V. Beda lib. de temporum ratione ca. 10.*

l *Sera de process. lib. 2. c. 3. & l. 1. c. 6.*

m *Scherer in Postilla de Sanctis concione 3. in Purific.*

Honestas corporalis.

n *2. Reg. 6. & 1. Paral.*

o *Propertius.*

p *Phil. 4. 5.*

Honestas spiritualis.

q *S. Ber. ser. 2. de Purific.*

Processiones habent qui inuirtibus procedunt.

tione, non in processione se esse; imò verò & in regressione: quoniam in via vitæ non progredi, regredi est, cùm nihil adhuc in eodem statu permaneat. Vnde S. Leo,r. *Qui non proficit, deficit: & qui nihil acquirit, non nihil perdit.* Et Augustinus.s. *Si dixeris, sufficit; peristi. Semper adde; semper ambula; semper profice: noli in via remanere; noli retrò redire, noli deuiare. &c.* De quo & Cassianus luculenter,t. philosophatur. Atq; hoc ego Decorum esse optimum processionis saluberrimæ duco.

r *S. Leo ser. 8. de Passione Domini.*
s *S. Aug. in fine serm. 15. de Verbis Apostoli.*
t *Cass. Collatione 6. cap. 14.*

Habitus cultusque regula. Rogationes sint habitu quoque lugubres

Quia tamen externa mundicies persæpe esse internæ solet faciei indicium; idcircò festus cultus tantùm processiones nostras festas decet, quantùm dedecet fastus. Optimam regulam ille præscribit versus.

Sit populus festo concolor ipse suo.

Neque nostras attinet processiones Fraternitatis illud, quod Ordo Romanus cultui per dies Rogationum sic præscribit: *Nullus his diebus vestimenta pretiosa induatur: sed omnes in commune Kyrieleeleison decātēt, & cū contritione cordis Dei misericordiam exorent.* Quodq; Iacobus de Vitriaco Episcopus Cardinalis ante 400. annos ita monuit.u *In hac processione non debemus vti processione solenni, vel ornatu sæculari: sed cum omni humilitate incedere.* Quoniam hasce luctus decet processiones: nostras, Deo fidens æquanimitas atque alacritas. Illud tamen Tertulliani.x vbique obseruandum venit: *Causa procedendi est,* inquit, *cùm aut imbecillis aliquis ex fratribus visitandus; aut Sacrificium offertur; aut verbum Dei administratur. Quoduis horum grauitatis est, aut Sanctitatis negotium; cui opus non sit habitu extraordinario, & composito & Soluto; &c.* Luxus vestium omnis vbiq; nimius dedecet.

u *I[illegible]c. de [illegible] ser. [illegible] pag. 501.*
x *[illegible] de [illegible] fem[illegible] [illegible]arum ca. 11*

Ad

Ad vltimum de confabulationum abstinentia in processionibus quod monet grauissimè Cæsarius Arelatensis Episcopus, hîc minimè omittendum est. Sic scribit. *y. Non sunt inter Christi examina (prudentium apium) reputandi, qui non bonis moribus Spiritualia mella conficiunt; sed per superbiam & contemtum & se impediunt, & alios exemplo malæ conuersationis euertunt. Et ideò, fratres charissimi, quicunque Dominum in veritate diligunt, & ad Ecclesiam citò veniunt, & tardè discedunt; perseuerent in opere bono, & otiosas vel sæculares fabulas, velut venenum mortiferum respuentes, magis psallere & orare conentur: & contemnentes amaritudinem mundi, in Ecclesia requirant, vnde accipiant dulcedinem Christi. Qui verò. &c. Otiosis fabulis vacantes, nec ipsi psallunt; nec alios psallere, vel orare permittunt; qui tales sunt, citò se corrigant: ne sibi in eo loco præparent mortem, vbi inuenire poterant vitam.*

Abstinētia à fabulis.

y *Cæs. homilia de Litanijs.*

Itaque in his publicarum Supplicationum actibus vigeat illud præconum in Sacris quondā gentilitijs solenne: *z. Fauete linguis: animis adstate.* Et istud astantis monitoris à tergo Sacerdotis aris operaturi, atque huic velut aurem vellicantis suggestione tali: *Hoc age.* 2. Scilicet, *Nunc ora; deinde labora.* Nam *est tempus loquendi, est tempus tacendi. a.* Et *b. Est tacens, qui inuenitur sapiens, & est odibilis, qui procax est ad loquendum. Et est tacens, sciens tempus apti temporis. Homo sapiens tacebit vsque ad tempus; lasciuus autem & imprudens non seruabunt tempus.* 3. Prædicaturos ita Dominus esse prædicandi intentos studio voluit, vt etiam præciperet: *c. Neminem per viam salutaueritis:* quantò magis id supplicabundos decebit.

Silentium & attentio in Sacris.

z *Barnabas Brisso: lib.* 1. *Formularum.*

2. In tempore.

a *Eccl* 3.7.

b *Eccle* 20.5

3. In prædicationis. studio.

c *Luc.* 10.4.

4. Hi enim velut in aciem aduersus hostem procedunt: Iam Homerus. *d.* inquit Agellius,

d *Home. Iliade* 3.

e *A. Gell. lib.* 1. *c.* 1.
4 In prælijs capessendis.
f. *S. August. Epist.* 121.
g. *S. Aug. serm.* 73.
h. *Prou.* 17. *v.* 24.
i. *Tert. lib. de cultu fœmin. cap.* 11.
k. *S. Aug. serm.* 173.
l. *S. Greg. lib.* 2. *Epist.* 10.

lius, *e* Achæos laudat, quod *conspiratu tacito nitibundi pugnam indipiscerentur.* Tantò magis id laudi est, orationem sic indipisci: maximè quia Christiani pugnam inimus in processionibus *aduersus diabolum Sanctis omnibus inimicum*, ait S. Augustinus *f.* Ista de fabulis.

VIII. *De risu in processionibus cauendo* idem Augustinus monet; *g. Scire debemus & intelligere, fratres charissimi, quia dies compunctionis & pœnitentiæ celebramus,* (de rogationibus loquitur,) *& ideò non oportet nimio risu dissolui, timentes illud; Væ vobis qui ridetis, quoniam flebitis.*

IX. *De curiositate circumspiciendi* satis est acre istud Sapientis. *h. In facie prudentis lucet sapientia: oculi stultorū in finibus terræ.* Cui addo illud Tertulliani: *i. Propter ipsum conuentum & mutuum videre, & videri, omnes pompæ in publicum proferuntur, vt aut luxuria negotietur; aut gloria insolescat, &c. Prodite iam medicamentis & ornamentis extructa Apostolorum.*

X. *De diligentia comparendi in processionibus,* memorabilis est S. Augustini sermo k. in Rogationibus habitus: vbi ista. *Nullus sibi de industria aliquas occupationes inquirat, per quas se de Ecclesia conuentu subducat. Sine dubio peccatorum suorum vulnera diligit, qui in istis tribus diebus ieiunando, orando, psallendo medicamenta sibi spiritalia non requirit. Abundant, & nimium abundant negligentiæ, quas per totum anni spatium congregauimus; & ideò vel in istis diebus, quod ad nitorem, vel purgationem animæ pertinet, agere studeamus.*

Nolite vos de ecclesiæ conuentu subtrahere, &c. Qui per cupiditatem, aut pro alia qualibet minus necessaria occupatione adesse noluerint, inde sibi faciunt crudelia vulnera, vnde habere poterant medicamenta salubria: & inde se grauant, vnde subleuare poterant. Similis & S. Gregorij est admonitio. *l.*

Nullus

[Nullus vestrum ad terrena opera in agros exeat. Nullus quodlibet negotium agere præsumat: quatenus ad S. Genitricis Domini ecclesiam conuenientes, qui simul omnes peccauimus, simul omnes mala, quæ fecimus, deploremus.] Eodem spectant & illa Cæsarij Episcopi Arelatensis, cum de Rogationibus perorat. *m. Scientes, fratres charissimi, qui terreno Reg. militat, si se de acie pugnatorum subtraxerit, non solum gloriam, vel præmia parata non accipiet; sed etiam præsentis vitæ pericula non euadit. Sine dubio talis iudicandus est & ille, qui in istis tribus diebus Christi Ecclesiam derelinquit. Quicunque ergo sine aliqua infirmitate, aut certa occupatione, in istis diebus Dei populum deseruerit, in illo cælesti regno non præmium, sed opprobrium; non gloriam, sed ignominiam recepturum se esse nouerit, quasi fugitiuus & desertor castrorum cælestium.*

l. *S. Greg. lib. 2. Epist.* 10.

m. *Cæs. Arel. homil. de Litanijs. pag.* 501.

XII. *Menstrua menstruæ processionis promulgatio, pro ijs facienda est concionibus*, quæ quoquo loco fuerint populosissimæ. Et tali quidem promulgationi sua est quædam Necessitas, multa Vtilitas, & par Dignitas. *Necessitas*, vt non sit absoluta, est tamen haud parua: 1. Nimirum positâ voluntate illâ, desiderio ac zelo Confratrum atque Consororum, quo istis interesse menstruis optant processionibus: 2. Cùm propter Conuentum ipsum, fraternæ charitatis indicem: 3. Tum eximium actum illum publicæ pietatis: 4. Deinde ob illustre exemplum præsentiæ atque frequentiæ: 5. Adhæc ob communes pro Ecclesia preces: 6. Posteà ob Indulgentiarum quoque amplitudinem: 7. Denique quia vno studio & actu præclarè vtrique bono spiritali, quà publico, quà priuato seruitur, & abundè fit satis. Quæ quidem

Causæ publicationis.

dem causæ adspirandi ad eas processiones, quàm ex se iustæ sunt; tam iusta quoq; voluntas est ac zelus ad illas adproperandi.

Jam vtraque & Causæ, & voluntatis iustitia quandam subinde rebus gerendis necessitatem afferunt, quam alioquin ex sese non haberent. Quarum ex rerum genere sunt menstruæ processiones Fraternitatis. Quare his adesse Confratres iustè volunt: Et iustè dolent, si quo eos casu ab ijsdem abesse contingat. Contingit hoc autem ex eo persæpè, quòd nesciant, quando processio celebretur. Quotus enim quisque è vulgo est ita à cæteris vacuus curis; vt ad primam quamq; mensis Dominicam semper aduigilet? Vt igitur tam iustis desiderijs non fraudandis satisfiat; vt ignorantiæ populari de prima Dominica cuiusq; mensis succurratur; Vt actus Boni spiritalis & publici amplius frequentetur; nec melius est, nec facilius remedium, quàm vt promulgatio in concione solenniore præmittatur.

Ab alijs Fraternitatibus ad hanc argumentari non licet verè.

Neq; est, quòd ab alijs quis ratiocinari Fraternitatibus velit; earum conuentus minimè publicari. Etenim harum nulla, (saluo cuiusq; honore,) cum illa Rosarij conferri debet, aut potest. Non antiquitate, non Origine: quæ habet paria cum Ordine Prædicatorum. Non amplitudine; qua totum orbem Christianum complectitur. 3. Non Vniuersalitate; qua omnium capax est Fidelium, aptaq; omnibus, facilis ac salutaris. 4. Non vtilitate, quam multiplicem Ecclesia tot centenis retrò annis experta est. 5. Non miraculis; quibus eam plurimis DEVS illustrauit. 6. Non deniq; autoritate, (vt cætera sileam;) quam eam diu à tot Summis Pontificibus accepit, vt hoc in genere Fraternitatum

tatum nihil posſit illuſtrius à quoquā proferri.

Vtilitates verò habet ea præmonitio non paruas. Eas nimirum, quas Summi Pontifices ſpectârunt; promoueriq; optarunt ſemper; ac Ipſimet promouerunt. Quales ſunt: 1. Fraternitatis amplificatio: 2. Proceſſionis illuſtratio atq; frequentatio. 3. Precum & communium pro Eccleſia; & mutuarum pro Fraternitate; & priuatarum pro cuiuſq; neceſſitate, multitudo ac feruor tantò maior;quantò cætus eſt ipſe numeroſior. 4 Pro vita functis copioſior ſuffragatio, & refrigeratio eorundem. 5. Largior mutuorum communicatio meritorum: 6 Indulgentiarum pleniſſima participatio: 7. Fraternæ charitatis augmentatio: 8. Deuotionis inflammatio. 9. Veteris in ſupplicando pietatis conſeruatio: 10. Confeſſionis, & Sanctiſſimæ Euchariſtiæ dignior vſurpatio. & quæ ſunt cætera huiuſmodi. Quibus tantis plenas bonis proceſſiones menſtruas menſtrua promulgatione quis digniſſimas eſſe non intelligat?

Quiſquis igitur ſtatam eam publicationem vel impedierit; vel neglexerit (ſiquidem illius fuerit officij;)is ſe reum ſciat effici. 1. Omiſſarum tot precum, quæ fundi; 2. Animarum in purgatorio detentarum, quæ liberari, 3. Neglectarum Confeſſionum & Communionum; quæ obiri; 3. Indulgentiarum non perceptarum; quæ participari. 5. Ædificationis publicæ, quæ amplificari. 6. Imminutæ proceſſionum religionis; quæ illuſtrari. 7. Fraternæ Charitatis; quæ augeri. 8 Spontaneæ aduerſus inuitatores Pontifices obedientiæ à multis omiſſæ; quæ obſeruari: 9. Eccleſiæ per plurium orationes non adiutæ; quę Deo offerri. 10. Honoris ac cultus in DEVM, Diuam, Diuoſq; non præſtiti;qui præſtari potuiſſet: Horum,inquam, omnium

diſpoſitionibus nihil obſtantibus. Qua de cauſa nos alubi. *o*.

II Qui Pontifices iuris Parochialis ſunt & ſcientes, & potentes, & obſeruantes; ijdem tamen Prædicatorum Eccleſias iam olim eſſe Conuentuales voluerunt; hoc eſt ad quas quibuſcunque parochianis conuenire liceret; Eaſque fecerunt proprias ſolas Fraternitatibus Roſarij, vbi ſua Confratres eiuſdem obire pietatis exercitia queant: in eas quoq; ſolas illicium Indulgentiarum inſuper poſuerunt: ad haſce Chriſtianos Ipſi inuitant: Et cuiuſquam oculus nequam erit, quia illi boni ſunt? Quiſquam ne aduerſus eorum *certa ſcientia* bonitatem Paſtorum tantorum iratior aut animo, aut facto, aut verbo arietabit? Procul a Joue fulminante.

III. Dies ſunt XII Dominicæ per annum, quibus menſtruæ obeuntur proceſſiones: præter haſce ſunt reliquæ decies plures; ſunt & feſta, quibus ſuas cuique adire parœcias integrum eſt. Tantùm ne fallas te ipſe, quaſi me bibente tibi aqua turbetur; aut præter fluens exſiccetur, vt nihil ad te peruenturum ſit.

Quin gaude tibi, iſta viciſſitudine guſtatâ ouiculas ad te reuerti iam alacriores, Gaude, eas in funera Confratrum prodire; ad homologeſes crebrius & Synaxes adire; deq; ſuo lacte & lana Offerre tibi frequentiores in funebrijs, in Communionibus. Gaude, eas adipe & pinguedine fraternæ charitatis, ſuo, tuoq; bono maximo, grandeſcere. Sed haud nouæ ſunt querelæ iſtæ: priſcæ ſunt, ac iam olim acerrimè à Pontificibus caſtigatæ, & ab ſcriptoribus refutatæ. Veluti libr. 3, de Ortu Fraternitatis, capit. 17. & 18 declaratum eſt.

IIII. Vt proceſſiooes eæ ſint, obſeruentur, cur, ac permaneant antemeridianæ: & non reijcian-

reijciantur de facili, vt pomeridianæ fiant; vel vnum hoc Ordini Prædicatorum vniuerso sat grande momentum esse debet: quòd admiranda illa aduersum Turcam obtenta diuinitus Victoria Fraternitatis Rosarij Processionibus adscribatur. Teste Bulla Gregoriana. Et ijs processionibus, inquam, non pro re ac temporis articulo institutis; verùm consuetis ac ordinarijs Fraternitati vniuersæ: & his antemeridianis; sub horam scilicet octauam aut nonam: intra quod tempus ferè dictæ victoriæ Summa, in acie versabatur. Teste Pontifice Greg. XIII. Quæ si tum procedendi consuetudo sub id tempus viguit orbe toto, ac tantum valuit, quantum instituto Rosarij festo soleñi S S. Apostolica testatũ reliquit: quid est, quòd hodie quisquam suo arbitrio tempus processionis transferre præsumat? Quin tamen iustis alicubi de causis fieri possit, non infitiabor.

CAPVT IX.

De cura pro mortuis, quæ in Fraternitate Rosarij fieri maxima consueuit.

CVram pro mortuis Rosarij Fraternitas aliam habet cum Ecclesia communem: aliam verò sibi peculiarẽ ac propriam: eamq; tantam, quantam nemo quisquam, non Pontifex, non Imperator, non Rex sibi, quantisuis fundationum impensis, possit vnquam parare. Res ipsa loquatur. Quis nescit vnam hanc omnium esse numerosissimam, & multò maximam Fraternitatem? Et Fraternitatem esse eam Rosarij, hoc est, orationum, atq; suffragiorum? Et copiosissimam in ea meritorum esse comunionem? Adhæc thesauros Ecclesię penè omnes in eam effusos esse; atq; etiamnum illi quouis momento patere?

tere? Hæc, inquam, quis ignorat? Cùm itaq; tam sint manifesta, quàm certa, & alio in loco à me demonstrata; 1. hîc summa duntaxat consuetorum illi pro mortuis suffragiorum capita proponam 2. Deinde curæ tantæ originem pandam: 3. Simul causam generatim vnam attingam. 4. Denique quæsitum adijciam vnicum. I. Fraternitas hæc pro suis, vbiuis terrarum mortuis, dies agit quot annis solennes & anniuersarios quatuor; nimirum postridianum Purificationis, Annunciationis, Assumptionis, & Natiuitatis MARIÆ. Fraternitatis suffragia pro mortuis, 1. propria Anniuersaria.

II Prædicatorum Ordo alios item quatuor statos celebrat pro Fratribus, Sororibus, Familiaribus, Benefactoribus, cæterisque defunctis, qui intra cuiusque Conuentus terminos requiescunt. Et horum suffragia participãt in Fraternitate defuncti; non minus, quam ij qui in Ordine nostro diem suum obierunt: idq; propter mutuam Fraternitatis, & Ordinis in meritis participationem. 2. Communicata prædicatorum Anniuersaria.

III Eandem ob caussam ijsdem suffragantur, quæcunque pro vita functis ex ordinis instituto præstantur seu hebdomadatim, vt recitatio Officij defunctorum; seu dietim, vt preces, quas omni die quilibet septies præstare certas, ritu Ordinis tenetur: deinde sacra, quæ pro animabus purgatonis tantum non omni in Conuentu penè quotidie patrari assolent. 3. Quotidianæ preces.

IIII. Menstruæ publicis coniunctisque votis suffragia fiunt post cuiusque mensis processionẽ peractam, quam excipit solenne pro viuis, proq; defunctis sacrificium, & comprecatio. 4. Mẽstruæ compræcationes.

V. Preces, oblationes, & cætera iusta, quæ ad diem depositionis facit Fraternitas; quando perfrequens ac lubens in suorum prodire funera Confratrum, amat, ac solet. 5. Funebria iusta. 6. Opera alia satisfactoria,

6. opera alia satis factoria.

VI. Quicquid à quoquam ex Fraternitate vllo vnquam tempore vel loco, priuo, proprioque pietatis instinctu, ad purgatoriarum mentium refrigerationem oratur, aut datur, aut agitur; totum aut plurimum illud in defunctorum è Fraternitate bonum optimum cedit, vi initæ in viuis communicationis mutuæ. Cuius obligatio pacti non cum corpore mortali extinguitur; sed cum immortali anima æternat. Etenim charitas fraternitatis nunquam excidit. Viuere tunc verè incipit, cùm à mortalitate absoluitur.

7 indulgentiæ.

VII. Ex immenso Ecclesiæ thesauro cumulata CHRISTI, Cælitumque merita in Fraternitatē à Dispensatoribus DEI S. Pontificibus effusim collata, piè defunctorum animabus opitulantur. Horum ego suffragiorum summa tantum capita, tempora, conditionesque hic perstringam ex Patente bifoliari magna Brixiæ impressa & ligitimè approbatâ.

1. Quotidianæ.

I. Quocunque die, seu quoties Rosarium quis, in Fraternitatem Rosarij inscriptus, piè pro defunctis orauerit; animam è purgatorio liberare potest. Sic Paulus III. anno M D.XXXVII. die 13 Augusti, & Alexander VI.

2. Hebdomadariæ.

II. Omni feria quarta, qui in Ecclesia Rosarij, aut Prædicatorum visitauerit, quinque altaria & ad singula orauerit quinquies Pater & Aue, aut ad vnum altare Rosarij quindecim Pater & Aue orauerit, is animam è purgatorio liberabit Item Idem omni Dominica die fieri licet. Itemq; diebus infrà scriptis:

In festo Purificationis. Feria tertia post Quadragesimam. Sabbato post secundam Dominicam in Quadragesima. Feria sexta antè Sanctam Dominicam Quadragesimæ. Sabbatho Palmarum. Feria 4. septimanæ sanctæ.

Die

Die Cænæ. In Parasceue. & 6. Maij in festo S. Joannis ante portam Latinam. Hasce dedit indulgentias Leo X., Successores confirmarunt, nouissimè Paulus V. in Bulla: Cum olim fel. record. anno 1608. 30 Septemb. Quæ si colligas singula, si attendas & suffragantium multitudinem, & suffragiorum qualitatem, atq; perpetuationem: scio, senties mecum, maiorem pro mortuis curam & suffragationem neminē quenquam sibi comparare, nec fortè vsquam reperiri posse.

Jam *qua tanta cura in Fraternitate initia fuere?* Hæresis, inquam, Albigensium, contemtrix piorum pro mortuis suffragiorum: Et refrigrescens Orthodoxorum charitas. Per hanc negligebatur oratio: per illam omnis ad DEVM, ad Diuos; pro defunctis, pro viuis oratio explodebatur. Adeò fatali necessitate fluere omnia pertendebant hæretici; vt aliud, quàm quod ab æterno prouisum fieri nequeat; quicquid nos vel precemur, vel deprecemur. Arbitraria peti, non fatalia Hæc Albigenses. II. Origo istius curæ pro mortuis in Fraternitate.

Quasi, qui præuidit omnia, res tantum ipsas præuidisset futuras; non modum simul, seu medium earum, quo euenturæ essent. Alijs aliud medium modumque prouidit, multis autem orationem; vt sine qua non essent euentura. Est igitur Oratio rerum nonnullarum futurarum respectu necessaria; at respectu nostri arbitraria.

Accidebat igitur temporibus istis, quod Dominus prædixit: a. *Quoniam abundabit iniquitas: refrigescet charitas multorum. Qui autem perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit.* Quare quo tunc nouo cœpit feruore Fraternitas, eodem hodieq; perseuerat. Cœpit autore III. a. *Matt.* 24. *v.* 12. Causa originis,

 DEO,

b. *Ephes. 6. v. 13.*

Fraternitas armatur precibus contra Albigenses.

DEO, Deiparaque; ministro S. Dominico, tanto feruentius *b. accipere armaturam* DEI, *vt possit resistere in die malo, & in omnibus perfecta stare. Stare succincta lumbos in veritate, & induta loricam iustitiæ, & calceata pedes in præparationem Euangelij pacis: in omnibus sumens scutum Fidei, in quo possit omnia tela nequissimi ignea extinguere, & galeam salutis assumere; & gladium spiritus, quod est Verbum* DEI,) *per omnem* ORATIONEM ET OBSECRATIONEM ORANS OMNI TEMPORE IN SPIRITV, *& in ipso vigilans in omni instantia, & obsecratione pro omnibus Sanctis*, Sicq; Fraternitas tum viuis, tum vitâ functis iusta persoluebat, & suffragia quotidiana, hebdomadaria, menstrua, anniuersaria, perpetua. sicut nobis tradidere Maiores; & monumenta testantur; & vigens vsus florensq; obseruat.

c. *S. Aug. lib. de Cura pro mortuis gerenda. c. 1.*

More institutoq; maiorum.

Qua de re quid luculentius quisquam illo S. Augustini? *c. in Machabæorum libris*, inquit, *legimus oblatum pro mortuis Sacrificium. Sed etsi nusquam in Scripturis veteribus omninò legeretur, non parua est vniuersæ Ecclesiæ, (quæ in hac consuetudine claret,) autoritas: vbi in precibus sacerdotis, (quæ Domino* DEO *ad eius altare funduntur) locum suum habet etiam commendatio mortuorum.* Si igitur totùm corpus, quod est Ecclesia Mater nostra, istud ita pro mortuis ritè studet, ac zelat; quid par est, vt nos filij, & membra eiusdem præstemus? Atq; hanc instituti sui funebrium originem Fraternitas, hancque causam habuit: istius audiens Gregoriani: *d. Ipsi* DEO *& nostras, & eorum, qui quasi paratiores prius ad hospitium peruenerunt, animas commendemus.*

d. *Gregor. Nazian. oratione in Cæsarium.*

e. *S. Aug. serm. 32.*

Quæris; quemadmodum, quibusue studijs eas commendemus? Audi S. Augustinum: *e. Oratio*

Orationibus, inquit, *S. Ecclesiæ; & Sacrificio salutari; & Eleemosynis non est dubium mortuos adiuuari, vt cum eis misericordius agatur à Domino, quàm eorum peccata meruerunt.* Audi Chrysostomum: f. *Iuuatur* inquit, *mortuus non lacrymis, sed precibus, Supplicationibus, Eleemosynis.*

Frequentando tria suffragiorum genera de his Bellarm. de Purg. lib. 2. c 16.

Vnde autem mos hic, ritusque profluxit? *Non temerè*, inquit g. idem alibi, *ab* APOSTOLIS HÆC SANCITA *fuerunt, vt in tremendis Mysterijs mortuorum fieret commemoratio. Sciunt enim multam illius contingere vtilitatem.* Ecquam verò? Vt à grauibus delictorum pœnis soluantur. Ita Theophylactus: *Oblationes*, inquit, *& distributiones, quæ fiunt pro defunctis, non parum conducunt etiam ijs, qui in grauibus delictis mortui sunt.*

f. *S. Chrys. homil.* 41.
g. *Idem homil.* 69.
Ab Apostolis tradita.
Theophyl.

Idcircò prouidè & religiosè S. Ephręem in testamento suo ita sibi superstites orat: *h. Assiduè in vestris orationibus mei memoriam faciatis. Etenim in vanitate, & iniquitate peregi vitam meam.* Idcircò S. Augustinus ita docet: *i. Non existimemus ad mortuos, pro quibus curam gerimus, peruenire; nisi quod pro eis siue Altaris, siue Orationum, siue Eleemosynarum sacrificijs solenniter supplicamus.*

h. S. *Ephr. sub initium operum suorum.*

Quocirca monet exemplo Ecclesiæ, idem sæpius pro vniuersim omnibus oremus defunctis: *Non sunt*, inquit, k. *Non sunt prætermittendæ supplicationes pro spiritibus mortuorum: quas faciendas pro omnibus in Christiana & Catholica societate defunctis, etiam tacitis nominibus quorumque, sub generali commemoratione suscepit Ecclesia. Vt, quibus ad illa desunt parentes,*

i. S. *Aug. lib. de Cura pro mort. cap.* 18.

aut filij, aut quicunq; cognati vel amici; ab vna eis exhibeatur pia Matre communi.

Indulgentiarum suffragia.

Ad ista media illud quoq; in Fraternitate quodammodo peculiare accedit auxilium, quod ab Indulgentijs ea efficacissimum mutuatur: Quibus non quidem à delictis vllis absoluuntur animæ; quæ nulla habent; sed à delictorum pænis soluuntur, teste Caietano. *l.* Sicut captiuus, annumerato litro, eximitur captiuitate. Neq; enim animæ, in igne purgante detentæ, peccatrices sunt; sed debitrices pro tempore. Vt quibus in corpore culpa omnis remissa, non omnis pæna dimissa fuerit.

l. Caiet. to. 1. *Opusculorum tract.* 16. *q.* 5. *art.* 6 *Et Bellarm. de Indulg. lib.* 1. *cap.* 5. & 7.

III. Quisq; securet ipsũ prius, dein alium.

III. Pertractatum Theologis zytima in medium huc dabo istud: *An in gratia Dei esse oporteat, eum, qui indulgentias defunctis promereri, & applicare desiderat?* *Respondeo* 1. Deceret id quidem, & expediret, vt quis ante mortalis culpæ suæ trabem ex suopte extraheret oculo; quàm temporariæ pœnæ festucam fratri eximere studeat. *m.* Quoniam charitas incipit à seipsa: & proximus quisq; sibi est. Sibi autem *n. qui nequam est, cui bonus*? Neq; etiam est *o. Speciosa laus in ore peccatoru.* *p. Et scimus, quoniam Deus peccatores non exaudit.*

m. *Luc.* 4. *v.* 23.
n. *Eccl.* 15. *v.* 9
p. *Joan.* 9. *v.* 5.

Nihilominus tamen *respondeo* II. cum distinctione. Si opus indulgentiæ consequendæ iniunctum requirat, vt pænitens & confessus id exequatur; tum ob conditionem eam necesse est, vt sit in statu gratiæ, qui defunctis vult applicare satisfactionem ex Ecclesię thesauro promtam. Ratio est, quia maxima est Ecclesiæ apud sanctum Thomam ista: *q. Indulgentiæ tantum valent, quantum sonant.* Atque istud est extra controuersiam.

q. S. *Tho. in quarto sent. dist.* 20.

Sin autem iniunctum opus id non exigat; probabiliter dici potest, (inquit Bellarminus,)

r. pro-

r. prodesse indulgentias defunctis, tametsi is, qui pro defunctis eas suscipit, non sit in gratia.

Dico III. cum Francisco Toleto. s. *Si quis sit in peccato mortali, dum sumit pro mortuis indulgentias; faciendo id opus, per quod eis applicatur, in peccato; indulgentiæ valent mortuis ipsis. Quia in gratia* DEI *sunt, & in purgatorio detinentur. Ita Gabriel Biel.* t. Et *ratio est. Quia ratio satisfactionis, seu pretium pœnarum, non est opus illius, qui est in peccato; sed indulgentia ipsa, & thesaurus meritorum Christi & Sanctorum. Illud autem opus particulare, per quod indulgentiæ applicantur, fit ab illo nomine Ecclesiæ; in qua nunquam deest gratia. Opus autem cùm ab aliquo fit nomine alterius, non perdit valorem; quamuis qui facit immediatè, non sit in gratia. Sicut, qui dat eleemosynam per seruum; qui, dum dat, eam cum vana gloria dat; non perdit valorem, si, qui iusserit, benè iusserit dandam. Ecclesia autem est, quæ constituit viuos, vt consequantur indulgentias pro mortuis. Opera viuorum huiusmodi non perdunt valorem pro mortuis, licet instrumenta, per quæ fiunt, mala sint.* Hactenus Toletus. Eadem Paludanus. u. Benigna hæc sententia.

At durior contraria Soti: x. Verùm Bellarmino tutior: *Vt, qui cupit mortuis indulgentiam obtinere, prius det operam, sibi ipse indulgentiam à culpa per Sacramentum Confessionis obtineat.* y.

Atqui non quid deceat, sed quid possit hac in re fieri, quærimus. Potest autem malus filius è bulgâ matris bonæ bonam eleemosynam elargiri. Sicut improbus sacerdos efficaciter alteri digno ministrat Sacramenta. Hæc enim valorem in se ipsis habent; non ex ministro. Ita quoq;

r. *Bellarm. de Indulg. li.* 1. *c.* 13 *q.* 5.

s. *Tol. de Instructione sacerd. lib.* 6. *cap.* 26.

Peccator potest mortuis applicare indulgentiam.

t. *Gabr. Lect.* 57. *super Canon.*

1. Ratio quia non de suo soluit, sed de Christi satisfactione.

2. Id facit nomine Ecclesiæ, non suo.

u. *Palud. in* 4. *sent. dist.* 45. *q.* 1.

x. *Soto. ibidem q.* 2. *a.* 2.

y. *Bell. vbi suprà.*

Simile primum, Secundum.

probatur Theologis illud, quod Telbartus Themesuar ex M. Richardo recitat, qui ita scribit. b. *Si etiam quis est in peccato mortali, quamuis non consequitur peccatorum remissionem, nec indulgentiam; tamen adhuc prudenter agit, si facit illud, quod continetur in forma indulgentiæ.* Eò, *quod bona facta in peccato mortali disponunt de congruo ad pœnitentiam: & mediante ea, ad gratiam & remissionem peccatorum.*

b. *Rich. in 4. Sent, dist.* 20.

Quò impensius indulgentijs danda est opera: neque cuiquam peccatori etiam committendum; vt suum damnum defunctis esse damno velit: cùm bono esse queat istis, ac sibi. Iustis verò hoc maiori est bono. Quippe per opus suum bonum, quà meritorium est, sibi gratiam: quà satisfactorium est, defunctis veniam obtinebit.

Sed quoniam totius curæ, in vita Christiana, fraternaq; charitate, pars magna est hæc, *mortuos curare*; ea autem cùm minus cordi esse plerisque soleat, quòd illi procul ab oculis: idcircò, in gratiam prædicatorum Fraternitatis, motiuas subijciam nonnullas; quibus Confratres pro concionibus ad eam possint curam accendi.

CAPVT X.

Motiua nonnulla, cur mortuis, vel ipsorum causa, libenter ac sæpe nos opitulari conueniat.

Diuis & viuis facere satis possumus.

DIui, Viui, Mortui, curæ nobis esse debent & cordi. Honor Diuis, amor viuis, suffragium Mortuis præstantor. Vna autem in omnibus præque his omnibus vna cura nostra DEVS esto. Laudat Dominum in Sanctis suis Rosarij Fraternitas multipliciter honoribus festis, pijsque operibus. Præstat charitatem proximo orationibus mutuis, officijsque alijs & obsequijs. Adiuuat mortuos tot ac tantis, quæ diximus, suffragijs. Sed nunquam Satis. Etenim a. *tria sunt insaturabilia; & quartum, quod nunquam dicit: sufficit. Infernus, & Os vulua, & Terra quæ non satiatur aqua: Ignis verò nunquam dicit. sufficit*. Quæ igitur suffragia purganti inferno, quæ votorum fluenta igni eiusdē suffecerint? Hauriamus, quantùm licet; nunquam eum ab animabus exhauserimus. Cessabimus igitur? Absit. Quin hoc magis connitamur aut ex igne animas exantlare, aut in igne positis aquā suffragiorū affundere. Hoc vt agamus sedulò, multa sunt, quæ impellūt. Ea ad duo quædam capita voco: Mortuorum alterū, alterū viuorū sit causa, quæ hos ad illorum habendam curam inducant. Age, adiuua, si quid potes: potes autē plurimùm: Animarum causam purgantium age: sunt enim, etsi feliciter, tamen nimium quàm miserabiles, Miserabiles sunt 1 ob terribilem quo clausæ tenentur, caceris locū Hunc vocat Ecclesia *os Leonis, profundū laci manū inferni.* Zacharias a. *Lacū; in quo non est aqua*. Adūbrat eū S. Iob, & deplorat, dum ait. b. *Dimitte me, vt plangam*

a *Prou*, 30. v. 15.

Purgatorio nihil sufficit.

a *Zach*. 9. 11

b *Iob*. 10. 20

gam

gam paululum dolorem meum, antequam vadam, & non reuertar, ad Terram tenebrosam, & opertã mortis caligine: Terram miseriæ & tenebrarum, vbi vmbra mortis, & nullus ordo; sed sempiternus horror inhabitat. Terra non absimilis illi, de qua Vates Euangelicus ita. c. *Conuertentur torrentes eius in picem ardentem, & humus eius in sulphur: & erit terra eius in picem ardentem. Nocte & die non extinguetur: in Sempiternum ascendit fumus eius.*

Animarum miserendum est 1. ob horrificum locum inquo sunt

c Isaias 34. 9

d Bellar to. 1 De purgatorio lib. 1. cap. 7.

Hunc interpretes S Patres, apud Bellarminũ, d. esse temporaneum carcerem intelligunt, de quo Seruator. e. *Cum vadis*, inquit, *cum aduersario tuo ad Principẽ; in via da operã liberari ab illo: ne fortè trahat te ad iudicem; & iudex tradat te exactori; & exactor mittat te in* CARCEREM *Dico tibi, non exies inde, donec etiam nouissimum minutum reddas.* Ita nimirum euenit illi seruo, de quo in parabola. f. *Iratus Dominus eius, tradidit eum tortoribus; quoad vsque redderet vniuersum debitum.*

e Luca. 12. 58. & ma. 5.

f Matt. 18. 34.

De Redemtore scribit S. Petru. g. quòd *& his, qui in carcere erant, spiritu veniens, prædicauit:* Idem Seruator si reos etiam in carcere visites, se visitatum dicit. h. quantò magis si culpis solutas animas iustorum, sed pænis, ceu. i. *funibus peccatorum suorum* constrictas, in illo purgatorij carcere spiritu orationis veniens interuisas, k. *prædicans eis annum placabilem Domino, captiuis indulgentiam, & clausis apertionem.* Ita nimirum l. *facies tibi amicos de mammona iniquitatis*: hoc est, de Indulgentijs, seu meritis Christi; quæ voco diuitias iniquitatis Iudaicæ in eum, qui inter iniquos reputatus est; quique iniquitates nostras ad crucem suffixit m. *vt ostenderet in sæculis superuenientibus abundantes diuitias gratiæ suæ in bonitate super nos.* De hisce igitur fac tibi amicos, è carcere solutos, *vt, cùm defeceris, recipiant te in æterna*

g 1. Pet. 3. 19.

h mat. 25. 36.

i prou. 5.

k Isa. 41. 2.

l Luca 16. 9.

m Ephe. 2. 7

terna tabernacula, suis pro te vicissim deprecationibus Deum Solicitaturi.

II. Miserabiles sunt ob cruciatus inexplicabiles, quos eo in carcere perpetiuntur. Vt cum S. Iob ad nos clament. n. *Miseremini mei; miseremini mei vos saltē amici mei: quia manus Domini tetigit me.* Quomodo? o. *Spiritu iudicij & spiritu cōbustionis.* Sic enim prædixit Isaias, quod *purgabit Dominus sordes filiorum & filiarum Sion.* Idem cruciabiles eas flammas ita exprimit. p. *Succensa est quasi ignis impietas, veprem & spinam vorabit: & succendetur in densitate saltus, & conuoluetur superbia fumi. In ira Domini exercituum conturbata est terra; & erit populus quasi esca ignis.* Quæ de Purgatorio accipit S. Basilius. q. Eodem ore & spiritu Malachias inquit. r. *Ipse sedebit quasi ignis conflans, & purgabit filios Leui, & colabit eos;* vt salui fiant, s. *sic tamen, quasi per* Ignem De eodem ita S. Gregogorius Nazianzenus. ss. In *altero igne Baptizabuntur; qui postremus est baptismus, non solū acerbior, sed & diuturnior: qui crassam materiam instar ferri depascitur, vitijque omnis leuitatem absumit.*

u *Ergo exercentur pænis, veterumque malorum*
Supplicia expendunt. De quorum grauitate
consule Bellarminum. *t.*

III. Miserabiles sunt; eò, quòd in eum flammarū carcerē addicti sint atq; coſtricti vnde eis citra specialem Dei licentiam exire nō integrū est. x. S. Augstinus. y. *Si rebus viuentium,* inquit, *interessent animæ mortuorum; vt de alijs taceam, meipsum pia mater nulla nocte desereret, quæ terra marique secuta, vt mecum viueret.* Certè Sanctus Chrysostomus ait: z. *Cùm sciamus mortuorum animas non redire: tamen sæpe dæmon, per quietem & som-*

2. Cruciatus igneos.
n Iob. 19. 21.
o Isaiæ. 4. 4. de quo S. August. lib. 10. Ciuit. Dei cap. 25. Et in Psal. 37
p Isa. 9. 18.
q S. Bas. in 9. Isaiæ.
r Mal 3.
s 1. Cor. 3. 15
ss. Gre. Naz. oratione in S. Lumina.
t Bell. de purgat. li. 2. cap. 14.
u Virgil. 6. Æneidos.
3. Ob additionem earum in carcerem illum:
x. Pet. Thyræus de locis infestis parte 1. c. 9.
y S. Aug. li. de cura c. 13.
z S. Chry. homil. vltima de Lazaro.

somnium; qua vna ratione potest; animarum defunctorum personam sumit: quid facturum fuisset, si animas redire sciret?

Redeunt verò purgatoriæ subinde; *a.* sed pænarum suarum diritatem circumferunt: vt nihil exisse iuuet, nisi quantùm ipse iuueris. Vt iustè lamentari possint *b. Ego vir videns paupertatem meam, in virga indignationis eius Me minauit & adduxit in tenebras, & non in lucem. Tantùm in me vertit & conuertit manum suam tota die. Vetustam fecit pellem meam, & carnem meam, contriuit ossa mea. Ædificauit in gyro meo, & circumdedit me felle & labore. In tenebrosis collocauit me, quasi mortuos sempiternos. Circumædificauit aduersum me, vt non egrediar: aggrauauit compedem meum; sed & cum clamauero, & rogauero, exclusit orationem meam. Conclusit vias meas lapidibus quadris, semitas meas subuertit. Vrsus insidians factus est mihi leo in absconditis. Quoniam ipse dixit.* c. *Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem.* Porrò, adi Bellarminum libr. 2. cap 8.

a *Thyræus supra ca.* 10.
b *Thren.* 3. 5 Lamentatio animæ.
c *Mat,* 5. 27.

IV. Miserabiles sunt ob miserabilem oris vultusque habitum, sonitum vocis lamentabilem, terrificamque speciem: de quibus omnibus per exempla, perque doctrinam Petrus Thyræus in libro de locis infestis à capite 75. & vltrà.

4 Ob speciem miserabilem qua cum apparent.

V. Miserabile est, tantos Dei amicos, tantis pænis nec hilum promereri; quantâuis eas cùm patientia & charitate sustineant, certi salutis: Nos autem salutis incertos tam facili labore tantum ipsis opitulari posse; & verò negligere. Malum! quid hoc rei est? Age, quicquid agis, *istam finiens quisque vitam, nisi quod meruit in ipsa, non poterit habere post ipsam.* Sanctus inquit Augusti-

5. Quod nil mereantur patiendo. De quo vide Bellarm de purgator. lib. 2. cap. 2.

d S. Aug. de Verbis Apostoli tra. 34.
e Idem in Enchiridio cap. 110.
f Eccle. 9. 10

Augustinus. d. Nam, vt idem alubi. e. *Omne meritum hic comparatur, qui possit post hanc vitam releuari quispiam, aut aggrauari. Nemo autem speret, se, quod hic neglexerit, cũ obierit, apud* Deum *promereri.* Quare. f. *Quodcunque potest facere manus tua, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quò tu properas.* Adiua miseras, vt miser ipse iuueris.

6. Ob patientiam & spem ipsa.
g Thren. 3. 15.

VI. Ipsa earum patientia in sufferendo, & expectatio liberationis dignissima est, cui properè subueniatur. Audi qeurentem, & iuxtà sperantem. g. *Repleuit me amaritudinibus, inebriauit me absynthiis: & fregit ad numerum dentes meos, cibauit me cinere, & repulsa est anima mea, &c. Recordare paupertatis & transgressionis meæ, absynthij & fellis.* Memoria *memor ero, & labescet in me anima mea.* H*ęc recolens in corde meo, ideò sperabo. Misericordia Domini, quia non sumus consumti: quia non defecerunt miserationes eius. Noui diluculò, multa est fides tua. Pars mea* Dominus, *dixit anima mea, propterea expectabo eum.* Equidem ita existimo, animabus purgatorio addictis explorata constare certitudine numerum, pondus ac mensuram pænarum sibi persoluendarum: spem verò ipsis esse de fidelium suffragijs, quibus constitutum expiationis tempus abrumpi expectant. Quæ ipsa suffragia Deo quàm hominibus potius accepta ferũt: vt ex quo homines mentem ad suffragandum, & ipsa suffragia valorem ad satisfaciendum acceperint. Proinde gratæ in Deum animæ istis ferè sese consolantur. h: *Ego autem ad Dominum aspiciam, expectabo Deum Saluatorem meum audiet me* DEVS *meus. Ne læteris inimica mea*, flamma crucians. *super me, quia cecidi: consurgam, cum sedero in tenebris, Dominus lux mea est. Iram Domini portabo, quoniam peccaui ei: donec causam meam iudicet, & faciat iudicium meum E-*

Qualis sit spes purgatoriarum animarum.
h Mich. 7. 7.

du-

ducet me in lucem, videbo iustitiam eius.

VII. Miserabiles sunt luentes in igne animæ, ob sensum quo iam pollent multò subtiliore, quàm cùm crassis impeditæ corporibus hic agebant. Vnde S. Augustinus monet. i. *Religiosus amicus nullo modo debet à supplicationibus necessarijs in eius* (defuncti) *commendatione cessare. Vbicunque enim iaceat, vel non iaceat defuncti caro; Spiritui requies acquirenda est. Qui, cum inde exiret, SECVM ABSTVLIT SENSVM, quo interesse possit, quo modo quisque sit, siue in bonis siue in malis. Nec ab ea carne expectat adiuuari vitam suam, cui præbebat ipse vitam, quam detraxit excedens, & redditurus est rediens.*

7. Ob sensum summè patibilem.

i S. *Aug. lib. de cura pro mort. cap.* 5.

Colligamus hinc, quæ ad curam mortuorum nos sedulam inducere debeant. 1. Amicitia mutua 2 Religio seu pietas communis. 3. Necessitas defuncti. 4. Communio spiritus cum superstite amico. 5. Sensus ipsius Spiritus. 6. Diuersitas status isthic futuri in bonis, vel malis. 7. Destitutio Spiritus à suo corpore.

Sed *quis est ille noster, qui luat potissimum, sensus?* Id Sanctus Hieronymus nobis ita disceptat. k. *Similitudo hominis qui sedebat, &c. electro cõparatur. Quod & intrinsecus, & extrinsecus habebat quasi ignis aspectũ; à lumbis verò & deorsum ignis erat, resplendens in circuitu. Vt ostendatur, ea, quæ supra lumbos sunt, vbi sensus versatur & ratio, non indigere igne, nec flammis; sed pretiosissimo metallo, & purissimo.*

k S. *Hier. in Ezechielem sub finem cap.* 1.

Ea verò, quæ à lumbis deorsum: vbi coitus: vbi generatio, vbi incentiua vitiorum; purgatione indigere flammarum vt, cùm purgata fuerint, habeant sicut arcus similitudinem, quæ vulgò iris dicitur. Hic arcus signum est clementiæ Dei. Ex quo ostenditur, post pœnas atque supplicia, & purgationem peccato-

Sensualitas maximè luit in igne.

rum

aut filij, aut quicunq; cognati vel amici; ab vna eis exhibeatur pia Matre communi.

Indulgentiarum suffragia.

Ad ista media illud quoq; in Fraternitate quodammodo peculiare accedit auxilium, quod ab Iudulgentijs ea efficacissimum mutuatur: Quibus non quidem à delictis vllis absoluuntur animæ; quæ nulla habent; sed à delictorum pænis soluuntur, teste Caietano. *l.* Sicut captiuus, annumerato litro, eximitur captiuitate: Neq; enim animæ, in igne purgante detentæ, peccatrices sunt; sed debitrices pro tempore. Vt quibus in corpore culpa omnis remissa, non omnis pæna dimissa fuerit.

l. *Caiet. to. 1. Opusculorum tract. 16. q. 5. art. 6 Et Bellarm. de Indulg. lib. 1. cap. 5. & 7.*

III. Quisq; securet ipsũ prius, dein alium.

III. Pertractatum Theologis zytima in medium huc dabo istud: *An in gratia Dei esse oporteat, eum, qui indulgentias defunctis promereri, & applicare desiderat?* *Respondeo* 1. Deceret id quidem, & expediret, vt quis ante mortalis culpæ suæ trabem ex suopte extraheret oculo; quàm temporariæ pœnæ festucam fratri eximere studeat. *m.* Quoniam charitas incipit à seipsa: & proximus quisq; sibi est. Sibi autem *n. qui nequam est, cui bonus?* Neq; etiam est *o. Speciosa laus in ore peccatoru.* *p. Et scimus, quoniam Deus peccatores non exaudit.*

m. *Luc.* 4. *v* 23.
n. *Eccl.* 15. *v.* 9
p. *Joan.* 9. *v.* 5.

Nihilominus tamen *respondeo* II. cum distinctione. Si opus indulgentiæ consequendæ iniunctum requirat, vt pænitens & confessus id exequatur; tum ob conditionem eam necesse est, vt sit in statu gratiæ, qui defunctis vult applicare satisfactionem ex Ecclesię thesauro promtam. Ratio est, quia maxima est Ecclesiæ apud sanctum Thomam ista: *q. Indulgentiæ tantum valent, quantum sonant.* Atque istud est extra controuersiam.

q. S. *Tho. in quarto sent. dist.* 20.

Sin autem iniunctum opus id non exigat; probabiliter dici potest, (inquit Bellarminus,)

r. pro-

r. prodesse indulgentias defunctis, tametsi is, qui pro defunctis eas suscipit, non sit in gratia.

Dico III. cum Francisco Toleto. *s. Si quis sit in peccato mortali, dum sumit pro mortuis indulgentias; faciendo id opus, per quod eis applicatur, in peccato; indulgentiæ valent mortuis ipsis. Quia in gratia* DEI *sunt, & in purgatorio detinentur. Ita Gabriel Biel.* t. Et *ratio est. Quia ratio satisfactionis, seu pretium pœnarum, non est opus illius, qui est in peccato; sed indulgentia ipsa, & thesaurus meritorum Christi & Sanctorum. Illud autem opus particulare, per quod indulgentiæ applicantur, fit ab illo nomine Ecclesiæ; in qua nunquam deest gratia. Opus autem cùm ab aliquo fit nomine alterius, non perdit valorem; quamuis qui facit immediatè, non sit in gratia. Sicut, qui dat eleemosynam per seruum; qui, dum dat, eam cum vana gloria dat; non perdit valorem, si, qui iusserit, benè iusserit dandam. Ecclesia autem est, quæ constituit viuos, vt consequantur indulgentias pro mortuis. Opera viuorum huiusmodi non perdunt valorem pro mortuis, licet instrumenta, per quæ fiunt, mala sint.* Hactenus Toletus. Eadem Paludanus. *u.* Benigna hæc sententia.

At durior contraria Soti: *x.* Verùm Bellarmino tutior: *Vt, qui cupit mortuis indulgentiam obtinere, prius det operam, sibi ipse indulgentiam à culpa per Sacramentum Confessionis obtineat.* y.

Atqui non quid deceat, sed quid possit hac in re fieri, quærimus. Potest autem malus filius è bulgâ matris bonæ bonam eleemosynam elargiri. Sicut improbus sacerdos efficaciter alteri digno ministrat Sacramenta. Hæc enim valorem in se ipsis habent; non ex ministro. Ita

r. *Bellarm. de Indulg. li.* 1. *c.* 13 *q.* 5.
s. *Tol. de Instructione sacerd. lib.* 6. *cap.* 26.
Peccator potest mortuis applicare indulgentiam.
t. *Gabr. Lect.* 57. *super Canon.*
1. Ratio quia non de suo soluit, sed de Christi satisfactione.
2. Id facit nomine Ecclesiæ, non suo.
u. *Palud. in* 4. *sent. dist.* 45. *q.* 1.
x. *Soto. ibidem q.* 2. *a.* 2.
y. *Bell. vbi suprà.*
Simile primum, Secundum.

quoque ſatisfactiones Chriſti, ſeu indulgentiæ valorem habent in ſeipſis, nec poſſunt à miniſtri malitia corrumpi, quò minus ijs proſint, quibus eas prodeſſe vult Diſpenſator Chriſti.

Ratio 3. Indulgentias defunctis non meremur, ſed applicamus.

Adhæc quidpiam mereri apud Deum, requirit vt, qui commereri vult. ſit in gratia: At, qui defunctis applicat ſatisfactiones Chriſti, is non iam has meretur; ſed paratas ac promtas porrigit tantùm opere mediante præſcripto. Immunda in lance cibus optimus porrectus eſurienti gratus eſt, famemq; pellit; tametſi lancis immunditiєs diſpliceat. Si autem cibus ſit talis, quem lancis ſordes inficere nequeant; tantò facilius hæ diſſimulantur. Proinde poteſt quis ſibi eſſe nequam, & alteri bonus.

Simile.

Poteſt eſſe iniuncti operis pro defunctis executio in ore, vel manu executoris minimè ſpecioſa, ſeu grata Deo; ingrata tamen eſſe nequit ſatisfactio Chriſti, Ipſi ex Eccleſiæ theſauro deprompta, & pro debitore annumerata. Sed de hoc ſatis.

Cauſa tractatę huius hic quæſtionis.

Quod eò tamen adieci, vt Confratres Roſarij hoc cognito reddantur tantò ad opitulandum purgatorijs alacriores. Neu quis propriæ conſcientiæ reatu prodeſſe alijs abſterreatur; dum intelligit condonationes pro defunctis, quàm pro viuis proque ſe ipſo, conſecutu eſſe longè & faciliores, & certiores. Vnde nec audiendus eſt Caietanus, qui incertas eſſe dicit. *Quòd profectò*, inquit z. Toletus, *eſt contra Eccleſiæ dignitatem & ritum. Non enim oraret, niſi cognoſceret mortuis prodeſſe: vt expreſsè docet Dionyſius. a.*

z. *Tol. vbi ſuprà.*
a. *Dion. de Eccl. Hierarch. c.7.*

Peccatori prodeſt opus bonū.

Neq; etiam omninò nihil prodeſt opus peccatori, quod indulgentijs pro defuncto conſequendis exequitur. Nam valde laudatur & proba-

probatur Theologis illud, quod Telbartus Themesuar ex M. Richardo recitat, qui ita scribit. *b. Si etiam quis est in peccato mortali, quamuis non consequitur peccatorum remissionem, nec indulgentiam; tamen adhuc prudenter agit, si facit illud, quod continetur in forma indulgentiæ. Eò, quod bona facta in peccato mortali disponunt de congruo ad pænitentiam: & mediante ea, ad gratiam & remissionem peccatorum.*

b. *Rich. in* 4. *Sent, dist.* 20.

Quò impensius indulgentijs danda est opera: neque cuiquam peccatori etiam committendum; vt suum damnum defunctis esse damno velit: cùm bono esse queat istis, ac sibi. Iustis verò hoc maiori est bono. Quippe per opus suum bonum, quà meritorium est, sibi gratiam: quà satisfactorium est, defunctis veniam obtinebit.

Sed quoniam totius curæ, in vita Christiana, fraternaq; charitate, pars magna est hæc, *mortuos curare*; ea autem cùm minus cordi esse plerisque soleat, quòd illi procul ab oculis: idcircò, in gratiam prædicatorum Fraternitatis, motiuas subijciam nonnullas; quibus Confratres pro concionibus ad eam possint curam accendi.

reijciantur de facili, vt pomeridianæ fiant; vel vnum hoc Ordini Prædicatorum vniuerso sat grande momentum esse debet: quòd admiranda illa aduersum Turcam obtenta diuinitus Victoria Fraternitatis Rosarij Processionibus adscribatur. Teste Bulla Gregoriana. Et ijs processionibus, inquam, non pro re ac temporis articulo institutis; verùm consuetis ac ordinarijs Fraternitati vniuersæ: & his antemeridianis; sub horam scilicet octauam aut nonam: intra quod tempus ferè dictæ victoriæ Summa, in acie versabatur. Teste Pontifice Greg. XIII. Quæ si tum procedendi consuetudo sub id tempus viguit orbe toto, ac tantùm valuit, quantum instituto Rosarij festo soleñi S S. Apostolica testatū reliquit: quid est, quòd hodie quisquam suo arbitrio tempus processionis transferre præsumat? Quin tamen iustis alicubi de causis fieri possit, non infitiabor.

CAPVT IX.

De cura pro mortuis, quæ in Fraternitate Rosarij fieri maxima consueuit.

CVram pro mortuis Rosarij Fraternitas aliam habet cum Ecclesia communem: aliam verò sibi peculiarē ac propriam: eamq; tantam, quantam nemo quisquam, non Pontifex, non Imperator, non Rex sibi, quantisuis fundationum impensis, possit vnquam parare. Res ipsa loquatur. Quis nescit vnam hanc omnium esse numerosissimam, & multò maximam Fraternitatem? Et Fraternitatem esse eam Rosarij, hoc est, orationum, atq; suffragiorum: Et copiosissimam in ea meritorum esse comunionem? Adhæc thesauros Ecclesię penè omnes in eam effusos esse; atq; etiamnum illi quouis momento patere?

tere? Hæc, inquam, quis ignorat? Cùm itaq; tam sint manifesta, quàm certa, & alio in loco à me demonstrata; 1. hîc summa duntaxat consuetorum illi pro mortuis suffragiorum capita proponam 2. Deinde curæ tantæ originem pandam: 3. Simul causam generatim vnam attingam. 4. Denique quæsitum adijciam vnicum. I. Fraternitas hæc pro suis, vbiuis terrarum mortuis, dies agit quot annis solennes & anniuersarios quatuor; nimirum postridianum Purificationis, Annunciationis, Assumptionis, & Natiuitatis MARIÆ.

Fraternitatis suffragia pro mortuis. 1. propria Anniuersaria.

II Prædicatorum Ordo alios item quatuor statos celebrat pro Fratribus, Sororibus, Familiaribus, Benefactoribus, cæterisque defunctis, qui intra cuiusque Conuentus terminos requiescunt. Et horum suffragia participãt in Fraternitate defuncti; non minus, quam ij qui in Ordine nostro diem suum obierunt: idq; propter mutuam Fraternitatis, & Ordinis in meritis participationem.

2. Communicata prædicatorum Anniuersaria.

III Eandem ob caussam ijsdem suffragantur, quæcunque pro vita functis ex ordinis instituto præstantur seu hebdomadatim, vt recitatio Officij defunctorum; seu dietim, vt preces, quas omni die quilibet septies præstare certas, ritu Ordinis tenetur: deinde sacra, quæ pro animabus purgatonis tantum non omni in Conuentu penè quotidie patrari assolent.

3. Quotidianæ preces.

IIII. Menstruæ publicis coniunctisque votis suffragia fiunt post cuiusque mensis processionẽ peractam, quam excipit solenne pro viuis, proq; defunctis sacrificium, & comprecatio.

4. Mẽstruæ comprecationes.

V. Preces, oblationes, & cætera iusta, quæ ad diem depositionis facit Fraternitas; quando perfrequens ac lubens in suorum prodire funera Confratrum, amat, ac solet.

5. Funebria iusta.

6. Opera alia satisfactoria,

6. opera alia satis factoria.

VI. Quicquid à quoquam ex Fraternitate vllo vnquam tempore vel loco, priuo, proprioque pietatis instinctu, ad purgatoriarum mentium refrigerationem oratur, aut datur, aut agitur; totum aut plurimum illud in defunctorum è Fraternitate bonum optimum cedit, vi initæ in viuis communicationis mutuæ. Cuius obligatio pacti non cum corpore mortali extinguitur; sed cum immortali anima æternat. Etenim charitas fraternitatis nunquam excidit. Viuere tunc verè incipit, cùm à mortalitate absoluitur.

7 indulgentiæ.

VII. Ex immenso Ecclesiæ thesauro cumulata CHRISTI, Cælitumque merita in Fraternitatē à Dispensatoribus DEI S. Pontificibus effusim collata, piè defunctorum animabus opitulantur. Horum ego suffragiorum summa tantum capita, tempora, conditionesque hic perstringam ex Patente bifoliari magna Brixiæ impressa & ligitimè approbatâ.

1. Quotidianæ.

I. Quocunque die, seu quoties Rosarium quis, in Fraternitatem Rosarij inscriptus, piè pro defunctis orauerit; animam è purgatorio liberare potest. Sic Paulus III. anno M D.XXXVII. die 13 Augusti, & Alexander VI.

2. Hebdomadariæ.

II. Omni feria quarta, qui in Ecclesia Rosarij, aut Prædicatorum visitauerit, quinque altaria & ad singula orauerit quinquies Pater & Aue, aut ad vnum altare Rosarij quindecim Pater & Aue orauerit, is animam è purgatorio liberabit Item Idem omni Dominica die fieri licet. Itemq; diebus infrà scriptis:

In festo Purificationis. Feria tertia post Quadragesimam. Sabbato post secundam Dominicam in Quadragesima. Feria sexta antè Sanctam Dominicam Quadragesimæ. Sabbatho Palmarum, Feria 4. septimanæ sanctæ.

Die

Die Cænæ. In Parasceue. & 6. Maij in festo S. Joannis ante portam Latinam. Hasce dedit indulgentias Leo X., Successores confirmarunt, nouissimè Paulus V. in Bulla: Cum olim fel. record. anno 1608. 30 Septemb. Quæ si colligas singula, si attendas & suffragantium multitudinem, & suffragiorum qualitatem, atq; perpetuationem: scio, senties mecum, maiorem pro mortuis curam & suffragationem neminẽ quenquam sibi comparare, nec fortè vsquam reperiri posse.

II. Origo istius curæ pro mortuis in Fraternitate.

Jam *quæ tantæ curæ in Fraternitate initia fuere?* Hæresis, inquam, Albigensium, contemtrix piorum pro mortuis suffragiorum: Et refrigrescens Orthodoxorum charitas. Per hanc negligebatur oratio: per illam omnis ad DEVM, ad Diuos; pro defunctis, pro viuis oratio explodebatur. Adeò fatali necessitate fluere omnia pertendebant hæretici; vt aliud, quàm quod ab æterno prouisum fieri nequeat; quicquid nos vel precemur, vel deprecemur. Arbitraria peti, n on fatalia Hæc Albigenses.

Quasi, qui præuidit omnia, res tantum ipsas præuidisset futuras; non modum simul, seu medium earum, quo euenturæ essent. Alijs aliud medium modumque prouidit, multis autem orationem; vt sine qua non essent euentura. Est igitur Oratio rerum nonnullarum futurarum respectu necessaria; at respectu nostri arbitraria.

III. a. Matt. 24. v. 12. Causa originis,

Accidebat igitur temporibus istis, quod Dominus prædixit: *a. Quoniam abundabit iniquitas: refrigescet charitas multorum. Qui autem perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit.* Quare quo tunc nouo cœpit feruore Fraternitas, eodem hodieq; perseuerat. Cœpit autore

b. *Ephes. 6. v. 13.*
Fraternitas armatur precibus contra Albigenses.

DEO, Deiparaque; ministro S. Dominico, tanto feruentius *b.* *accipere armaturam* DEI, *vt possit resistere in die malo, & in omnibus perfecta stare. Stare succincta lumbos in veritate, & induta loricam iustitiæ, & calceata pedes in præparationem Euangelij pacis: in omnibus sumens scutum* Fidei, *in quo possit omnia tela nequissimi ignea extinguere, & galeam salutis assumere; & gladium spiritus, quod est Verbum* DEI,) *per omnem* ORATIONEM ET OBSECRATIONEM ORANS OMNI TEMPORE IN SPIRITU, *& in ipso vigilans in omni instantia, & obsecratione pro omnibus Sanctis,* Sicq; Fraternitas tum viuis, tum vitâ functis iusta persoluebat, & suffragia quotidiana, hebdomadaria, menstrua, anniuersaria, perpetua. sicut nobis tradidere Maiores; & monumenta testantur; & vigens vsus florensq; obseruat.

c. *S. Aug. lib. de Cura pro mortuis gerenda. c. 1.*
More institutoq; maiorum.

Qua de re quid luculentius quisquam illo S. Augustini? *c.* *in Machabæorum libris,* inquit, *legimus oblatum pro mortuis Sacrificium. Sed etsi nusquam in Scripturis veteribus omninò legeretur, non parua est vniuersæ Ecclesiæ, (quæ in hac consuetudine claret,) autoritas: vbi in precibus sacerdotis, (quæ Domino* DEO *ad eius altare funduntur) locum suum habet etiam commendatio mortuorum.* Si igitur totum corpus, quod est Ecclesia Mater nostra, istud ita pro mortuis ritè studet, ac zelat; quid par est, vt nos filij, & membra eiusdem præstemus? Atq; hanc instituti sui funebrium originem Fraternitas, hancque causam habuit: istius audiens Gregoriani: *d.* *Isi* DEO *& nostras, & eorum, qui quasi paratiores prius ad hospitium peruenerunt, animas commendemus.*

d. *Gregor. Nazian. oratione in Cæsarium.*

Quæris; quemadmodum, quibusue studijs eas commendemus? Audi S. Augustinum: *e.* *Oratio*

e. S. *Aug. serm.* 32.

Orationibus, inquit, *S. Ecclesiæ; & Sacrificio salutari; & Eleemosynis non est dubium mortuos adiuuari, vt cum eis misericordius agatur à Domino, quàm eorum peccata meruerunt.* Audi Chrysostomum: f. *Iuuatur* inquit, *mortuus non lacrymis, sed precibus, Supplicationibus, Eleemosynis.*

Frequentando tria suffragiorum genera de his Bellarm. de Purg. lib. 2. c 16.

Vnde autem mos hic, ritusque profluxit? *Non temerè*, inquit g. idem alubi, *ab* APOSTOLIS HÆC SANCITA *fuerunt, vt in tremendis Mysterijs mortuorum fieret commemoratio. Sciunt enim multam illius contingere vtilitatem.* Ecquam verò? Vt à grauibus delictorum pœnis soluantur. Ita Theophylactus: *Oblationes*, inquit, *& distributiones, quæ fiunt pro defunctis, non parum conducunt etiam ijs, qui in grauibus delictis mortui sunt.*

f. *S. Chrys. homil.* 41. g. *Idem homil.* 69. Ab Apostolis tradita. *Theophyl.*

Idcircò prouidè & religiosè S. Ephręem in testamento suo ita sibi superstites orat: h. *Assiduè in vestris orationibus mei memoriam faciatis. Etenim in vanitate, & iniquitate peregi vitam meam.* Idcircò S. Augustinus ita docet: i. *Non existimemus ad mortuos, pro quibus curam gerimus, peruenire; nisi quod pro eis siue Altaris, siue Orationum, siue Eleemosynarum sacrificijs solenniter supplicamus.*

h. S. Ephr. *sub initium operum suorum.*

Quocirca monet exemplo Ecclesiæ, idem sæpius pro vniuersim omnibus oremus defunctis: *Non sunt*, inquit, k. *Non sunt prætermittendæ supplicationes pro spiritibus mortuorum: quas faciendas pro omnibus in Christiana & Catholica societate defunctis, etiam tacitis nominibus quorumque, sub generali commemoratione suscepit Ecclesia. Vt, quibus ad illa desunt parentes,*

i. S. Aug. *lib. de Cura pro mort. cap.* 18.

 aut

aut filij, aut quicunq; cognati vel amici; ab vna eis exhibeatur pia Matre communi.

Indulgentiarum suffragia.

Ad ista media illud quoq; in Fraternitate quodammodo peculiare accedit auxilium, quod ab Indulgentijs ea efficacissimum mutuatur: Quibus non quidem à delictis vllis absoluuntur animæ; quæ nulla habent; sed à delictorum pœnis soluuntur, teste Caietano. *l.* Sicut captiuus, annumerato litro, eximitur captiuitate: Neq; enim animæ, in igne purgante detentæ, peccatrices sunt; sed debitrices pro tempore. Vt quibus in corpore culpa omnis remissa, non omnis pæna dimissa fuerit.

l. Caiet. to. 1. *Opusculorum tract.* 16. *q.* 5. *art.* 6 *Et* Bellarm. *de* Indulg. *lib.* 1. *cap.* 5. & 7.

III. Quisq; se curet ipsũ prius, dein alium.

III. Pertractatum Theologis zytima in medium huc dabo istud: *An in gratia Dei esse oporteat, eum, qui indulgentias defunctis promereri, & applicare desiderat?* *Respondeo* 1. Deceret id quidem, & expediret, vt quis ante mortalis culpæ suæ trabem ex suopte extraheret oculo; quàm temporariæ pœnæ festucam fratri eximere studeat. *m.* Quoniam charitas incipit à seipsa: & proximus quisq; sibi est. Sibi autem *n. qui nequam est, cui bonus?* Neq; etiam est *o. Speciosa laus in ore peccatoru.* *p. Et scimus, quoniam Deus peccatores non exaudit.*

m. *Luc.* 4. *v* 23. n. *Eccl.* 15. *v.* 9 p. *Joan.* 9. *v.* 5.

Nihilominus tamen *respondeo* II. cum distinctione. Si opus indulgentiæ consequendæ iniunctum requirat, vt pænitens & confessus id exequatur; tum ob conditionem eam necesse est, vt sit in statu gratiæ, qui defunctis vult applicare satisfactionem ex Ecclesię thesauro promtam. Ratio est, quia maxima est Ecclesiæ apud sanctum Thomam ista: *q. Indulgentiæ tantum valent, quantum sonant.* Atque istud est extra controuersiam.

q. S. *Tho. in quarto sent. dist.* 20.

Sin autem iniunctum opus id non exigat; probabiliter dici potest, (inquit Bellarminus,) *r.* pro-

r. prodesse indulgentias defunctis, tametsi is, qui pro defunctis eas suscipit, non sit in gratia.

Dico III. cum Francisco Toleto. s. *Si quis sit in peccato mortali, dum sumit pro mortuis indulgentias; faciendo id opus, per quod eis applicatur, in peccato; indulgentiæ valent mortuis ipsis. Quia in gratia DEI sunt, & in purgatorio detinentur.* Ita *Gabriel Biel.* t. Et *ratio est. Quia ratio satisfactionis, seu pretium pœnarum, non est opus illius, qui est in peccato; sed indulgentia ipsa, & thesaurus meritorum Christi & Sanctorum. Illud autem opus particulare, per quod indulgentiæ applicantur, fit ab illo nomine Ecclesiæ; in qua nunquam deest gratia. Opus autem cùm ab aliquo fit nomine alterius, non perdit valorem; quamuis qui facit immediatè, non sit in gratia. Sicut, qui dat eleemosynam per seruum; qui, dum dat, eam cum vana gloria dat; non perdit valorem, si, qui iusserit, benè iusserit dandam. Ecclesia autem est, quæ constituit viuos, vt consequantur indulgentias pro mortuis. Opera viuorum huiusmodi non perdunt valorem pro mortuis, licet instrumenta, per quæ fiunt, mala sint.* Hactenus Toletus. Eadem Paludanus. u. Benigna hæc sententia.

At durior contraria Soti: x. Verùm Bellarmino tutior: *Vt, qui cupit mortuis indulgentiam obtinere, prius det operam, sibi ipse indulgentiam à culpa per Sacramentum Confessionis obtineat.* y.

Atqui non quid deceat, sed quid possit hac in re fieri, quærimus. Potest autem malus filius è bulgâ matris bonæ bonam eleemosynam elargiri. Sicut improbus sacerdos efficaciter alteri digno ministrat Sacramenta. Hæc enim valorem in se ipsis habent; non ex ministro. Ita

r. *Bellarm. de Indulg. li.* 1. *c.* 13 *q.* 5.
s. *Tol. de Instructione sacerd. lib.* 6. *cap.* 26.
Peccator potest mortuis applicare indulgentiam.
t. *Gabr. Lect.* 57. *super Canon.*
1. Ratio quia non de suo soluit, sed de Christi satisfactione.
2. Id facit nomine Ecclesiæ, non suo.
u. *Palud. in* 4. *sent dist.* 45. *q.* 1.
x. *Soto. ibidem q.* 2. *a.* 2.
y. *Bell. vbi suprà.*
Simile primum, Secundum.

probatur Theologis illud, quod Telbartus Themesuar ex M. Richardo recitat, qui ita scribit. b. *Si etiam quis est in peccato mortali, quamuis non consequitur peccatorum remissionem, nec indulgentiam; tamen adhuc prudenter agit, si facit illud, quod continetur in forma indulgentiæ.* Eò, *quod bona facta in peccato mortali disponunt de congruo ad pænitentiam: & mediante ea, ad gratiam & remissionem peccatorum.*

b. *Rich. in 4. Sent, dist. 20.*

Quò impensius indulgentijs danda est opera: neque cuiquam peccatori etiam committendum; vt suum damnum defunctis esse damno velit: cùm bono esse queat istis, ac sibi. Iustis verò hoc maiori est bono. Quippe per opus suum bonum, quà meritorium est, sibi gratiam: quà satisfactorium est, defunctis veniam obtinebit.

Sed quoniam totius curæ, in vita Christiana, fraternaq; charitate, pars magna est hæc, *mortuos curare*; ea autem cùm minus cordi esse plerisque soleat, quòd illi procul ab oculis: idcircò, in gratiam prædicatorum Fraternitatis, motiuas subijciam nonnullas; quibus Confratres pro concionibus ad eam possint curam accendi.

CAPVT X.

Motiua nonnulla, cur mortuis, vel ipsorum causa, libenter ac sæpe nos opitulari conueniat.

Diuis & viuis facere satis possumus.

DIui, Viui Mortui, curæ nobis esse debent & cordi. Honor Diuis, amor viuis, suffragium Mortuis præstantor. Vna autem in omnibus præque his omnibus vna cura nostra DEVS esto. Laudat Dominum in Sanctis suis Rosarij Fraternitas multipliciter honoribus festis, pijsque operibus. Præstat charitatem proximo orationibus mutuis, officijsque alijs & obsequijs. Adiuuat mortuos tot ac tantis, quæ diximus, suffragijs. Sed nunquam Satis. Etenim *a. tria sunt insaturabilia; & quartum, quod nunquam dicit: sufficit. Infernus, & Os vulua, & Terra quæ non satiatur aqua: Ignis verò nunquam dicit. sufficit.* Quæ igitur suffragia purganti inferno, quæ votorum fluenta igni eiusdẽ suffecerint? Hauriamus, quantùm licet; nunquam eum ab animabus exhauserimus. Cessabimus igitur? Absit. Quin hoc magis connitamur aut ex igne animas exantlare, aut in igne positis aquã suffragiorũ affundere. Hoc vt agamus sedulò, multa sunt, quæ impellũt. Ea ad duo quædam capita voco: Mortuorum alterũ, alterũ viuorũ sit causa, quæ hos ad illorum habendam curam inducant. Age, adiuua, si quid potes: potes autẽ plurimùm: Animarum causam purgantium age: sunt enim, etsi feliciter, tamen nimium quàm miserabiles, Miserabiles sunt 1 ob terribilem quo clausæ tenentur, caceris locũ Hunc vocat Ecclesia *os Leonis, profundũ laci manũ inferni.* Zacharias *a. Lacũ; in quo non est aqua*. Adũbrat eũ S. Iob, & deplorat, dum ait. *b. Dimitte me, vt plangam*

a *Prou,* 30. *v.*15.

Purgatorio nihil sufficit.

a *Zach.*9.11

b I*ob.*10.20

gam paululum dolorem meum, antequam vadam, & non reuertar, ad Terram tenebrosam, & opertā mortis caligine: Terram miseria & tenebrarum, vbi vmbra mortis, & nullus ordo; sed sempiternus horror inhabitat. Terra non absimilis illi, de qua Vates Euangelicus ita. *c. Conuertentur torrentes eius in picem ardentem, & humus eius in sulphur: & erit terra eius in picem ardentem. Nocte & die non extinguetur: in Sempiternum ascendit fumus eius.*

Animarum miserendum est 1. ob horrificum locum in quo sunt

c *Isaias* 34.9

d *Bellar to.*1 *De purgatorio lib.*1. *cap.*7.

Hunc interpretes S Patres, apud Bellarminū, *d.* esse temporaneum carcerem intelligunt, de quo Seruator. *e. Cum vadis*, inquit, *cum aduersario tuo ad Principē; in via da operā liberari ab illo: ne fortè trahat te ad iudicem; & iudex tradat te exactori; & exactor mittat te in* CARCEREM *Dico tibi, non exies inde, donec etiam nouissimum minutum reddas.* Ita nimirum euenit illi seruo, de quo in parabola. *f. Iratus Dominus eius, tradidit eum tortoribus; quoad vsque redderet vniuersum debitum.*

e *Luca.*12. 58. & *ma.* 5.

f *Matt.*18. 34.

De Redemtore scribit S. Petru. g. quòd & *his, qui in carcere erant. spiritu veniens, prædicauit:* Idem Seruator si reos etiam in carcere visites, se visitatum dicit. *h.* quantò magis si culpis solutas animas iustorum, sed pænis, ceu. *i. funibus peccatorum suorum* constrictas. in illo purgatorij carcere spiritu orationis veniens interuisas, k. *prædicans eis annum placabilem Domino, captiuis indulgentiam, & clausis apertionem.* Ita nimirum *l, facies tibi amicos de mammona iniquitatis*: hoc est, de Indulgentijs, seu meritis Christi; quæ voco diuitias iniquitatis Iudaicæ in eum, qui inter iniquos reputatus est; quique iniquitates nostras ad crucem suffixit m. *vt ostenderet in sæculis superuenientibus abundantes diuitias gratiæ suæ in bonitate super nos.* De hisce igitur fac tibi amicos, è carcere solutos, *vt, cùm defeceris, recipiant te in æterna*

g 1. *Pet.*3. 19.

h *mat.*25. 36.

i *prou.* 5.

k *Isa.*41. 2.

l *Luca* 16. 9.

m *Ephe.* 2 7

terna tabernacula, suis pro te vicissim deprecationibus Deum Solicitaturi.

2. Cruciatus igneos.

II. Miserabiles sunt ob cruciatus inexplicabiles, quos eo in carcere perpetiuntur. Vt cum S. Iob ad nos clament. n. *Miseremini mei; miseremini mei vos saltē amici mei: quia manus Domini tetigit me.* Quomodo? o. *Spiritu iudicij & spiritu cōbustionis.* Sic enim prædixit Isaias, quod *purgabit Dominus sordes filiorum & filiarum Sion.* Idem cruciabiles eas flammas ita exprimit. p. *Succensa est quasi ignis impietas, veprem & spinam vorabit: & succendetur in densitate saltus, & conuoluetur superbia fumi. In ira Domini exercituum conturbata est terra; & erit populus quasi esca ignis.* Quæ de Purgatorio accipit S. Basilius. q. Eodem ore & spiritu Malachias inquit. r. *Ipse sedebit quasi ignis conflans, & purgabit filios Leui, & colabit eos;* vt salui fiant, s. *sic tamen, quasi per* Ignem De eodem ita S. Gregogorius Nazianzenus. ſſ. In *altero igne Baptizabuntur; qui postremus est baptismus, non solū acerbior, sed & diuturnior: qui crassam materiam instar ferri depascitur, vitijque omnis leuitatem absumit.*

> u *Ergo exercentur pœnis, veterumque malorum*
> *Supplicia expendunt.* De quorum grauitate
> consule Bellarminum. t.

3. Ob additionem earum in carcerem illum.

III. Miserabiles sunt; eò, quòd in eum flammarū carcerē addicti sint atq; costricti vnde eis citra specialem Dei licentiam exire nō integrū est. x. S. Augstinus. y. *Si rebus viuentium*, inquit, *interessent animæ mortuorum; vt de alijs taceam, meipsum pia mater nulla nocte desereret, quæ terra marique secuta, vt mecum viueret.* Certè Sanctus Chrysostomus ait: z. *Cùm sciamus mortuorum animas non redire : tamen sæpe dæmon, per quietem & som-*

n Iob. 19. 21. o Isaie. 4. 4. de quo S. August. lib. 10. Ciuit. Dei cap. 25. Et in psal. 37 p Isa. 9. 18. q S. Bas. in 9. Isaie. r Mal 3. s 1. Cor. 3. 15 ſſ. Gre. Naz. oratione in S. Lumina. t Bell. de purgat. li. 2. cap. 14. u Virgil. 6. Æneidos. x. Pet. Thyræus de locis infectis parte 1. c. 9. y S. Aug. li. de cura c. 13. z S. Chry. homil. vltima de Lazaro.

somnium; qua vna ratione potest; animarum defunctorum personam sumit: quid facturum fuisset, si animas redire sciret?

Redeunt verò purgatoriæ subinde; *a.* sed pænarum suarum diritatem circumferunt: vt nihil exisse iuuet, nisi quantùm ipse iuueris. Vt iustè lamentari possint *b. Ego vir videns paupertatem meam, in virga indignationis eius Me minauit & adduxit in tenebras, & non in lucem. Tantùm in me vertit & conuertit manum suam tota die. Vetustam fecit pellem meam, & carnem meam, contriuit ossa mea. Ædificauit in gyro meo, & circumdedit me felle & labore. In tenebrosis collocauit me, quasi mortuos sempiternos. Circumædificauit aduersum me, vt non egrediar: aggrauauit compedem meum; sed & cum clamauero, & rogauero, exclusit orationem meam. Conclusit vias meas lapidibus quadris, semitas meas subuertit. Vrsus insidians factus est mihi leo in absconditis. Quoniam ipse dixit. c. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem.* Porrò, adi Bellarminum libr. 2. cap 8.

a Thyræus supra ca. 10.
b Thren. 3.5 Lamentatio animæ.
c Mat. 5.27.

IV. Miserabiles sunt ob miserabilem oris vultusque habitum, sonitum vocis lamentabilem, terrificamque speciem: de quibus omnibus per exempla, perque doctrinam Petrus Thyræus in libro de locis infestis à capite 75. & vltrà.

4 Ob speciem miserabilem qua cum apparent.

V. Miserabile est, tantos Dei amicos, tantis pænis nec hilum promereri; quantâuis eas cùm patientia & charitate sustineant, certi salutis: Nos autem salutis incertos tam facili labore tantum ipsis opitulari posse; & verò negligere. Malum! quid hoc rei est? Age, quicquid agis, *istam finiens quisque vitam, nisi quod meruit in ipsa, non poterit habere post ipsam.* Sanctus inquit Augusti-

5. Quod nil mercantur patiendo. De quo vide Bellarm de purgator. lib. 2. cap. 2.

ducet me in lucem, videbo iustitiam eius.

VII. Miserabiles sunt luentes in igne animæ, ob sensum quo iam pollent multò subtiliore, quàm cùm crassis impeditæ corporibus hic agebant. Vnde S. Augustinus monet. i. *Religiosus amicus nullo modo debet à supplicationibus necessarijs in eius* (defuncti) *commendatione cessare. Vbicunque enim iaceat, vel non iaceat defuncti caro; Spiritui requies acquirenda est. Qui, cum inde exiret, SECVM ABSTVLIT SENSVM, quo interesse possit, quo modo quisque sit, siue in bonis siue in malis. Nec ab ea carne expectat adiuuari vitam suam, cui praebebat ipse vitam, quam detraxit excedens, & redditurus est rediens.*

7. Ob sensum summè patibilem.

i S. *Aug. lib. de cura pro mort. cap. 5.*

Colligamus hinc, quæ ad curam mortuorum nos sedulam inducere debeant. 1. Amicitia mutua 2. Religio seu pietas communis. 3. Necessitas defuncti. 4. Communio spiritus cum superstite amico. 5. Sensus ipsius Spiritus. 6. Diuersitas status isthic futuri in bonis, vel malis. 7. Destitutio Spiritus à suo corpore.

Sed *quis est ille noster, qui luat potissimum, sensus?* Id Sanctus Hieronymus nobis ita disceptat. k. *Similitudo hominis qui sedebat, &c. electro cõparatur. Quod & intrinsecus, & extrinsecus habebat quasi ignis aspectũ; à lumbis verò & deorsum ignis erat, resplendens in circuitu. Vt ostendatur, ea, quæ supra lumbos sunt, vbi sensus versatur & ratio, non indigere igne, nec flammis; sed pretiosissimo metallo, & purissimo.*

k S. *Hier. in Ezechielem sub finem cap. 1.*

Ea verò, quæ à lumbis deorsum: vbi coitus: vbi generatio, vbi incentiua vitiorum; purgatione indigere flammarum vt, cùm purgata fuerint, habeant sicut arcus similitudinem, quæ vulgò iris dicitur. Hic arcus signum est clementiæ Dei. Ex quo ostenditur, post pœnas atque supplicia, & purgationem peccato- rum

Sensualitas maximè luit in igne.

rum, futuram misericordiam, duntaxat in his qui Deum meruerint videre regnantem. Qui ergo animalis homo hîc non exuitur, is isthic exuritur. *Per quæ peccat quis;* l. *per hæc & torquetur.* m. Quoniam qui seminat in carne sua; de carne & metet corruptionem. Qui autem seminat in Spiritu; de Spiritu metet vitam æternam. Sensu peccatur? luitur sensu. Ea quoque de causa in vltimo vitæ articulo sensus morituris inunguntur, quibus vt plurimùm peccatur. n. *vt si in peccatis sint, remittantur.*

l Sap. 11. 17.
m Gal. 6. 8.
n Iacob. 5. 15

Iam verò vel brutorum; quamuis sint fera, si quo casu grauius afflictentur, nos miseret: quia quo dolent, eum communem habent nobiscum sensum. Quantò amplius nos compati animabus oportebit, cum quibus eundem, quo patiuntur ipsæ, & nos sensum habemus; aliaque maiora, quæ quantò arctiorem, excellentioremque communionem inter nos mutuam constituerunt, quàm animalis sensus: tantò quoque acriorem animabus compatiendi, & medendi stimulum nobis admouere possunt, ac debent. *Ob hoc impensè rogamus,* inquit Sanctus Paulinus. o. *vt quasi frater grandi labore conspires, vt misericors DEVS refrigeret animam eius stillicidio misericordiæ suæ, per orationes vestras.*

o S. Paul. Epist. 1. ad Amandum.

VIII. Dignæ commiseratione sunt animæ: quia in humanis ita de DEO sunt meritæ, vel per eam pietatem, qua & ipsæ defunctis sæpe subuenire studuerunt; vel per suam cum Deo factam reconciliationem. In qua DEVS quod vnus poterat, peccati maculam abstersit æternita-

8 Ob meritum animarum quod in terris sibi compararunt. De hoc vide Pellar. de Purg lib. 2, cap. 18.

æternitatem pænæ finiuit; gratiam restituit; temporaneam luctam reliquit. Vt vel haberet ipsas suũ charitas, quam deleret in ijs multitudinem peccatorum, id est, pœnarum: vel nostra, quæ ipsas adiutaret.

Quid si hæc quoque illa sit, misericordia, quam nobis Seruator commendat? (p) *Estote*, inquit, *misericordes, sicut & Pater vester cælestis misericors est*. Et frater Domini: (q) *Orate pro inuicem, vt saluemini:* Atque hoc pietatis officium vt defunctis præstetur, nonnullos in viuis promeruisse, S. Augustinus ita docet. (r) *Quodam vitæ genere acquiritur, dum in hoc corpore viuitur, vt aliquid adiuuent ista defunctos. Ac per hoc secundum ea, quæ per corpus gesserunt, ijs quæ post corpus religiosè pro illis facta fuerint, adiuuantur. Sunt autem, quos nihil omninò adiuuant ista: siue pro ijs fiant, quorum tam mala sunt merita, vt neque talibus non indigeant adiumentis. Genere igitur vitæ; quod gessit quisque per corpus, efficitur vt prosint, vel non prosint, quæcunque pro illo piè fiunt, cum reliquerit corpus. Nam meritum, per quod ista prosint, si nullum comparatum est in hac vita, frustra quæritur post hanc vitam. Ita fit, vt neque inaniter Ecclesia vel suorum cura pro defunctis, quod potuerit religionis impendat: & ferat vnusquisque secundum ea, quæ per corpus gessit, siue bonum, siue malum, reddente Domino vnicuique secundum opera eius Vt enim hoc, quod impenditur, possit ei prodesse post corpus; in ea vita conquisitum est, quam gessit in corpore.* Hæc Augustinus. Ergo (s) *Facite vobis sacculos, qui non veterascunt, & thesaurum non deficientem in cælis.*

p. *Luc.* 6.36

q. *Iac.* 5.1.

r. *S. Aug. li. de cura pro mort. cap.* 1. *Similia in Enchirid. cap.* 109. & 110.

s *Luc.* 12 33

9. Ob earũ Charitatẽ.

IX. Feruenter & frequenter succurrendum est purgatorijs, ob earum in Deum, inque nos, ac res nostras charitatem: quæ multò in ijs perfectior est, quàm in nobis esse fortè possit. Nostra illis omnino sunt curæ: orant pro nobis vniuersim ex vera charitate: sæpè sciunt nostra: intersunt no-

ſtris ſubinde. Quæ ſingula, aliaque docet Petrus
r.Thyr. de locis in feſtis cap. 7.11 12. Thyreus (r)Neque S. Auguſtinus, vti videtur,(u)
u. Aug. lib. de cura pro mort. ca. 13. aſſerit abſolutè, *Neſcire mortuos, quid hic agatur:* Sed
x. Idem ibidem. cap. 15. (x) ait, *Neſcire, dum hic agitur, 1. poſteà verò audire ab eis, qui hinc moriendo ad eos pergunt. Non quidem omnia; ſed quæ ſinuntur indicare. &c. 2. Poſſunt & ab Angelis, (qui rebus, quæ aguntur hic, præſtò ſunt) audire aliquid mortui, quod vnumquemque illorum audire debere iudicat, cui ſubiecta ſunt omnia. 3. Poſſunt, quæ neceſſarium eſt eos noſſe, non ſolum præterita vel præſentia, ſed etiam futura, Spiritu Dei reuelante, cognoſcere.*
y. 1. Reg. 15. Sicut (y) à mortuis euocatus Samuel: vt Moyſes
z. Matth. 7. & Elias, (z) cum Chriſto de Paſſione loquentes.

Non igitur noſtris otioſi rebus adſunt ex curioſitate; ſed proſunt ex charitate. Scilicet quò impenſius nos & illis prodeſſe ſtudeamus oportet: Vel maximè ob eam, quæ ſequitur, cauſam cæterarum facilè principem. Quæ eſt

X. Communio Sanctorum ſub vno ſummo
10. Ob Cōmunionē Sanctorū. Capite Chriſto IESV: cui & communiter (a) *omne genu flectitur cæleſtium, terreſtrium, & infernorum.* Quorum, niſi eorum *qui ſubtus terram ſunt,*
a. Phil. 2. 10 (b) *purgatoriorum?* Vt S. Auguſtin intelligit. (c) Et
b. Et Apoc. 5. 3. rectè Nam (d) *non mortui laudabunt te Domine, neque OMNES qui deſcendunt in infernum: Sed nos qui viuimus, benedicimus Dominum.* Illa, inquam, noſtra cū
c. Aug. lib. 12. de Gen. cap. 33. illis communio poſtulat, vt ſæpius eorum in ſuffragijs memores ſimus, & auxiliatores.
d. Pſal. 113. 17. Verùm quanta in hac vis inſit communione, luculentius demonſtrandum eſt. Eccleſia cùm v-
e. 1. Cor. 12. v. 12. num ſit (e) corpus, (f) & caput eius CRISTVS; neceſſe eſt, vtriuſque & hæreat connexio, & con-
f. Epheſ. 1. 22. ſtet mutua communio membrorum tam inter ſeſe, quàm cum Capite. Etenim (g) *non eſt ſchiſma*
g. 1. Cor. 12. 25. *in corpore; ſed id ipſum pro inuicem ſolicita ſunt membra. Et ſi quid patitur vnum membrum; compatiuntur omnia membra: ſiue autem gloriatur vnum membrum,*

congau-

congaudent omnia. Atqui, (assumit Petrus Cluniacensis Abbas,) (h) iusti quique viuunt in terris, quique vita functi in purgatorio detinentur, sunt corporis Ecclesiæ viua membra. *Neque enim piorum animæ defunctorum ab Ecclesia separantur; quæ est regnum Christi;* inquit S. Aug. (i) Ergo viuos inter ac mortuos constet cõmunio, sintq́; oportet pro inuicem solicita: & compatiantur inuicem.

h. *Pet. Clun. Epist contra Petrobusianos.*
i. *S. Aug. lib. 20. de Ciuitat. Dei c. 9*

Atque hoc amplius quidem illi, qui singulari quodam fœdere, ad ipsum istud mutuum charitatis fraternæ officium sedulò præstandum, sanctissimè sese deuinxerunt; vt omnes Rosarij confratres & Consorores: quorum (k) *cor vnum, & anima vna.* Neque ea, quæ attuli, docent tantum, posse nos inter & purgatorios talem subsistere communionem; sed etiam vigere eandem oportere demonstrant.

k. *Actor. 4.*
Iuuamus mortuos exemplo ac virtute Christi.

Adhęc, qualis erat CHRISTI super terras cum viuis, cum mortuis communio: talis & Christianis esse debet. Sed Christus studuit subuenire ac prodesse, & profuit. 1. Viuus viuis, vt Magdalenæ, Paralytico, Petro, Zachæo. &c. (l) 2. Mortuus mortuis: vt (m) cùm multa corpora mortuorum rediuiua existerent: cùm (n) limbo clausos eduxit, & captiuam duxit captiuitatem. 3. Viuus mortuos adiuuit: vt puellam, Adolescentem viduæ, Lazarũ (o) 4. Mortuus viuis est opitulatus: nam (p) *in cœlis interpellat pro nobis.*

l. *Luc. 7. Matt. 9. Luc. 19. Luc. 22.*
m. *Mat 27.*
n. *Actor. 2.*
o. *Matt. 5. Luc. 7. Ioan. 11.*
p. *Heb. 7. 1. Ioan. 2.*

Iam verò & homines possunt 1. 2 4. ergo & 3. Primum iubemur: (q) *Orate pro inuicem, vt saluemini* 2. quia Helisæus mortuus mortuũ excitauit (r) Et sancti in cœlis deprecãtur pro purgatorijs: huc. n. prodesse ait S. Aug (s) in Martyrũ ecclesijs tumulari. 4. quia (t) Onias. & Ieremias, iam olim defuncti orant multum pro omni populo. Et Sancti quanta non impetrarunt mortalibus! (u) Animæ quoque ipsæ orant pro nobis; vt in

q *Iac. 5.*
r. *4. Reg. 13.*
s. *S. Aug lib. de Cura pro mort cap. 4*
t. *2. Mac. 15*
u. *S. Aug. 22. Ciuit. ca. 8. Teiusque Surium.*

cumpluribus historiarum monumētis proditur. (x)Quapropter viui defunctis, vi Communionis mutuæ, subuenire vt possumus, ita penè & debemus.

Certè velimus ac connitamur oportet: præsertim quia & purgatorij pro nobis vniuersim omnibus oppidò quàm orant. Et hoc optat inter demonstrata, ratione referri. Ergo sic demonstrat Bellarminus. (y) *Si animæ purgatoriæ non orarent pro nobis, 1. Vel causa est, quia non vident Deum 2. Vel quia sunt in maximis tormentis: 3. Vel quia sunt nobis inferiores: Sed nihil horum dici potest. Non primū quia in veteri Testamento orabant Sancti defuncti pro viuis, (z) vt patet de Onia & Ieremia: cum tamen non viderent Deum. Non secundum: quia diues in inferno orabat pro fratribus; cum esset tamen in maioribus tormentis, quàm sint animæ in purgatorio Præterea Martyres in tormentis orabant pro se, & alijs: patet in S. Sthephano.* (a) *Item dolor animabus non perturbat vllo modo iudicium rationis; nec impedit affectum bonæ voluntatis Ista enim nobis accidunt ratione corporalium organorum, quibus illæ carent. Denique non videtur dubium, quin pro seipsis orent, non obstantibus tormentis. Non etiam tertiū: quia & nos oramus pro Episcopis & S. Pontificibus, qui sunt nobis superiores: Et etiam oramus pro ijs, quos nō dubitamus nobis esse sanctiores: Vt orabant Christiani pro Paulo, qui eorum orationes petebat.* (b)*Præterea animæ Purgatorij etsi nobis inferiores sint ratione pænarum: tamen superiores sunt ratione gratiæ & charitatis, in qua iam confirmatæ sunt: oratio autem, quæ ex charitate procedit, hanc potissimū superioritatem requirit.* Ergo pro nobis orant. Ita Theologi. (c) Secus tamen S. Thomas. (d)

XI. Refrigerium defunctis piè faciamus ac sedulò: ob ingens gaudium, quo in cruciatibus positos

x S. Greg. li. 4. Dialog. ca. 40 Pet. Damianus in Epistola de miraculis sui temporis, &c. Vide plura apud Pet. Thyræum lib. de locis infestis p. 3. c. 61. 65. &c
y. Bell. de Purgat. li. 2. ca. 15. Thyreus. ca. 62.
Purgatorij orant pro nobis.
z. 2. Mach. cap. vlt.
a. Actor. 7.
b. Rom. 15. &c.
c. Gabr. Lect. 56. super Canon Missæ. Medina Campi. 4. sent. Tract. de Orat. q. 5. Rutilius Benzonius de Iubilæo lib. 2. c. 45. d. S. Thom. 2. 2. quæst. 83 a. 11. ad tertium
11. Ob gaudium animarum.

sitos suffragijs nostris perfundimus: siue hæc vniuersos redundent: siue ad certum aliquem destinentur. Eorum quippe charitas tam de priuo cuiusque bono, quàm de communi omnium cõgaudet: dicente Apostolo: (e) *Gloriatur vnum membrum; congaudent omnia membra.* Tametsi maiori bono, & gaudio perfruantur spiritus illi quos suffragantium intentio propius attingit. Gaudium tamen ex suffragio præstito latius manat, quàm fructus eiusdem. Nam hic carpitur ab ijs solis, pro quibus nominatim suffragamur: Illud verò ad alios quoque sese diffundit. e. 1. Cor. 12. 26.

Hæc S. Thomas scitâ similitudine illustrat. (f) Vt illatum in conclaue lumen: totum collustrat, omnibusque in eo degentibus lucet: sed clarius illi, qui propius astat, ita gaudium. At fructus perceptus similis fit præsenti pecuniæ, cuius vt certum pretium est, ita certo, nec maiori est debito persoluendo. f. S. Tho. 4. Sent. dist. 45. q. 2. a. 4.

Neque sibi duntaxat gaudent animæ; sed & gratulantur nobis: quod qui, dum ipsis gratiam facimus, eandem simul nobis, in simili quondam positis articulo, vicissim præstandam commereamur. De quo, in capite sequente. Iam isto S. Augustini pronunciato hîc finiã. (g) *Quæ* inquit, *à nobis fiunt, ijs tantum prosunt, quibus, dum viuunt, comparatur vt prosint. Sed quia non discernimus, qui sint: oportet pro regeneratis omnibus facere, vt nullus eorum prætermittatur, ad quos hæc beneficia possint, ac debeant peruenire. Melius enim supererunt ista eis, quibus nec obsunt, nec prosunt; quàm eis deerunt, quibus prosunt. Diligentius tamen facit hæc quisque pro necessarijs suis; quòd pro illo similiter fiat à suis.* Quare monet rectè sanctus Epiphanius: (h) *Quisque acquirat amicos quosdam, vt post obitum orent pro ipso: vt ne quid illic patiatur.* Atque ista de causis g. S. Augu. lib. de cura pro mort. cap. 18. h. S. Epiph. hæresi 75.

 curandi

curandi mortuos, ex ipsorummet parte repetitis, Nunc alias quoque nonnullas ex nostra viuentium parte deductas hic reddamus.



CAPVT XI.

ALIAE MOTIVAE, CVR MORTVIS, nostra quoque viuentium causa, per suffragia procurandis religiosè intendamus.

TVnc tua res agitur, paries cum proximus ardet. Quæris (b) *Et quis est ille proximus?* Is, inquã, qui in via, cælestem Ierosolymam versus, in latrones tartareos incidit; & impositis plagis semiuiuus relictus est, susceptus autem ab eo, qui omniũ suscepit in se iniquitates, quiq; in Ierichũtino Purgatorij fuit hospitio depositus. Vbi etiamnũ moratur miser & miserabilis, adque nos mortalis vitæ viatores velut de via clamat: (c) *O vos omnes, qui transitis per viam, attendite & videte si est dolor sicut dolor meus: quoniam vindemiauit me, vt locutus est Dominus in die iræ furoris sui. De excelso misit ignem in ossibus meis, & erudiuit me &c. Vigilauit iugum iniquitatum mearum: in manu eius conuolutæ sunt, & impositæ collo meo: infirmata est virtus mea. Idcircò ego plorans, quia longè factus est à me consolator. &c. Audite obsecro vniuersi populi, & videte dolorem meum.* Hic est proximus tuus ardens, ac plorans. At illi quis proximus? *Qui facit misericordiam in illum.* Ergo *Vade, & fac similiter.* Nam & *tua res agitur.* Etenim alteri dum facis: tibi paras auxilium. Seminas, vt metas. (d) *Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes:*

b. Luc. 10. 29.

Prosopopeia parabolica spiritus purgatori.

c. Thren. 1. 12.

d. Gal. 6. 10

nes: maximè autem ad domesticos fidei, in primis ad purgatorios fratres nostros; *ne ipsi* veniamus *in hunc locum Tormentorum* (c) Hæc summa generatim. Iam distinctius singulatim. c. Luc. 16. 28.

Causæ igitur, quæ nos attinent, cur mortuos curemus, nec paucæ sunt, nec paruæ. Vnam do, sed capiti papaueris similem, similium sui plenam. Hæc Fides est nostra de Purgatorio. Vin' caput aperiam? En cellulæ in eo duæ. *Spei* hæc; illa *Charitatis*. Vtraque plena boni seminis; quod vel in ignem seminemus licet purgatorium: inde nobis aliquando messis amplissima surget. Itaque propter Fidem nostram, propter Spem, propter Charitatem, mortuorum spiritibus suffragamur. Fide purgatorium credimus ad iustitiam; spe excitamur ad suffragandi alacritatem: Charitate suffragia ipsa frequentamus, condimus, & commendamus, vt nostra pietatis opera, quà sunt meritoriæ, nobis prosint ad gratiæ augmentum; quà verò satisfactoria, pro defunctorum debitis valeant ad litrum. Fides iubet iuuari purgatorios.

I. Nostra pro purgatorijs suffragatio est *Fidei* de Purgatorio certa Confessio, & hæc ita reapse expressa, vt verbis in Tridentino (f) concepta est istis: *Constanter teneo Purgatorium esse; animasque ibi detentas Fidelium suffragijs iuuari. Profiteor pariter in Missa offerri DEO verum, proprium & propitiatorium Sacrificium pro viuis & defunctis.* f. Concil. Trid sess. 6. Can. 30. & Sess. 25. initio.

Neque hic articulus ex eorum est genere, quos corde tantum credere est satis; quales sunt illi 12. in Symbolo: sed quos opere etiam ipso explere necesse sit, & rem creditam dare effectam. Idq; in hoc potissimum Articulo, de suffragijs pro vita functis præstandum venit: quem corde credendo te saluas; ore confitendo, viuos ædificas: opere exequēdo, mortuos adiuuas. (g) *Ex operibus fides consummata est. Sine operibus mortua est; sicut* Qualitas huius articuli fidei.

 corpus

corpus sine Spiritu. Si habeas igitur omnem fidem de Purgatorio; sed eam, velut (h) mnam seruus ille, in sudario reponas, nec negotieris in ea; idem à Domino certus expecta, quod isti seruo euenit. Refertur hæc fides ad agendum quid; non solum ad cognoscendum. Huius cognitio fidei te saluum fecit; actio, etiam alium. Sic fides Chananææ (i) profuit filiæ: baiulorum, (k) paralytico: Centurionis (l) seruo: Reguli (m) filio: aliorũque alijs: sed omnium fuit operosa, non otiosa, non cessabunda. Nunquid fidei (n) *pallium breue*, erit quòd *vtrumque operire non potest*? te meritoriè, defunctum satis factoriè? Absit. Sit magna, sit viua; vt fructum afferat. Crede: & portæ inferni non præualebunt aduersum te, quin captiuam educas captiuitatem.

h. *Lu* 19. 20
Finis hui9 articuli.
i. *Matt.* 15.
k. *Matt.* 9.
l. *Luc.* 7.
m. *Ioan.* 4. 50.
n. *Isai* 28. 20.

Ecclesię cura pro mortuis multa

Et verò hæc causa est, quod Ecclesia tam solicitè prouidit; ne vnquam in terris adeò necessaria pro defunctis suffragia deesse contingeret. Eorum memoriam in iugi sacrificio iugem esse solemnemque voluit: precum officia composuit: dies depositionis, Tertios, Septimos, Tricesimos, Anniuersarios celebrat: suadet elemosynas; prędicat ieiunia; peregrinationes laudat; cereos accendit ac lumina; adolet thura; lustrat cæmiteria; piacularibus vndis sepulcra expiat: in aures, in oculos, inque omnes sensus signis, verbis, factis defunctorum ingerit adiuuandorum memoriam & curam.

Modi & media suffragationũ

Et hæc in Ecclesia sunt tam sancta; quàm antiqua, quàm salutaria. Nam Pauli discipulus S. Dionysius Areopagita, antiquitatis sanctissimus testis, sic prodit (o): *De PRECE pro defunctis facienda ex Patribus, id est Apostolis, Traditio peruenit ad nos.* S. Isidorus quoque: (p) *SACRIFICIVM pro fideliũ defunctorum requie offerre, vel pro ijs orare, quia per totum orbem custoditur, credimus, quod ab ipsis Apostolis*

o. *S. Dion. l. Eccles. Hierarchia c.* 7
p. *S. Isid. l.* 1. *de Eccles. officijs c.* 18

Apostolis traditum sit. 3. S. Cyrillus Hierosolymitanus: (q) *Pro omnibus*, inquit *Oramus, qui inter nos vita functi sunt.* Quia (r) *Sancta, & salubris est cogitatio, pro defunctis Exorare, vt à peccatis soluantur.* 4. Et Clemens S. Petri discipulus: (s) *Oportet pro mortuis Eleomosynas dare.* 5. Porrò & Ieiunio defunctos iuuari, Angeli testimonium confirmat apud V. Bedam (t) *Multos*, inquit, *preces viuentium, & eleemosynæ, & ieiunia & maximè celebratio, vt antè diem iudicij liberentur; iuuant.*

6. De Peregrinationibus istud hic quoque valet S. Hieronymi: (u) *Redde, quod præsente Domino vouisti, ne antè rapiaris quàm tuam spõsionem impleas* Si quos tamen antè rapi contigerit, cur pium peregrinationis opus minus proderit defunctis, quod viuis leuamen afferre potuisset? (x) Non deterior hic est mortuorum, quàm in alijs conditio.

7. De Cereis verò Damascenus (y) ex S. Athanasij sermone in eos qui obdormierunt, sic docet *Si quis diem obierit, licet in aerem deponatur inhumatus, ne omisseris Oleum & Ceram, inuocato Christo Deo, ad sepulcrum accendere. Accepta enim sunt Deo. plurimamque secum referunt retribrutionem.*

8. *OLEVM enim & Cera Holocaustum est; incruente autẽ Hostiæ oblatio propitiatio est. Quod verò in pauperes collocatur beneficium, omnis bonæ retributionis argumentum est.*

9. De cæteris denique operibus pijs pænosis ac religiosis, omnis docet Theologia, quod quam pro viuis, parem habeant vim satisfaciendi atq; valorem facta pro defunctis. Quæ omnia tamen ad pauca colligit Gregorius. (z) *Animæ defunctorum, inquit, quatuor modis soluuntur: aut Oblationibus sacerdotum: aut precibus Sanctorum: aut charorum elemosynis: aut ieiunio cognatorum.*

q. S. Cyr. Catechesi. 5. Mystagica
r. 2. Mach. 12.
s. S Cle. Ep. 1 ad Iacobum fratrem Domini
t. V. Beda li. 5. Hist. c. 13.
u. S. Hier. Epist 46. ad Rusticũ.
x. Thyreus lib. de locis infestis p. 3. cap. 80.
y. S. Dama. ser. Quòd, qui in fide hinc migrarunt, viuorum beneficijs iuuentur.
z. S. Greg. In Decretalibus 13. quæst. 2.

Corpus Ecclesiæ est singulis membris exemplo.

Quæ cùm Ecclesia mater nostra, inde ab Apostolis edocta, doceat: quid sentire filium: cùm agat: quid studere ac prestare vnumquemque conuenit? Quorsum tibi fides, cuius non est vsus? Sic & Dæmones credunt. (a) Edas opere; quod credis corde. Ostendas in Charitate; quod prætendis in fide. *Crede, Ama, Regna*, inquit S. Augustinus (b) *Si enim credis, & non amas; adhuc non discreuisti fidem tuam ab ijs, qui tremebant, & dicebant: Scimus, quia tu sis filius* Dei. *Ergo tu ama: quia Charitas cum fide ipsa te perducet ad pacem.* De liberandis animabus tantum credis, quantum amas: amas tantum, quantum adiuuas. Nam fidem charitas, charitatē opus arguit.

a. *Iac.* 2. 19.
b. *S. Augu. Hom.* 17 *ex quinquaginta.*

Etsi præceptum sit expressum nullum, tenentur tamen singuli ad aliquid.

Nec parui pendas opitulari defunctis; quia nihil Ecclesia nominatim præscripsit laicis, quod statum ac solenne præstarent purgatorijs. Quoniam maluit ad eam misericordiæ partem te inducere facto suo, quàm cogere præcepto. Quanquam satis est omnibus præceptum, quod fides iubet esse agendum. Vt planè sit verissima, perinde & grauissima Concilij VI, sub *Symmacho* Papa celebrati, sententia, quæ ait: *Sacrilegium est, fraudare animas defunctorum orationibus.* Quare *ne fatigemur mortuis auxilium ferre, preces pro illis offerentes*, vt monet S. Chrysostomus. (c)

c. *S. Chry. Hom.* 21. *in Acta.*

Ob coniūctionem Fidelium.

Quæro; Num defunctorum curam Christianum, quàm domesticorum patremfamilias, habere minorem conueniat? Atqui *Si quis* (d) *suorum, & maximè, domesticorum curam non habet; FIDEM NEGAVIT: & est infideli deterior.* Quantò magis, qui in tanta Ecclesiæ curâ publicâ, ipse tamen curam mortuorum non habeat? Nam hi sunt cuiusque domestici fidei. *Neq; enim*, inquit *S.* Augustinus: (e) *piorum animæ defunctorum ab Ecclesia, quæ regnum est CHRISTI, separantur.*

d. 1. *Tim.* 5. 8.
e. *S. Aug. li.* 20. *de Ciu. Dei. cap.* 9.

Si

Si hac in re tibi sit eadem fides, quæ Ecclesiæ: cur non & eadem studes? Illa sibi à fide sua sinit imperari, vt tot ac tanta pro mortuis decernat, & agat: tu & eiusdem fidei imperium apud te aspernaris; & Ecclesiæ studium nihil imitatis; dum per fidei opera defunctis nihil, aut vix rarò suffragaris. Quâ omissione tua incuria id, quantum in te est, dissoluit; quod Ecclesiæ cura sibi, vt necessarium, statuit: (f) *Qui enim non colligit, disper git* Iam verò S. Epiphanius sic de ea: (g) *Necessariò*, inquit, *hoc perficit Ecclesia, Traditione à Patribus accepta. Quis enim poterit statutum matris dissoluere, aut patris legem? Velut Salomon dicit: (h) Audi fili, sermones patris tui, & ne repudies statuta matris tuæ. Mater autem nostra Ecclesia habet. Statuta in se posita indissolubilia.* Quocirca piam matrem imitare; & multos poteris fratres in flammis refrigerare. Tum rectè credis; cùm hoc piè agis.

Ob Ecclesiæ exemplum.

f. Luc. 11. 23.

g. S. Epiph. Hæresi 75.

h. Prou. 1. 8.

II. *SPEM* quoque nostram exacuit, quicquid operis boni nostra fides de mortuis, ad eos ante sese præmittit. Sic Augustinus. (i) *Quando celebramus dies fratrum defunctorum, in mente habere debemus & quid SPERANDVM, & quid timendum sit.* Sed de hoc ex alio eiusdem sermone sub finem capitis plura.

i. S. August. de verbis Apostoli serm. 35.

III. *CHARITAS* etiam vrget nos, vt positos in Purgatorio proximos diligamus, sicut nos ipsos: ipsisque faciamus, quod fieri nobis optamus, futurumque speramus. Neque solum hinc nobis incumbit charitatis mandatum: sed inde quoque ipsorum quandoque spirituum importuna flagitatio: quam per varias vel terrificationes moliuntur, aut apparitiones, Charitatis quidem mandatum est; vt in verè miseros, & insuper dignos misericordiâ, ducamur quoque & piæ commiserationis affectu, & opis ferendæ studio. At tales sunt purgatorij

Charitas iubet iuuari purgatorios.

Spiritus

Spiritus: ergo ad manus auxiliares hiſce porrigẽdas mandato charitatis ſeu miſericordiæ vrgemur.

Vi legis de miſericordia.

Quantùm ad legem miſericordiæ: certa illa eſt, ac liquida. Ita apud Zachariam. (k) *Hæc ait Dominus exercituum dicens: Iudicium verum iudicate: & miſericordiam & miſerationem facite vnuſquiſque cum fratre ſuo* Hæc Lex: Meritum iſtud: (l) *Iucundus homo, qui miſeretur & commodat: diſponit ſermones ſuos in iudicio, quia in æternum non commouebitur: & cornu eius exaltabitur in gloria.* Verùm (m) *qui deſpicit proximum ſuum peccat, qui autem miſeretur pauperis, beatus erit.* Planè (n) *Beati miſericordes; quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.* Quare ſic denique Legislator: (o) *Euntes diſcite, quid eſt: Miſericordiam volo, & non ſacrificium.*

k. *Zach.* 7. 9
l. *Pſal.* 111. 5.
m. *Prou.* 14. 21.
n. *Mat.* 5. 13
o. *Mat.* 9. 13

Sunt purgatorij autem miſeri.

Atqui omnis in Purgatorio Spiritus miſer eſt, (quanquam feliciter miſer,) & miſerabilis & pauper; eſtque in arctiſſimæ neceſſitatis articulo poſitus. Nam animæ & grauiſſimè plectuntur: & decretas pænas, niſi aliunde ſubleuentur, vſque ad nouiſſimum quadrantẽ dependere compelluntur.

Quod ſi pauper eſt, qui parum habet: certè pauperior is, qui nihil habet. Hoc autem miſerior ille, qui & nihil habet, nec quicquam vlla ex re acquirere poteſt. At omnium eſt miſerrimus, qui nihil in bonis habet: & nihil quicquam amplius lucrari poteſt; & multa præterea debet: & illius ſeueritatis creditorem ſuſtinet, qui dilationem nullam, nullas concedit inducias: ſed ſeueriſſimè tritum illud vſurpat: *qui non habet in ære, luat in pelle.* Talis autẽ eſt prorſus conditio animarũ in purgatorio. Sunt igitur omnium miſerrimæ.

Et ſunt cruciabiliſſimi.

Et verò etiam cruciabiles ſunt: cùm ob tenerrimum ſenſum, quem, vt ſupra diximus, ideò ſecum à corpore abſtulerunt: tum ob diros ignes, quos perpetiuntur. *Illum tranſitorium ignem*, inquit,

S. Gre-

S.Gregorius,(p)*omni tribulatione præsenti existimo intolerabiliorem.* Et S. Augustinus (q)*Quamuis salui fiant per ignem; grauior tamen ille ignis erit, quàm quicquid potest homo pati in hac vita.* Et Ven. Beda, (r) nulla putat esse supplicia Martyrum, vel latronum cum purgatorijs pœnis conferenda. Vnde Eusebius Emissenus: (s) Qui *temporalibus pœnis*, inquit, *digna gesserunt, per fluuium igneum, per vada feruentibus globis horrenda transibunt.*

p.S.Greg. in psal.3.pænitentialem.
q.S.Aug.in psal 37.
r.V.Beda in psal.37.
s.Eus. hom. 3. de Epiph.

Vnum tamen in his malis omnibus bonum habent illud: quod, licet sint omnium miserrimi Spiritus purgatorij: etiam miserabiles tamen existant. Quo vno ab desperatè miserrimis atque damnatis discernuntur qui miseri sunt: at nulli miserabiles. Omninò namque ij sunt misericordia dignissimi, vt omnibus modis operâ nostrâ debeant adiuuari. Neque enim aut Dei, aut nostri viuentium sunt hostes. Quin imo Dei amici Deũ super omnia diligunt, nihilque eius honore prius habent. Hominum vero & diligunt & expetunt, ex quibus modis possunt, promouent salutem atque incolumitatem. Qui igitur digni sunt beneficio: indignè illo priuabuntur.

Suntque dignissimi commiseratione.

Huc accedit, quod si nos ipsos penitius introspiciamus, ex nobis, quid illis debeamus, intelligemus. Membra quædam sumus illius corporis, cuius caput est Christus. An soli? Nequaquam. Et illi sunt eiusdem corporis membra, qui in cælo cum Christo regnant: & qui in purgatorijs pœnis expiantur. Nexibus enim charitatis illi cum Diuis, cumque Viuis sunt colligati. Quod igitur membrorum in nostro corpore officium erga se mutuũ, naturâ docente, discimus: id ijs præstemus, qui eiusdem corporis, sub Christo Capite, sunt membra perinde, ac nos mortales. Quid illud? *Compatiuntur sibi mutuò membra*, inquit Apostolus: (t) vicissim aliorum, qua possunt ratione, miseriam

Sunt commembra nostra.

Ergo compassi iuuemus eos.

miseriam in se suscipiunt, eosq; supportant. Supportemus ac sublemus igitur purgatorios, bonos, dignos, miseros Spiritus, amicos Dei.

Quia debemus & possumus.

Et hoc amplius, quia possumus: quia debemus. Debemus, lege charitatis & misericordiæ, vt iam dixi. Possumus, vt in causa decima capitis antecedentis docui. Quid? Non alter alterius onera suscipere in sese, atque portare posset? (u) Non alius pro alio satisfacere libens volensque? Negare hoc non debet Christianus homo. Id enim Christiani Doctores passim istis docere solent. Nam vt pes, vt oculus, vt dentes, vt quodque membrum non suâ tantum causa laborat: sed, velut susceptis in se cæterorum quoque necessitatibus subuenit: ita mystica Ecclesiæ membra sibi inuicem deseruiunt. (vv) Quod cum in naturalibus fiat: quid est, quò minus & in spiritalibus vsurpari queat? Parumne credemus *Communionem Sanctorum*?

u *Gal. 6. 2.*

1. Exemplo naturæ.

vv. *Vide S. August. tract. 33. in Ioan. Oculus solus non videt in corpore, &c*

Res quidem ipsa clara est, & manifesta veritas: sed argumentandi genus, à naturalibus ad spiritalia ductũ, suspectam hanc reddet. Atqui inquã, sic Apostolus: (x) *Si spiritualiũ eorum participes factæ sunt gentes: debent & in carnalibus ministrare eis.* Et ipse perpessiones suas docet alijs prodisse: nimirum ad satisfactionem pro ipsis. *Gaudeo,* inquit (y) *in passionibus meis pro vobis.* Quare? *Adimpleo ea, quæ desunt passionibus Christi, in carne mea, pro corpore eius quod est Ecclesia.* Adhæc pronior ad miserandum, quàm ad puniendum Deus, multos tamẽ ob aliena, nõ ob sua peccata, calamitatibus inuoluit: Vt ob peccatum Dauidis 70000 Iudæorum peste extinxit (z) ob vnius Acham sacrilegium 3000 fugauit: (a) Ob Ionæ fugam cunctos tempestate iactauit. Si igitur pœnas similes Deus irrogat insonti ob alterius culpam: cur pœnam temporariã alteri ob vltroneam alterius satisfactionem non con-

2. Exemplo Christianorum & Apostoli.

x. *Ro. 15. 27*

y. *Coloss. 1. 24.*

3. Misericors punit aliena peccata: ergo & condonat propter alios.

z. 2. *Re.* 24

a. *Iosue,* 7.

condonet? Ita nimirum pietas Abrahæ obtinuit à
Deo parci Loth, & Abimelecho. (b) Religio Da- b. *Gen.* 19.
uidis meruit parci Salomoni. (c) Charitati Pauli & 20.
ducente in naufragio donantur animæ (d) Parcit c. 3. *Reg.* 11.
Deus (e) toti Israeli ob Moysis deprecationem. d. *Act.* 28.
Paralyticum (f) sanat, ob offerentium fidem. e. *Exod.* 32.

Denique ipse ait: (g) *Quæsiui virum, qui interpone-* f. *Matth.* 9.
ret sepem, & staret oppositus contra me, pro terra, ne g. *Ezech.* 22
dissiparem eam. Quare (h) *alter alterius onera porta-* 30.
te, si viuorum viui, si mortui mortuorum: si viuo- 4. Quia sic
rum mortui: ergo, & magis, viui mortuorum: *Et* Deus do-
sic adimplebitis legem Christi prouidentiæ ipsius, cet.
qua sic placuit illi, vt membra sui corporis mysti- h. *Gal.* 6. 2.
ci se inuicem iuuent mutuis officijs charitatis,
quæ est plenitudo legis.

Idque ipsiusmet exemplo, teste Apostolo: (i) i. *Ephes.* 5 1.
Estote imitatores mei, sicut filij charissimi & ambulate 5. Exem-
in Dilectione, sicut Christus DILEXIT nos, & TRA- plo Chri-
DIDIT SEMETIPSVM PRO NOBIS: quo facto sti.
nostris pro debitis satis dedit Patri: (k) *Et cùm*
mortui essemus in delictis, conuiuificauit cum illo; do- k. *Col.* 2. 13.
nans nobis omnia delicta, delens quod aduersus nos e-
rat, chirographum decreti, quod erat contrarium nobis;
& ipsum tulit de medio, affigens illud Cruci: & expo-
lians Principatus & Potestates, traduxit confidenter
palàm, triumphans illos in semetipso. Hoc CRI-
STVS Redemtor potuit ex sese, potestate &
autoritate Excellentiæ, vt eam Theologi appel-
lant.

Hoc idem, (neque temerè, vt rem impossibi-
lem,) ipse imitari optabat Apostolus, cum ait: l. 2. *Cor.* 12.
(l) *Ego autem libentissimè impendam, & superimpen-* 15.
dar ipse pro animabus vestris. Hoc & imitatus est Exemplo
idem, quantum licuit mortali, ipso teste: (m) *Ad-* Apostoli
impleo ea passionibus meis, quæ desunt passionibus & aliorum
CHRISTI, in carne mea, pro corpore eius. m. *Col.* 1. 24

Simile

Similiter possumus Christiani facti (n) *imitatores* Apostoli, *sicut & ipse Christi*. Possumus, inquam, satisfactionibus nostris Deo satisdare pro fratribus nostris in Purgatorio luentibus, vt soluantur à pænis.

Digressio. Ipsa hic necessitas omnino flagitat, vt, *quo id modò possimus*, ostendam. Mirabile namque est, paruam pij orationem, aut eleemosynam, aut calicem frigidę valere ad grande purgatorij spiritus debitum dissoluendum. Cùm certum sit, quod

o. Ro. 8. 18. *non sunt condignæ* (o) *passiones huius temporis ad futuram gloriam.*

Fateor, mirabile hoc esse; non tamen impossi-

p. Phil. 4. 13. bile nobis. Quoniam (p) *omnia possumus in eo, qui*

Vnde vis tanta pijs operibus. *nos confortat*: proinde nec incredibile videri vlli Christiano debet. Est autem huius tãti valoris in operepio ex triplici fonte promanans. 1. Ex Christianorum coniunctione. 2. Ex Christi promissione. 3. Ex CHRISTI merito passionum.

q. Ioa. 7. 37. Primum sic doceo atque declaro. Vocabat aliquando ad se omnes Dominus (q) *& clamabat,*

1. Est ex nostra cũ Christo coniunctione. *dicens: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat.* En vocatio nostra ad vnionem cum eo: At quo medio? quoque effectu? Id subiicit: *Qui credit in me,* Ecce medium. *Sicut dicit Scriptura; flumina de ventre*

r. Ioã. 4. 14 *eius fluent aquæ viuæ.* (r) *Aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* Ecce effectum. En quàm subito, quàm similes nos sui effi-

s. Heb. 4. 15. cit; is, qui similis nostri (s) *per omnia pro similitudi-*

t. Gen. 3. 22. *ne absque peccato,* (t) *quasi vnus ex nobis factus est,*

u. Isa 7. 15. *sciens* (u) *eligere bonum & reprobare malum,* (x) *habi-*

x. Phil. 2. 7. *tu inuentus vt homo* Nimirum vt & nos (y) *in ean-*

y. 2. Cor. 3. 18. *dem imaginem transformemur, à claritate in claritatem, tanquam à Domini Spiritu.* Quippe Ipse Patrem

z. Ioan. 17. 21. rogauit, (z) vt omnes vnum simus. Quomodo? *Sicut tu Pater in me, & ego in te.* In quo? *Vt & ipsi in*

nobis

nobis vnum sint. Et ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis; vt sint vnum, sicut & Nos vnum sumus. Ecce Vnionem.

Quare gratia desponsat animam nostram CHRISTO. Et hæc tanto copulata viro parit filios bonorum operum, hæredes regni cælestis, quà meritoria sunt: at quà satisfactoria, possunt superimpendi & tradi pro alijs: ad imitationem Christi. Quia pater eorum, seu patrator operum Deus est: teste Isaia. (a) *Omnia opera nostra operatus es in nobis Domine.* Nam, vt Christus ait: (b) *Sine me nihil potestis facere.* In Christo autem etiam aduersus portas inferi præualemus.

Ex Christi sponsa hæredes regni nascuntur.

a. *Isa* 26.12
b. *Ioan.* 15.5

II. Cuius & alter fons est *Promissio Christi* illa, nostris nos operibus vim ipsi etiam regno cælorum (c) facturos, idque violenter rapturos: quantò magis Purgatorium expoliaturos? Et ne cui ista promissio dubia accideret; iure eam iurando confirmauit. Sic enim Paulus: (d) *In quo abundantius volens Deus ostendere pollicitationes hæredibus immobilitatem consilij sui, interposuit iusiurandum: Vt per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri DEVM, fortissimum solatium habeamus.* Et DEO quisquam diffidat? Cui fidat? Equidem operi bono serui inutilis; sed Dei fecientis id vtile, huic inquam confido: oro, & fidenter dico: Domine, aliquas Purgatorij (e) *da mihi animas cætera tolle tibi.* Hæc vis est; sed Tibi volenti; proinde (f) *non facio Tibi iniuriam, tolle quod Tuum est.* Domine Tuum est, quod feci pro anima defuncti, opus bonum: quippe (g) *à quo omne donum descendit.* Hoc tolle, & da mihi animam. Hæc confidentia est; Sed ex Deo.

2. Ex promisso Christi.

c. *Mat.* 11.12

d. *Heb.* 6.17

e *Gen.* 14.21
f. *Mat* 20.13

g. *Iac.* 1. 17.

Eiusdem porrò fons tertius est, *infinitum Christi meritum;* cuius participes efficimur per bona opera. Cùmque Deus purgatoriam animam donat suffragijs nostris, non solum hæc attendit; sed &

3. Ex merito Christi.

h.Rom.13. 14. opera Christi. Ideò monet Apostolus (h) *Induimini Iesum Christum.* Sicut enim Iacob (i) indutus
i.Gen. 27. veste primogeniti, eius percepit benedictionem: ita homo Christum induens, illius meritum participat & benedictionem: Hanc prædicauit Pau-
k.Ephes. 3. 8. lus. Audi. (k) *Mihi omnium Sanctorum minimo data est gratia hæc euangelizare in gentibus inuestigabiles diuitias Christi*

Christiani fructificāt. Huius opera nobis per nostra opera applicantur. Inde reipsa tam clarum, quàm verùm euadit
l.Ioan 15.5. istud Seruatoris: (l) *Qui manet in me, & ego in eo, hic*
m.1.Cor. 1. 31. *fert fructum multum.* Quare (m) *qui gloriatur in Domino glorietur*

Inde rursus colligere licet, Christi merita, & satisfactionem, nostra potius esse, quàm ipsius, sicut fructus arboris, potius est Domini, quàm arboris: licet hæc eos efferat: Ita Christi satisfactio est Ipsius, vt producentis: nostra verò, vt fruentium. Neque tamen vel hinc gloriari cuiquam fas
n.1.Cor.4. 7. est. Nam (n) *Quid habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?* En vndè
Cum auctario Indulgentiæ aliquando valeamus è Purgatorio animas extrahere. Iam nec illud hoc loco præterire debeo, quin moneam; præter istam participationem nostrā in Christo, per opus operantis in nobis charitatis, huic adiici sæpe ex thesauro Ecclesiæ, gratiam condonātis Summi Pontificis per Indulgentiam, Vnde gemina accessione, hinc à Christo, inde à Vicario Christi facta, opus nostrum pro defunctis stipatur medium; quo firmiore passu ad Purgatorium sese penetrat. Quare quod possumus in Christo Iesu; quod debemus ex lege charitatis: idem & velimus; atque purgatorios suffragijs adiuuemus.

Ipsi Spiritus poscūt opem subinde. Hoc est, quod ipsi aliquando apparentes efflagitant, ex singulari concessione Dei ipsis facta. Sique aspectu suo nihil ad commiserationem promoueant, tunc admouent terriculamen-

ta.

ta. Non, quod vel hisce delectentur, aut subleuentur: aut viuentibus incommodare, eosque molestare ament; boni enim sunt: sed vt adiuuentur; vel vt ipsi prosint viuentibus. Quæ docere nec huius est loci, nec propositi nostri. De hisce, qui volet, consulat *Petrum Thyraum de locis infestis: parte prima cap 7. 9. 13. &c*

Eleemosina spiritali subueniendum est.

Nos interim, si iustis eorum molestijs liberari velimus, faciamus quod mendicis solemus: qui stipem importunius nos flagitant. Hanc damus. & abeũt. Spiritibus spiritalem elargiamur opem: & è pænis citius exibunt. *Aqua ignem* (o) *extinguit, eleemosyna peccatũ. Eleemosynarum balsamis rigabat* vxoris suæ fauillam Pammachius, teste Hieronymo, (p) Nos suffragijs quibuscunque. Ad quæ præcepto, quo eleemosynas corporales facere egenis, obligamur eodem.

o. *Eccl.* 3. 33.

p *S. Hier. Epist ad Pamma:*

Itaque sic concludo. (q) *Qui habuerit substantiã mundi, & viderit fratrem suum necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo: quomodo charitas Dei manet in eo?* Ioanni suffragatur S. Iacobus, (r) dicẽs: *si frater, aut soror nudi sint, & indigeant victu quotidiano dicat autem aliquis ex vobis illis: ite in pace, calefacimini, & saturamini: non dederitis autem eis quæ necessaria sunt; quid proderit?* Ego (s) *non diligamus verbo, neque lingua; sed opere & veritate.* (t) *Estote ergo misericordes* liberando animas à pæna, *sicut & Pater vester misericors est*, liberando eas nobiscum à culpa. (u) *Iudicium enim sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam. Superexaltat autem misericordia iudicium.*

q. 1. *Ioan.* 3. 17.


r. *Iac.* 2. 15.

s. 1. Ioã. 3. 18

t. *Luc.* 6. 36

u. *Iacob.* 2. 13.

Manent igitur curandi purgatorios tres causæ hæ: Fides, Spes, Charitas. Maior autem harum est Charitas. Cuius hac ex re fructus eximij, totidem nobis alias efferunt causas, vt causam defunctorum pari & sedulitatis, & pietatis studio peragamus.



CAPVT XII.

DE FRVCTIBVS NONNVLLIS, *quos sua Viuentibus affert Cura pro defunctis; cuius illi causa esse non minima debent.*

FRuctus quidem hîc complures carpi, colligique possent; sed paucis ego contentus acquiescam. Eorum nonnullos profert S. Augustinus, dum, cur dimissa culpa, subinde post mortem luenda superstes pæna remaneat, inquirit. *Cogitur*, inquit, (a) *homo tolerare pænam, etiam remißis peccatis; quamuis, vt in eam veniret miseriam, primùm fuerit causa peccatum. Productior tamen est pœna, quàm culpa; ne parua videretur culpa, si cum illa finiretur & pæna. Ac per hoc 1. vel ad demonstrationē debitæ miseriæ: 2. Vel ad emendationem labilis vitæ: 3. Vel ad exercitationem necessariæ patientiæ, temporaliter hominem detinet pæna, etiam quem iam ad damnationem sempiternam non detinet culpa.* Hæc Augustinus.

a. *S. Augu. tract. 124. in Ioan c. 21*

1. Agnitio futuræ miseriæ ob pænas reliquas.

Quare *Fructus primus* est Fides & agnitio miseriæ, post facta superstitis, ex commissa, remissaq; culpa. Est agnitio modi, quem ea habet miseria, vt *temporaliter hominem detineat*; non æternùm. Vnde & agnitio purgatorij existere necessariò debet: cùm inferni miseria æterna sit; quoniam ex eo nulla redemtio. Cùmque miseria sit aliqua temporalis, quæ Vel debitum pœnæ mortalium delictorum exoluat vsque ad nouissimum quadrantem: Vel scoriam culparum venialium, nulla hic Confessione expiatarum, ad purum excoquat

quat: (b) quandoquidem [nihil coinquinatum intrabit in regnum cælorum] (c) Hæ enim, vt non occidunt: coinquinant tamen: suntque lignum, fænum, stipula, opera bona quidem: sed valdè imperfecta & infirma, super fundamentum me ritorum Christi superædificata: quæ sic ignis probat, vt ardeant, vt detrimentum patiantur: ipse autem ædificator salus fiat, quasi per ignem. (d) Id est, quod S. Basilius istis expressit: (e) *Si per Confeßionem detexerimus peccatum: iam succrescens gramen arefecimus: dignum planè, quod depascatur ac deuoret purgatorius ignis.* Cuius rei agnitionem parit, & excitat considerationem, exercita pro mortuis cura: simul nouissimorum suorum cuiq; memoriam inculcat. Quæ quantam vim habeat in omnes vitæ rationes & actiones, ad diuinæ voluntatis regulam instituendas, neminem fugit.

b. *Isa.* 1. 25. Et culpas veniales. c. *Apoc.* 21. 27.

d. 1. *Cor.* 3. 12. e. *S. Basil. in cap.* 9. *Isaiæ.*

Secundus Fructus est multiplex, nimirum. 1. diligens ac frequens Confessio Sacramentalis. Ne fortè ex huius seu dilatione nimia, vel obliuione culpabili, aut supiniore negligentia peccatum aliquod mortale penes animam resideat inconfessum, quod æternùm eam pabulũ gehennæ obijciat. 2. Deinde solicitior etiam venialium in Exhomologesi enumeratio: itemque & deuitatio: neu qua illorum accumulatio acriorem succendat, & longiorem alat sibi Purgatorij flagrantiã. Ex quibus enim factis hanc eos torrere credit, pro quorũ refrigeratione, liberationeq; suffragia pia frequentat: eandem ipse mala à sese amoliri, atque cauere studiosius allaborabit. Quantum autem cunque cauerit: vix vnquam satis cauere quibit. 3. Istud tamen impetrat huiusmodi: vt quoddam sibi velut pignus acquirat bonæ spei, quod similia quondam suffragia sibi quoque sint

1. Confessio mortalium pecc.

2. Deuitatio Venialium.

3. Sacramẽtorum dignior & crebrior vsurpatio.

ſint impendenda, atque profutura defuncto. Ea propter Sacramenta, piaque opera ſæpius vſurpat magnus gratię diuinæ ambitor & cuſtos. Semper illius Auguſtini metuens, quo ait: (f) *Qui ſine Sacramentis de corporibus exierunt, fruſtra illis à ſuis huiuſmodi pietatis impenduntur officia; cuius, dum hîc eſſent, pignore caruerunt, vel non ſuſcipientes, vel in vacuum ſuſcipientes Dei gratiam; & ſibi non miſericordiam theſauriſantes ſed iram. Nec mortuis noua merita comparantur, cum pro eis boni aliquid impendunt ſui; ſed eorum præcedentibus conſequentia iſta redduntur.*

f. S. Aug. ſerm. 34. de verbis Apoſtoli.

4. Studiū perfectionis in benè agēdò.

4. Denique ex eo ingeneratur animis non amor ſolum ad pietatis exercitia ſtrenuè obeunda; ſed accuratior quoque in ijs rectæ intentionis tenendæ, & interioris ſectandæ perfectionis cura: ne fortè bonæ actionis *argentum vertatur in ſcoriam; ne vinum miſceatur aqua* (g) & ne ipſi quondam audire cogantur: *Eſtis velut quercus defluentibus folijs, & velut hortus abſque aqua: & fortitudo veſtra, vt fauilla ſtupæ; & opus veſtrum quaſi ſcintilla: & ſuccendetur vtrumque ſimul.* Etenim, vt S. Auguſtinus ſcribit: (h) *Per fluuium igneum, & vada feruentibus globis horrenda tranſibunt. Quanta fuerit peccati materia, tanta & pertranſeundi mora: quantum exegerit culpa; tantum ſibi ex homine vindicabit quædā flammæ rationabilis diſciplina: & quantum ſtulta iniquitas ſuggerit, tantum ſapiens pœna deſæuiet.* Quoniam, vt S. Proſper, ſiue S. Auguſtinus inquit: (i) *Peccata ſiue parua, ſiue magna, impunita eſſe non poſſunt: quia aut homine pœnitente, aut Deo iudicante plectuntur.* Similium, inquam, cogitatio mirum quàm animos ad religionem exacuat: Ipſius autem cogitationis cos eſt diligens cura pro defunctis.

g. Iſa. 1. 22. Ibidem. 30.

h. S. Aug. lib. 50. homiliarum, hom. 16.

i. S. Aug. in ſententijs, ca. 210.

5. Facere digniores fructus pænitentiæ.

III. *Fructus* eſt, tantò facere digniores pœnitentię fructus pro delictis proprijs; quantò quis felici-

ſolicitius eos pro aliena defunctorum egentium ſatisfactione vltroneus præſtare ſtudet. Etenim hiſce ſupererogat eos ex charitate proximi: huius autem menſura eſt, proindeque illâ prior, charitas ſui: quoniam Charitas incipit à ſe ipſa. Vnde Seruator: (k) *Diliges proximum tuum, SICVT TEIPSVM.* Hunc è Purgatorio fructum ad viuos permanare intellexit, & expreſſit pulcrè Petrus Damiani, cum ait: (l) *Ne tibi blandiaris, ſi grauiter peccanti leuior pænitentia à manſueto, vel diſsimulante dictatur: cum in Purgatorijs ignibus perficiendum ſit, quicquid hic minus feceris. Quia dignos pænitentiæ fructus quærit Altiſsimus.*

k. *Matt.* 19. 14.

l. *Dami. ſer.* 2. *de S. Andrea.*

Sed quoſnam dignos eſſe dicemus? V. Beda ſic reſpondet: (m) *Facite dignos fructus pænitentiæ; tantùm pro ſingulis peccatis vos affligentes; quantum digna expetit pænitentia: quòd erit ſacrificium iuſtitiæ.* S. Gregorius verò ita: (n) *Tunc benè conuerſum peccatorem cernimus, cum dignâ afflictionis auſteritate delere nititur, quod loquendo confitetur.*

Satisfactionis opera eſſe fructus pænitentiæ.

m. *V. Beda in pſal.* 4.

n. *S. Greg. lib.* 6. *cap.* 2. *in* 1. *Regum.*

Quod quoniam defunctorum ſuffragator ab his minus omnibus expletum numeris intelligit; ipſe cautior exemplo, & alieno periculo, tantò impenſius pro ſuis culpis ſic orat, ſicque luit, cum S. Auguſtino: (o) *Domine, non erit impunitum peccatum meum. Sed ideò nolo, vt tu punias: quia Ego peccatum meum punio.* Ecquid huc impellit? Illud, inquam, quod ex ſua pro mortuis curâ penitus animo inſculpit, iterumque ſecum ruminat; nimirum, Domine, (vt S. Auguſtini verbis vtar: (p) *Veritatem dilexiſti; hoc eſt; impunita peccata eorum, etiam quibus ignoſcis, non dimiſiſti. Sic prærogaſti miſericordiam, vt ſeruares & Veritatem. Ignoſcis pænitenti: ignoſcis: ſed ſeipſum punienti.*

Ad ea impellit cura pro mortuis.

o. S. *Aug in Pſal.* 50.

p. *S. Aug. ibidem.*

Quam ad sua sui punitionem quod acrius quemquam flagellum impellet, quàm quo credit, cogitat sæpius, animas purgatorias diuerberari? Hoc flagro quia rariores sese ex veterno excitant, (q) *Ideò inter nos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi.* Causam subijcit. *Quod si nosmetipsos dijudicaremus, non vtique iudicaremur.* Sed quid est dijudicare, & iudicari? *Ipse* declarat istis: *Dum iudicamur autem à Domino corripimur*, in purgatorio, *vt non cum hoc mundo damnemur* in inferno. Atque hæc est (r) *misericordia Domini, quia non sumus consumti.* Certè (s) *nisi Dominus reliquisset nobis semen* reconciliationis, *quasi Sodoma fuissemus, & quasi Gomorrha similes essemus.* Itaque verè S. Pacianus: (t) *In quantum pœnæ vestræ non peperceritis; in tantum vobis Deus parcet.* Itaque Dominus orandus est, inquit S. Cyprianus, (u) *Dominus Nostra Satisfactione placandus.* Suæ autem satisfactioni quis indormire credat eum, qui pro alienâ purgatoriorum inuigilat animarum? Quarum idcircò vigiliarum fructus minimè est parui æstimandus.

q. 1. Cor. 11. 31.
r. Thren. 3. 22.
s. Isa. 1. 9. Rom. 9. 29.
t. S. Paci. homil. 50. ex lib. 50. homiliarum cap 11.
u. S. Cypr. serm. 5. de lapsis.

4. Viuos mereri facienda sibi defunctis suffragia.

IV. *Fructus*, est commereri similē post fata sibi præstandam curam. (x) *Qua enim mensura mensi fueritis, eadem & remetietur vobis.* Et (y) *Reddet vnicuiq; secundū opera sua* etiā secundum ea, quæ per modū suffragij defunctis exhibuit. Nā (z) *quæ seminauerit homo, hæc & metet.* De illa sic Augustinus. (a) *Hæc quidem apostolica sententia ante mortem admonet fieri, quod possit prodesse post mortem: non tunc, quando iam recipiendum est, quod quisque gessit ante mortem. Quoniam quodam vitæ genere acquiritur dum in hoc corpore viuitur, vt aliquid adiuuent ista defunctos: ac per hoc secundum ea, quæ per corpus gesserunt, eis, quæ post corpus religiosè pro illis facta fuerunt, adiuuatur. Sunt enim quos nihil omninò adiuuant ista: siue pro ijs fiant, quorum tam mala sunt merita, vt neq; talibus*

x. Mat. 7. 2.
y. Rom. 2.
z. Gal. 6.
a. S. Aug. li. de Cura pro mortuis c. 1.

talibus digni sint adiuuari: siue pro ijs fiant, quorum tam bona, vt talibus non indigeant adiumentis. Genere igitur vitæ, quod gessit quisque per corpus, efficitur, vt prosint, vel non prosint, quæcunque pro illis piè fiant, cum reliquerint corpus. Nam meritum, per quod istæ prosint, si nullum comparatum est in hac vita, frustrà quæritur post hanc vitam Ita fit, vt neque inaniter Ecclesia, vel suorum cura pro defunctis, quod potuerit religionis impendat; & tamen ferat vnusquisque secūdum ea, quæ per corpus gessit. Hæc Augustinus. Eadem de suffragijs idem sic alubi. (b) *Quare non omnibus prosunt; nisi propter differentiam vitæ, quam quisque gessit in corpore: Eis hæc prosunt: qui, cum viuerent, hæc sibi, vt postea prodesse possent, meruerunt. Est enim quidam viuendi modus nec tam bonus, vt non requirat ista post mortem: nec tam malus, vt ei non prosint ista post mortem. Est verò talis in bono, vt non requirat Et est rursus talis in malo, vt nec his valeat, cum de hac vita transierit, adiuuari.*

b. S. *Aug. in Enchiridio ca.* 109.

Quæ Augustini verba Caietanus quidem sic intelligit, vt dicat, (c) purgatorias animas, vt iuuari queant, oportuisse id in viuis esse promeritas 1. deuotione erga Clauium potestatem in Ecclesia: 2. & studio procurandi defunctos, 3. Et satisfactione pro lapsibus suis. Neque video, cur hanc sententiam alij nonnulli vtilem ac piam quidem: minus tamen esse probabilem censeant. Rationem verò principem, apud Bellarminum, (d) hanc afferunt: *Charitas enim*, aiunt, *est fundamentum communionis inter Ecclesiæ membra: & non aliqua peculiaris deuotio ad Ecclesiæ Claues, vel aliquid huiusmodi.* Equidem concedo istud: & vehementer approbo: Sed ex eodem fundamento, pro Caietano sic argumentor. Qualis, quantoque maior fuit charitas viuentium: talè, tantoque maius eorundem defunctorum est meritum: Sed aliquorum viuētium peculiaris ac maior est charitas,

Caietani sententia.
c. *Caiet. tract.* 16. *q.* 15. *de Indulg.*
Aliorum diuersa paulùm.
d. *Bell. de Indulg. li.* 1. *cap.* 14. *q.* 5.
Defenditur Caietanus, eiq; reconcilientur alij.

ritas, quàm aliorum, ad iuuandos defunctos: Ergo eorundem defunctorum peculiare quoq;, & quàm aliorum, maius est meritum, vt & ipsi adiuuentur. Haud tamen infitiabor, quin alia in re quidem excelluisse viui charitate queant, qui hac eãdem, quam illi, ipsis sibi defunctis opẽ præstari meruerunt. Cuius ego fructus, è cura pro vita functis enati seu necessitatem, seu vtilitatem seu præstantiam hoc loco nihil attingam: neque dein fructus, prætcrquam duos, carpam plures.

5. Consolatio viuẽtium.

e S. Aug. in Enchiridio cap. 110.

V. *Fructus* est, nostra viuentium consolatio: teste Augustino, qui ait. *Sacrificia siue Altaris, siue quarumcunque eleemosynarum pro defunctis baptizatis omnibus offeruntur. Pro valdè bonis, gratiarum actiones sunt: pro valdè malis, etiamsi nulla sint adiumenta mortuorum; qualescunque tamen viuorum consolationes sunt. Quibus autem prosunt, aut ad hoc prosunt, vt sit plena remißio; aut certè vt tolerabilior fiat ipsa damnatio.* Idem de cura defunctorum corporum, (quantò magis animarum) sic alubi philosophatur. (f) *Benè afficiuntur corda miserantium, quando ea dolẽt in mortuorum corporibus alienis, quæ illo affectu, quo nemo carnem suam vnquam odio habet, volunt fieri post mortem suam corporibus suis. Et quod sibi exhiberi volunt, quando sensuri non sunt, alijs non sentientibus curãt exhibere, dũ ipsi sentiunt.* Et hic ex curatis defunctorum corporibus affectus dulcis: dulcior multò ex animabus.

f. S. Aug. lib. de Cura pro mortuis cap. 9.

6. Parare sibi aduocatos in cælis.

g Gen. 40. 14.

Sextus Fructus est, simul fieri è flammis vltricibus liberatorem plurium iam assertorum per mortalem aliquem in cælos; & totidem, multoque plures parare sibi Diuos deprecatores atque patronos. A quibus nulli metuendum est id, quod expertum in nexo pincerna Iosephum accepimus. (g) Ad quem Saluator suus, *Tantum*

tum memento, inquit, *mei, cum tibi benè fuerit, & facias mecum misericordiam; vt suggeras Pharaoni, vt educat me de isto carcere: quia furtim sublatus sum de terra.* Liberatur ille nexus; *& tamen succedentibus prosperis præpositus pincernarum oblitus est Interpretis sui.* Non sic expurgatæ animæ. Non. Obliuiscuntur liberatorum suorum.

Benè igitur Petrus Thyræus, (h) *Insignis*, inquit, *spes retributionis excitari potest. Omninò nobis polliceri possumus, quòd quam vicem viui nos mortuis, eandem nobis mortuis viui sint præstituri. Secundum illud* (i) *Qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Vt interim taceam, quod hac re etiam eos mirè nobis deuinciamus, pro quibus suffragia facimus: & sperare possimus, quod nos commendatissimos habituri sint in cælis, quibus, vt à supplicijs eriperentur, auctores fuimus in terris.* Sic ille.

h. *Thyr. lib. de locis infestis. parte 3. cap. 72. thes. 11.*
i. *Luc. 6.*

Magna sunt hæc, & omninò maxima viuorum commoda, & etiam præsidia, quæ ex vnâ defunctorum curâ sibi certa parant: Verùm hoc vnũ, præque omnibus vnum, quod monui, iterumq; monebo: Antè medice cura salutis incertum, quàm illius certum in purgatorio. Cura te, ad purum excoque stannum tuum in Purgatorio S. Confessionis. Nec semel, nec sæpe; sed constanter: sed ita, quemadmodum S. Augustinus admonet. (k) 1. *In melius est vita mutanda*, 2. *& per eleemosynas de peccatis præteritis propitiandus est DEVS. Non ad hoc emendas, vt ea liceat semper committere: nemini enim dedit laxamentum peccandi; quamuis miserando deleat iam facta peccata, si non satisfactio congrua negligatur.* Ita de his, qui crebro confitendi vsu, atque pænitendi, ad eadem reuertunt identidem peccata.

At cura teipsum prius.

k. *S. Aug. in Enchiridio cap. 70.*

Et caueto relapsus.

l. *Tert. in lib. de Pænitentia.*

Sed breuius idem sic Tertullianus dixit: (l) *Qui per delictorum pænitentiam instituerat*

Purgatorium punit relapsus.

Domino

Domino satisfacere; Diabolo per aliam Pœnitentiæ Pœnitentiam satisfaciet. Ergo verus pænitens *veniat ad Antistites, per quos illæ in Ecclesia Claues administrantur,* inquit Augustinus. (m) *accipiat suæ satisfactionis modum, & id agat, quod non solum illi prosit ad recipiendam salutem: sed etiam cæteris ad Exemplum.* Quo id modo? *Non sufficit, mores in melius mutare,* inquit alubi, (n) *nisi etiam de ijs, quæ facta sunt, satis fiat Deo per pænitentiæ dolorem, per humilitatis gemitũ, per contriti cordis sacrificium, cooperantibus eleemosynis.*

m. *S. Augu. lib. 50. hom. in homil. 50 cap. 11.*
Modus pœnitendi.
n. *Idem ibidem. cap. 5.*

Sunt illa quidem vt grauissimè, sic & verissimè dicta, saluberrimèque consulta: attamen consolandis infirmis, & ad spem excitandis ijs, qui post Confessiones suas ex fragilitate, non malitia, sæpius relabuntur: illud S. Chrysostomi consolatione plenum non dissimulabo, quo ait: (o) *Peccasti? Pænitere. Millies peccasti? Millies pænitere.* Nam nec Dominus definire voluit, quoties absolui peccator idem queat; sed absolutè dixit: (p) *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.* Et percunctanti Petro, (q) *Quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? Vsque septies? Dixit illi IESVS: Non dico tibi vsque septies: sed vsque septuagies septies.* Vbi S. Hieronymus, Hilarius & alij sic argumentantur, & rectè: Si homo toties: quoties ergo non Deus? Monet tamen optimè Tertullianus: (r) *Nemo deterior fiat, eò quòd Deus bonus sit, toties remittens, quoties delinquimus.* (s) *Quoniam benignitas* Dei *ad pænitentiam* nos *adducit.* Non igitur *diuitias bonitatis eius & patientiæ, & longanimitatis contemnamus.* Quæ de vera pænitentia, huc à me ad clausulam fructuum adiecta sunt eò, quod illa causarum vna sit omnium, ad quam cæteræ referuntur, ob quas etiam nobis expedit sedula pietatis officia defunctis exhibere.

Semper est pœnitentiæ locus.
o. *S. Chry. in psalmum 50.*
Semper absolutioni.
p. *Ioan. 20. 23.*
q. *Math. 18. 21.*
Quæ bonitas Dei inuitat nos ad bonum.
r. *Tert. lib. de Pænit. ca. 8.*
s. *Rom. 2. 4.*

Nunc epilogum addat, atque peroret S. Augustinus:

stinus: cuius sunt ista. (t) *Fratres mei charissimi, nunquam recordor me legisse, mala morte perisse illum, qui libenter in hac vita opera charitatis, vel pietatis voluit exercere. Habet enim multos intercessores pius homo. Ideò impossibile est, vt preces multorum non exaudiantur. &c Sed attendite, fratres, quia non solum pauperibus in via misereri debemus, sed & defunctis cum omni diligentia subuenire studeamus. quòd (u) Sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur. Sciebat enim Iudas, quòd nemo gloriari poterat castum se habere cor; considerans etiam quod astra (x) non erant munda in conspectu Dei: nec etiã (y) infans, cui vita est vnius diei super terram, sine peccato est. Quid ergo de nobis dicemus? Ergo misericordia egemus, quia de hac vita migraturi sumus. Et licet carnem maceremus ieiunijs, & mala omnia patienter ob Christi amorem sustineamus; non tamen (z) condignæ sunt passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Ergo misericordia indigemus, quia per nostra merita æternam vitã acquirere nõ possumus.*

t. S. Aug. serm. 44. ad fratres in Eremo.

Adhortatio ad orãdum pro defunctis.

u. 2. Mach. 12.

x. Iob. 25. 5.

y. 1 Reg. 20 26.


z. Ro. 8. 18.

Cupis autem, ô homo, vt tui misereatur DEVS? Fac vt proximo miserearis. Nã tantũ tibi miserebitur Deus, quantum & tu misereberis proximo. Tantum recipies in alia vita, quantum facies in præsenti vitâ. Ora ergò pro defunctis, vt, dum fuerint in æterna vita, pro te orare non negligant. Expectant enim nos; vt iuuentur per nos. Tempus enim operandi iam profugit ab eis. Clamãt igitur quotidie, qui iacent in tormentis: clamant, & pauci sunt, qui respondeant. Vlulant, & non est, qui consoletur eos. O quàm grandis crudelitas, fratres mei, ô quàm grandis inhumanitas! Clamant ad nos quotidie, qui dũ vixerunt, multa mala pro nobis sustinere voluerunt: nec eis subuenire curamus. O verè magna inhumanitas! Ecce, infirmus iacet, & clamat, & à medicis cõsolatur: clamat porcus, & omnes cùm eo clamare non cessant: cadit asinus, & omnes eum subleuare festinant: sed clamat in tormẽtis fidelis, & non est qui respondeat.


Sed

Sed dicet quis. Ecce patrem bonum, misericordem, & omnibus virtutibus plenum habeo, si vera sunt quæ lego, eum esse beatum non dubito: Cur ergo orare pro eo volo, cur eleemosynam dare, cur ieiunare? Nam qui bene operatur, bene remunerabitur. O homo, dixi, quod nemo sine crimine viuit: Quid ergo consulo, nisi vt dimittas incertum, & accipias certum? Incertum est, quod nescis vtrum pater tuus crucietur, dignus fuerit odio vel amore? Certum est, quod peccator fuit, licet bonis operibus ornatus: ignoramus tamen vtrum æternam gloriā meruerit possidere. Lege ergo, & opere implere festina, quod Sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, eleemosynam dare, carnem affligere, opera charitatis exercere, & peregrinationes facere, vt à peccatis soluantur. Nam etsi sunt beati vel damnati, pro quibus rogas, dummodo nescias, non his iniuriam facere potes, vel Deum offendere: beati bono tuo non indigent: damnati obtinere non valent, bona tamen quæ facis
a. Psal. 34. 13. *pro eis, non amittis. Oratio enim tua (a) in sinu tuo cōuertetur. Sic enim semper boni erimus, sic pij & misericordes, sic mala morte perire non poterimus. Festinemus ergo, ô fratres, pro defunctis exorare, vt & ipsi festinent nos ad se vocare.* Huc vsque S. Augustinus. Et esto FINIS.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto:
Deiparæque Virgini Mariæ in Sæcula Sæculorum.
Amen.




AVCTO-



AVCTORIS VOTVM VIRGINI MARIAE

HOc Opus Andreas peccator, Virgnis orsus
Auspicijs, VIRGO, REDDO ANATHEMA TIBI.
Si des plura, PARENS, reddam Tibi pluria: Tantum
Tute mihi IESVM redde MARIA Tuum.
In vita IESVM mihi redde MARIA benignum:
Redde mihi IESVM mortis agone Pium.
Interea, VIRGO, quod Sum, quod & Auspice Possum
Te, CAPE: Da IESV: & propitiandus erit.

INDEX



INDEX RERVM

A.



LANVS de Rupe *docetur de 72 Excellentijs Salutationis Angelicæ* 95. *Reuelationes & miracula sua celat.* 110. *compellitur Apologeticum pro sua prædicatione Rosarij scribere.* 179. *Dat licentiã parochis inscribendi petentes in Fraternitatem Rosarij.* 399.

Alani de Rupe *monilia Gratiarum XV, quas in dotem à B. V. acceperat.* 72. *Suasio ad Orationem Dominicam.* 61. *ad Salutationem Dominicam.* 91. *Reuelationes etiam alijs de ipso sunt factæ.* 105.

Albigenses *negabant suffragandum defunctis.* 365.

Amen *responsat Clero populus sub Horis.* 9.

Anabaptistæ *negant ex M. Virgine Carnem assumsisse Christum.* 138.

Angeli *B. V. Mariam præuiderunt cùm primùm creati erant.* 115. *Eam sunt venerati.* 115. 121. 154. *Salutationem Angelicam acclamant B. Mariæ.* 119. 127. 122. *Sunt B. Virigni familiares.* 66.

Angelorum facta sunt nobis sepè exempla. 148.

Angelis humana est cognata Virginitas. 66.

Antichristi *character erit cruci oppositus.* 18.

Apostoli *orarunt, Salutationem Angelicam.* 106. 109 *in Maria item recitarunt.* 119.

Apostolorum errata & peccata recensent hæretici. 34.

Aue, quid significare velint hæretici. 151.

B. Balsamum




IHS